LIBRARY OF PRINCETON
JUL 6 1960
THEOLOGICAL SEMINARY

BR 1609 .F237 v.2
F abrega Grau, Angel.
Pasionario Hisp anico

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/pasionariohispan02fabr

PASIONARIO HISPÁNICO

CONSEJO SUPERIOR
DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS

INSTITUTO P. ENRIQUE FLÓREZ

MONUMENTA HISPANIAE SACRA

SERIE LITÚRGICA: VOL. VI

LIBRARY OF PRINCETON
OCT 21 1958
THEOLOGICAL SEMINARY

PASIONARIO HISPÁNICO

POR EL
R. DR. ÁNGEL FÁBREGA GRAU

Tomo II

TEXTO

(Premio Francisco Franco 1950)

MADRID-BARCELONA
MCMLV

CON CENSURA
ECLESIÁSTICA

ATENAS A. G. - BARCELONA

Preámbulo

En el primer volumen de nuestra obra hicimos el estudio de la génesis, progresiva transformación y naturaleza del Pasionario hispánico. Ahora, en este segundo, damos a luz los textos de este interesante libro de nuestra antigua liturgia visigótico-mozárabe. Allá estudiamos el Pasionario a través de todos los manuscritos que de él han sobrevivido [1]*; aquí, sin embargo, por razones de espacio, hemos tenido que limitarnos a editar los textos del Pasionario hispánico del siglo X, llamado también «Martyrum gesta», según se contienen en el manuscrito procedente del monasterio burgalés de San Pedro de Cardeña, y hoy catalogado en el British Museum con la signatura Additional 25.600, añadiendo el breve apéndice con que se amplió a primeros del siglo XI.*

Es cierto que estos textos no van a suscitar otro interés entre los hagiógrafos que el de poseerlos reunidos en una colección manual, pues sus versiones en su casi totalidad son ya conocidas [2]*; pero la naturaleza esencialmente litúrgica del Pasionario hispánico requiere que de una vez se publiquen cuidadosamente todas y cada una de sus fórmulas o Pasiones, y que en esta edición se respete íntegramente la estructura prístina del libro. En nuestro estudio se patentizó que la índole litúrgica del Pasionario se fundaba así en la estructura interna de cada una de sus Pasiones (título, texto y doxología), como en la estructura general de su ordenación cro-*

[1] Manuscritos de Cardeña: a) Londres, British Museum, Addit. 25.600, del siglo x; b) Escorial b-I-4, del siglo xi. Manuscritos de Silos: a) Paris, Biblioth. Nationale, Nouvelles acquisitions latines 2.180, del siglo x; b) Ibidem 2.179, del siglo xi. — Tuvimos también en cuenta los dos fragmentos de los manuscritos de la Biblioteca Nacional de Madrid 494 y 822, ambos del siglo x.

[2] Las ediciones de estos textos fueron recogidas y clasificadas por los Bollandistas en su preciosa colección Bibliotheca Hagiografica Latina antiquae et mediae aetatis (=BHL) (Bruselas, vol. I, 1898-99; II, 1900-1; [2]Supplementum, 1911). En las páginas 35-48 de nuestro primer volumen, se hallará la clave de correspondencias.

nológica conforme al calendario de la iglesia visigodo-mozárabe y su adaptación al medio cultural por la casi total exclusión de actas de confesores, amén del alto significado de unas cuantas docenas de rúbricas litúrgicas, algunas de ellas harto significativas, intercaladas, unas en las mismas Pasiones por el propio copista Endura, otras situadas en los márgenes de los respectivos folios [3].

Pero como sea que entre todas estas fórmulas ofrecen un particular interés las Pasiones que fueron escritas en la península y destinadas a formar parte del formulario litúrgico de los mártires hispanos, hemos querido dar a estas piezas un trato de favor. Las Pasiones compuestas allende nuestras fronteras serán transcritas en letra más pequeña, valiéndonos sólo del manuscrito de Cardeña, excepto en las lagunas que presenta el códice, que supliremos con la lectura del manuscrito silense, hoy en la Biblioteca nacional de París, Nouv. acq. lat. 2.179 (siglo XI), por ser éste, casi con toda seguridad, copia de aquél [4]. *Para las Pasiones hispanas asimismo echaremos mano fundamentalmente del manuscrito caradignense, que es el mejor, pero tendremos en muy buena cuenta las lecciones de los otros manuscritos mencionados en la nota primera, con cuyas variantes formaremos el correspondiente aparato crítico.*

Con el propósito, pues, de hacer una fidelísima transcripción del Pasionario de Cardeña, en nuestra edición respetaremos escrupulosamente la ortografía original de este manuscrito, aunque no haya regla constante que fije el empleo de formas gráficas, como es el caso de la e *caudada (ę)* [5], *el empleo de dobles consonantes, fonemas parásitos, elisiones, asimilaciones, etc. Aun en las pasiones hispanas, en gracia a la unidad de nuestra edición, preferiremos las grafías del códice caradignense (quum-cum, quur-cur, adqueatque, etc.), a las más corrientes propuestas por los otros manuscritos, las cuales, no obstante, acogeremos en el aparato. Sólo nos inclinaremos a rectificar una lección del manuscrito fundamental,*

[3] Véanse las páginas 10-13 y 273-286 de nuestro primer volumen.

[4] Por interesar a la naturaleza litúrgica del Pasionario hispánico general, recogeremos también en el lugar correspondiente del texto de Cardeña, las notas litúrgicas marginales de los otros manuscritos.

[5] Las E mayúsculas aparecen también arbitrariamente caudadas. Por dificultades tipográficas hemos desistido de notarlo.

cuando a la luz de los demás manuscritos sea evidente que se trate de una corrupción, la cual, de todas formas, será también recogida cuidadosamente en el aparato crítico. Estamos seguros de que los filólogos aplaudirán nuestra meticulosa transcripción, que por otra parte contribuirá poderosamente a abrir luminosos horizontes para el estudio de las distintas procedencias textuales.

Resolveremos todas las abreviaturas. En caso de duda nos inspiraremos en la solución dada por el mismo copista en otros sitios del códice (agustas, presbyteres, volumtas, spirituales, etc.).

Nos hemos permitido también regularizar el uso arbitrario de h, b-v, u-v, i-y, *en mayúsculas y minúsculas, según la ortografía moderna, sin notarlo en ningún caso, fuera de los nombres propios que serán transcritos literalmente. Si en algún caso, por razones de estética tipográfica alteramos la grafía de estos nombres en el empleo de aquellas letras, anotaremos en el aparato la lección exacta del manuscrito, menos el empleo de* h *en los nombres sagrados (Ihu = Iesu, Ihrslm = Ierusalem, Srhl = Srael, etc.), porque en realidad no es una* h *sino una* eta *griega. Respetaremos la omisión de* h *después de* c *delante de vocal débil (mici, nicil, cirographus, etcétera).*

Asimismo regularizaremos el uso de mayúsculas y minúsculas, y, aunque moderadamente, la puntuación.

Hemos señalado con negrita las letras iniciales adornadas.

Por último advertimos que, a fin de facilitar la labor tipográfica, hemos introducido una racional división de las Pasiones en párrafos, que hemos numerado progresivamente.

Al final de nuestra edición publicamos un glosario entresacado de los folios del códice caradignense[6]*. Un amanuense ciertamente distinto de Endura, quien a mediados del siglo X copió las cincuenta y dos fórmulas de este Pasionario, antes de que se añadieran, durante los primeros años del siglo XI, las Pasiones de la Invención de san Zoilo, de santa Argentea y compañeros, y de los santos Ciriaco y Paula, al final del mismo, fué señalando con un sencillo y rápido trazo de pluma sobrepuesto como signo de llamada, algunas palabras que a su criterio merecían una aclara-*

[6] Lo dimos ya a conocer en el Archivum Latinitatis Medii Aevi 22 (1953) páginas 217-237: aquí lo reproduciremos con alguna modificación.

ción; pasan de mil quinientas. Cuando dos de estas palabras se encontraban en la misma línea o en las líneas contiguas, el escribano empleó hasta dos y tres signos distintos para evitar confusiones. Una vez terminada esta labor de señalación, el mismo, u otro amanuense más culto, volvió a empezar repitiendo igual signo al margen y añadiendo al lado o debajo la glosa o sinónimo correspondiente: así parece hay que deducirlo del hecho de encontrarse cierto número, bastante considerable, de estos signos en el texto sin su correspondiente glosa al margen. Nosotros hemos señalado estas palabras con un asterisco.

A excepción de una media docena, todas las glosas se deben a la misma mano. Su disposición en el manuscrito es la siguiente: las columnas a *y* d *tienen casi todas sus glosas en el intercolumnio respectivo de su página, y las columnas* b *y* c *en los márgenes exteriores de su página respectiva; muy pocas veces, a causa de la vecindad de muchas glosas o al excesivo tamaño de las letras de adorno y a la consiguiente escasez de espacio, algunas de ellas saltan a los márgenes interiores; bastantes de éstas últimas, puesto que las fotografías con que hemos trabajado eran insuficientes, fueron releídas y completadas por nuestro venerado maestro el Reverendo Doctor José Vives, sobre el mismo manuscrito. Algo parecido sucede en la colocación de las glosas respecto a la línea a la cual se refieren: aunque raras veces, algunas glosas, por defecto de espacio, se hallan en el margen superior o inferior, especialmente si la palabra-madre se halla en las primeras líneas o en las últimas de cada columna.*

A. F. G.

Barcelona, fiesta de la Inmaculada Concepción
de María, 1954

TEXTO

SIGLAS Y SIGNOS CONVENCIONALES

L = Manuscrito de Cardeña: Londres, British Museum, Additional 25.600.

P^1 = Ms. de Silos: París, Bibl. Nation., Nouv. acq. lat. 2.180.

P^2 = Ms. de Silos: París, Bibl. Nation., Nouv. acq. lat. 2.179.

M^1 = Fragmento contenido en el ms. Bibl. Nacional de Madrid 822.

M^2 = Fragmento contenido en el ms. Bibl. Nacional de Madrid 494.

| = Final y principio de folio en el manuscrito L.

|| = Ídem en el ms. P^1.

/ = Ídem en el ms. P^2.

'| = Ídem en el ms. M^1.

|' = Ídem en el ms. M^2.

[] = Añadiduras nuestras. Éste y los signos siguientes, cuando se encuentran intercalados en el texto de las Pasiones, se refieren exclusivamente al manuscrito L.

⌈⌉ = Letras o palabras superpuestas a la línea.

< > = Supleción de lagunas.

... = Laguna.

* = Palabra señalada con glosa marginal. Se recogen por orden alfabético al final del volumen, seguidas cada una de su correspondiente glosa.

[Proloquia]

| Stilo genere siquidem tormentorum perpessi diverso | [2a cruore tamen unius fidei perfuso eterni fulgent regis laureati diademate polorum in regno.

| Item prologus. <I>n nomine sanctę et individuę Tri- | [2b nitatis. Hic codix continet martyrum gesta, qualiter pro Christo Domino animas tradiderunt vel martyriali obitu triumphaverunt. Hii sunt qui se sponte tradiderunt ad mortem propter testimonium veritatis ut in ęternum viverent. Hii sunt qui diabolo dimicantes vicerunt ut in futuro cum Domino lętarentur, Domino et magistro nostro testante: Qui perdiderit animam suam propter me in vitam ęternam inveniet eam. Hii sunt fortissimi bellatores, qui in Christo valde extiterunt victores, quum alii capite truncati occubuerunt, ceteri vero igne cremati cęlo spiritu reddiderunt, aliosve stipitibus suspensa cadavera lętiores ad Christum properaverunt, qui ait: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Plerosque etiam profundum maris dimersos per equora fluctuantibus, portitoribus angelis, Dei nutu litora eiecerunt. Hii sunt vere qui, devicto mundo spretoque hoste invido, inter angelicis turmis cum victorię palmas floscidisque diademis [a] laureati tripudiant. Horum ergo subsidium obnixi, clementiam tuam efflagitamus, Deus.

O rerum auctor, urbe polique auctor omnium, Deus, ut quis ille prudenti animo hunc libellum sitienti voto maluit exarari, ipsis suffragantibus | cum eisdem mereatur adsociari meque in- | [2c dig . . . pondus scabiedine gravatus propter obedien . . . huius pauperioris in . . . . . coram Deo vivente. Amen.

---

[a] *corr. ex* diademas.

I

[Aciscli et Victoriae]

| = L 3a-6d.

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio] I^a^.	6 [Lectio] VI^a^.	10 Or[atio].
2 [Lectio] II^a^.	7 Or[atio].	11 Or[atio].
3 [Lectio] III^a^.	8 [Lectio] VII^a^.	12 Or[atio].
4 [Lectio] IIII^a^.	9 Finitur.	13 Or[atio].
5 [Lectio] V^a^.		

1 | Passio sanctorum beatissimorum martyrum Aci- | [3a
scli atque Victoriae, qui passi sunt Cordoba in civitate sub Dion
3 preside; die xv kalendas decembres. Deo gratias.

2 [1] In temporibus illis, quum primum descendisset in urbem
Cordobensem Dion pręses, iniquus persequutor christianorum,
3 indita est ab eo in eadem urbem persequ[u]tio christianis ut
sacrificarent diis: nam per universum orbem tunc fervebat rabies
paganorum, ut si quis contemneret culturam simulacrorum, di-
6 versa | sustinerent genera tormentorum. [2] Erant namque | [3b
tunc in prędicta urbe timentes et colentes Deum Acisclus et Vic-
toria, christianissimi et sanctissimi, qui a primevo ętatis suę tem-
9 pore in Dei laudibus permanebant. Audiens quidam ex officio,
nomine Urbanus, de eorum sancta conversatione, nuntiavit pre-
sidi impiissimo, dicens: Inveni quosdam, qui contemnunt pre-
12 cepta tua, et dicunt deos nostros lapides esse, et nicil eis, qui eos
colunt, prestare. [3] Audiens hęc pręses, iussit Dei sanctos ad se
perduci.

3 Qui quum adducti fuissent, dicit eis pręses: Vos estis
qui contemnitis sacra deorum nostrorum, et prevaricatis omne
3 populum, ut se ab eorum proiciant sacrificiis? Cui beatus Acisclus
respondit: Nos sumus servientes Domino Iesu Christo, non dę-
monibus vel inmundis lapidibus. [4] Dion preses dixit: Agnovisti
6 quam sententiam sustinere iussimus eos, qui | sacrificare | [3c

noluerunt? Sanctus Acisclus respondit: Audisti et tu, pręses,
quam pęnam pręparavit Dominus Iesus Christus vobis et prin-
9 cipibus vestris?

4 Audiens autem Dion, *ferali rabie contra Dei martyrem
fremere cępit, et intuens beatam Victoriam, dixit: Misereor tibi,
3 Victoria, ut filię meę; accede ergo ad deos, et adora eos, ut pro-
pitii sint peccatis tuis, et liberent te ab errore quod pateris. [5] Si
autem nolueris, inferam tibi *sęvissima tormenta. Sancta Victoria
6 dixit: Magnam mici gratiam prestas, o pręses, dum ea, quę di-
xisti, [si] in me conpleveris. Tunc Dion sancto Acisclo dixit:
Aciscle, cogita pulchritudinem ętatis tuę, ne forte pereas. Cui
9 sanctus Acisclus respondit: Cogitatus meus Christus est, qui me
ex limo terrę plasmavit. Tu autem per *ignavia tua conaris inpel-
lere homines manufactas imagines adorare, qui nec oculos nec
12 sensum in se non habent.

5 | Tunc iratus Dion iussit eos in *ima carceris retrudi. | [3d
Qui quum illuc introissent, meditabantur eloquia Dei. Et ecce
3 venerunt in conspectu eorum quattuor angeli portantes eis pran-
dium salutis. [6] Videntes autem beati martyres angelos Domini,
dixerunt: [7] Domine, Deus noster, qui es rex cęlestis et medicus
6 vulnerum occultorum, scimus quia non nos derelinques, sed me-
moratus es nostrorum, et misisti nobis prandium de excelsis tuis
per sanctos angelos tuos, et repleti sumus ęsca redemtionis.

6 [8] Et dum hęc aguntur, iussit Dion produci sanctos Dei
de custodia. Qui quum adducti fuissent, dicit eis Dion: Audite
3 me, et sacrificate diis, ne *afficiamini tormentis acerbissimis.
Cui sanctus Acisclus respondit: Quibus diis sacrificare nos dicis,
Dion? Apollini et Neptuno, falsis et inmundis dęmonibus? Aut
6 quos deos nos adorare conpellis? Iovem, vitiorum principem?
| an inpudicam Venerem? an adulterum Martem? Absit | [4a
enim, ut quos imitare horremus, venerare possimus. Ego tamen
9 presenti populo, quem congregasti, clamo, et nomina sanctorum,
quorum frui consortio, repeto, ut omnes audiant pronuntio. Nam
tu quem similem facis, Dion, primo omnium apostolorum beato
12 Petro, qui est columna Ecclesię? Ipsum decet audire aut Apol-
linem, qui est perditio seculi? Dic mici, Dion, quem similem facis

---

6. 10 ut *L man. post. corr. in* [et]

prophetarum et martyrum? Numquid Herculem pugnantem, qui
15 scelerate vixit, et multa nefanda super terra comisit? Dic mici,
Dion, quem vis *enitentius venerare? Zezabel, interfectricem in-
nocentum, aut Mariam virginem sanctam, quę Dominum nostrum
18 Iesum Christum genuit salvatorem, permanens virgo ante par-
tum, et virgo semper gloriosa post partum? [9] Erubesce, Dion,
quia non est Deus, quem colis, sed sunt idola surda et muta.

7 Tunc iussit impiissimus Dion beatos martyres | tor- | [4b
queri, et sic sanctum Acisclum fustibus cedi, beatam vero Victo-
3 riam iussit vehementer in plantas cedi. Quod quum impletum fuis-
set, iterum iussit eos in custodiam mitti, dicens: Claudantur
quousque cogitem qua pęna eos afficiam. Alia vero die sedens
6 publice, iussit adduci sanctos Dei de custodia. Euntes autem mili-
tes, adduxerunt eos. Videntes vero populi sanctos Dei vinctos
trahi ad pretorium, voce magna clamabant dicentes: Domine,
9 Deus eorum, adiuva eos, quia ad te confugium fecerunt. Dion
autem iussit eos ante *tribunal adduci. Et intuitus illos vultu
terribili, iussit adstantibus sibi ministris ut caminum incenderent,
12 et ibi sanctos Dei pręcipitari.

8 Succenso itaque camino, ducuntur beati martyres lęti oculos
elevantes ad cęlum, et misericordiam Domini fiducialiter ex-
3 pectantes. Et quum adplicuissent ad caminum, munientes se sacro
signaculo Christi, ingressi sunt in ignem. | Ubi dum ingressi | [4c
fuissent, laudantes erant et benedicentes Deum. Angeli vero Do-
6 mini, adsistentes eis in medio ignis, glorificabant Dominum cum
ipsis voce laudabili, ita ut sonitum eorum *pene cuncti adstantes
audirent: et mox nuntiatum est pręsidi ab his, qui succendebant
9 caminum, dicentes: Audivimus de camino, domine pręses, multas
voces psallentium, atque dicentium: Gloria in excelsis Deo, et in
terra pax hominibus bonę volumtatis.

9 Tunc pręses Dion hęc audiens, iussit sub festinatione
sanctos Dei perduci de camino ignis ardentis. Videns autem ini-
3 quissimus Dion quia non nocuit eos ignis, sed nec in aliquo con-
tigisset quamlibet eorum corporis partem, miratus est valde, et
induens semetipsum vultus sui confusionem, loquutus est eis,
6 dicens: O infelicissimi, ubi tantam artem maleficiorum didicistis,

---

14 Erculem *L.*

ut vos non lederet ignis? Sed iam deponite | magicam | [4d
[artem] vestram, et venite, et adorate, et imolate diis, ut repro-
9 pitientur vobis. Aut tu, dic mici, Victoria, in quem habetis fidu-
ciam, qui in tantam superbiam perduratis? vel quid de vobis
dicitis, aut quid speratis? Dicit ei sancta Victoria: Non tibi dixi-
12 mus, inmunde spiritus, *carnifex, vermis, quia pater noster et
dominus ac salvator noster est Christus, qui dat victoriam nobis
ad vincendum eos, qui eum non noverunt, vel vestras *abomi-
15 nationes, in quas seducti estis colere falsos deos?

10 Tunc iussit pręses ministris suis, ut alligarent ad colla
eorum lapides grandes, et mitterent eos in flumine. Quod quum
3 factum fuisset, missi in flumine, suscepti sunt ab angelis, et erant
ambulantes super aquas fluminis, laudantes et benedicentes Deum;
et respicientes in cęlum orantesque, dixerunt: [10] Domine Iesu
6 Christe, rex omnium seculorum, qui semper te invocantibus ades,
et querentes te nullatenus derelinquis; | adesto nunc famulis | [5a
tuis, et, ostendens tua mirabilia, iube nos accipere in hanc horam,
9 et in his aquis sacrum signaculum tuum adpone, et vestes inmor-
talitatis, quia tu es ipse, qui ambulasti super aquas fluminis, et
benedixisti illas, et accepto lavacro regenerationis, mereamur
12 emundari a nequitia, quę nobis superposita est. Inlumina nos,
Domine, inluminatione tua sancta, et glorię tuę splendore indue
nos, ut tibi demus gloriam in secula seculorum.

11 Et dum hęc agerentur a sanctis quasi media nocte adsis-
tentibus eis super aquas fluminis, facta est ad eos vox de cęlo,
3 dicens: Exaudivit Dominus deprecationam vestram, o fidelissimi,
et implevit quę orastis. Quumque hoc fieret, statim venit nubis
lucida super caput eorum, et videntes subito gloriam Christi
6 advenientem, et ante ipsum angeli sancti eius cum suavitate odo-
ramentorum incensorum, hymnis personantes; | et respi- | [5b
cientes sancti martyres, leti dixerunt: [11] Filii Dei vivi, Iesu Chri-
9 ste, invisibilis, inmaculate, qui descendisti hodie de excelso cęlo-
rum super aquas has fluminis cum multa gloria angelorum, et
donasti nobis vestem inmortalitatis et renovationis, te benedici-
12 mus, te laudamus, tibi gloriam damus, qui cum Patre tuo et
Sancto Spiritu individua maiestate possides regnum, nunc et
semper et in secula seculorum. Amen.

12 Post orationem vero egredientes de flumine, reversi sunt

in locum carceris, a sanctis angelis intromissi. Audiens itaque
3 pręses quia reversi fuerant in carcerem, iussit eos adduci ante
conspectum suum. Et iubet adferri rotas, et ligari eos super sin-
gulas rotas, et sub rotas accendi flammam, et oleum super ignem
6 fundi, ut celerius martyres sancti consummerentur. Et quum fac-
tum fuisset, volvebantur rotę, et scindebantur corpora sanctorum.
| Respicientes autem in cęlum, sancti dixerunt: [12] Benedi- | [5c
9 cimus te, Deus noster, qui es in cęlis, et gratias tibi, Domine Iesu
Christe, agimus: ne derelinquas nos in hoc certamine, sed extende
manum tuam, et tange hunc ignem, qui exurit in nos, et extingue
12 eum, nequando gratuletur super nos impius Dion.

13 Hęc eis dicentibus, subito prorupit ignis, et interfecit
ex viris, qui erant idolorum cultores, numero mille quingentos
3 quadraginta. Beati vero martyres repausabant super rotas, velut
super lectos stractos. Erant autem angeli adsistentes eis. Videns
itaque impiissimus Dion tanta mirabilia, iussit sanctos Dei deponi
6 de rotis. Quumque depositi fuissent, iussit sanctos ad se perduci,
et proloquens, dicit: Sufficiat iam vobis infelices, quia iam osten-
distis omnes magicas artes vestras. Venite vel nunc, et accedentes
9 sacrificate diis *invictissimis, qui vos patiuntur. | Ad hęc | [5d
sanctus Acisclus dixit: Insensate et sine intellectu et sine Dei
timore, oculis tuis cęcis non vestro es magnalia Dei, quę fecit
12 cęlestis Pater cum Unigenito et coeterno Filio suo Iesu Christo
Domino, qui liberat omnes servos suos de inquinatis manibus
vestris.

14 Tunc Dion ira repletus, *seorsum statuens sanctum
Acisclum, mamillas sanctę Victorię abscidi iussit. Quod quum
3 fieret, sancta virgo dixit: Dion, lapideo corde, et ab omni vir-
tute Christi expulse, iusisti mamillas meas abscidi: intuere et
respice, quia pro sanguine lac egreditur. Et respiciens in cęlum
6 beata Victoria, dixit: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, rex
seculorum, qui dignatus es prestare, ut pro nomine tuo omnia
impedimenta corporis mei absciderentur: scio enim quia iam
9 [h]ora est, qua me iubeas hunc mundum relinquere, et ad tuam
gloriam pervenire. Et hęc quum dixisset, | iussit eos iniquiis- | [6a
simus Dion, in carcerem retrudi. Quod quum factum fuisset, ve-

---

14. 4 expulse *lectu diffic. L.*

12 nerunt omnes matronę ad eam, audientes pęnas, quas sustinuit, afferentes multa de bonis suis ad consolandam eam, et invenerunt eam sedentem et meditantem eloquia Dei. Statimque cadentes ad
15 pedes eius, osculate sunt vestigia eius. Beata vero Victoria adloquebatur cum eas de sancta mysteria. Illas vero audientes, admirabantur sufferentiam eius, ita ut crederent de ipsis matronis in
18 nomine Domini nostri Iesu Christi numero septem.

15 Mane autem facto, iubet impiissimus Dion eos adduci. Quumque adducti fuissent, dicit sanctę Victorię: Tempus tuum,
3 Victoria, iam venit; accede et convertere ad deos. Si autem nolueris, abscidam animam tuam a te. Venerabilis Victoria dixit: Impie Dion, amodo non erit tibi requies, neque in seculo isto,
6 neque in perpetuum. Ad hęc Dion, | non ferens iniuriam, | [6b iussit linguam eius abscidi. Beata vero Victoria levavit manus suas ad cęlum, et dixit: [13] Domine Deus meus, creator totius
9 bonitatis, qui non dereliquisti ancillam tuam, respice nunc de throno tuo sancto, et iube me consummari in hoc loco, quia adpropiavit hora, ut requiescam in te. Et quum tali oratione *funge-
12 retur, vox de cęlo audita est, dicens: Inmaculati et incontaminati, qui multum laborastis, venite: aperti sunt vobis cęli, et regnum cęlorum repositum habetis. Omnes enim glorificant et benedicent
15 Patrem pro vobis, quia ab initio multum pro me sustinuistis omnesque iusti exhilarantur, scientes vestrum certamen. Et iterum facta est vox ad eos, dicens: Venite ad me, sancti mei, et
18 habebitis ęternas coronas, et *brabium comemorationis vestrę.

16 Hanc vocem factam de cęlis audiens Dion, iussit linguam sanctę Victorię abscidi, | quia dum ista agerentur, | [6c
3 nondum fuerat factum, quę olim facere decreverat. Et dum abscisa fuisset lingua eius, suscipiens pręcisuram linguę suę proiecit in faciem eius, et percutiens oculum eius excecavit eum, et cla-
6 mavit voce magna, dicens: In tenebris constitute, Dion *inpudice, desiderasti manducare organum corporis mei, et abscidere linguam meam, quę benedixit Deum; iuste lumen tuum perdidisti;
9 eloquium enim Domini veniens in faciem tuam, excecavit lumen tuum. Hanc autem iniuriam non ferens Dion, iussit eam sagittari, et dum misse fuissent duę sagittę contra corpus eius, et alia
12 in latus eius, ita in confessione Domini emisit spiritum.

17 Sanctum vero Acisclum in anfitheatrum decollari prece-

pit. Qui quum decollatus fuisset, veniens quedam fęmina christia-
3 nissima, nomine Miniciana, quę et ipsa | ab initio Deum | [6d
dilexit, collegit cum honore corpora sanctorum, et sancto Acisclo
fecit sepulturam in domum suam: sanctę Victorię vero iuxta por-
6 tum fluminis; et ita conlocavit corpora sanctorum Aciscli atque
Victorię cum pacis honore: ubi fiunt multa mirabilia ad laudem
nominis Christi.

18 Adiuvante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor et gloria, virtus et imperium in secula seculorum. Amen.

<II>

[Romani et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio] IIII[a].	3 [Lectio] VI[a].	5 [Lectio] VIII[a].
2 [Lectio] V[a].	4 [Lectio] VII[a].	6 Or[atio].

1 Passio sancti ac beatissimi Romani et comitum eius, qui passi sunt in civitate Antiochia; die XIIII kalendas decembres. Deo gratias.

2 In temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, quum a paganis in Eclesiam Dei impetus fieret, Asclepiades prefectus persequutionem suscitans, volens evertere christianos, sevus ad Antiochiam veniebat. Romanus vero beatissimus, Dominum timens, | congregavit omnes chri- | [7a
stianos çclesię, et dixit eis: Fratres, qui spem in Domino habetis, consilium meum audite, et quasi viri fortes armati, fidem Domini nostri Iesu Christi contra hostem diabolicum et iustitię inimicum stemus, ut cum Dei Eclesiam introire minime permittamus. Quod quum aliquantorum ad aures officii pervenisset, ad iudicis notitiam detulerunt, dicentes: Romanus quidam monachus omnibus viris Eclesię persuasit, ut resistentes tibi prohibeant cerimonias nostras.

3 Audiens autem Asclepiades prefectus, furore repletus ad Eclesiam venit. Romanus vero in conversatione bona et vitę patientia ante Eclesię fores occurrens, dixit ei: Asclepiades, verba mea cum fiducia audi, quoniam

---

17. 6 [et] *L corr. ex* ut.

nos homines de confinio mortis eruimus; nam vos cum fallacia et blandimenta eis mortem inpingitis. Nos regem colimus Deum. vos vero corruptibiles reges habetis, | [1 et non solum ipsos veneranini et timetis, | [7b verum etiam lapides et ligna et animalia muta colitis. Ecce unde vobis paganis nos christiani meliores sumus, Dei Filium confitentes. Asclepiades prefectus dixit: Multum te patior, et oportet me propter circumstantem populum benignum esse. Et adiecit: Dic, detestabilis, quid cogitas vel quid ante oculos habes, quod adversus imperatores vel deos nostros talia ausus es enarrare? Romanus beatissimus dixit: Non hec audacia est sed fiducia. [2] Nullus enim ignorat quoniam omnium temporalis est mors, hoc est regum et principum, pauperum et divitum, scribtura loquente: Unus introitus ad vitam omnibus, et unus egressus. Quapropter Dei Eclesiam introire minime valeas.

4 [3] Audiens hec Asclepiades, beatum Romanum ad publicum mox trahi precepit. Quum fieret, Asclepiades, sedens pro tribunali, sanctum Romanum publice precepit adstare. Quumque fieret, ex officio dictum est: | Adstat Romanus. Asclepiades Romano beatissimo dixit: Dic mici, | [7c damnabilis, quid adversum me cogitans, omnibus, ut mici *obsisterent, imperasti? Romanus beatissimus dixit: Feci quasi christianus; non enim iustum est ut domum Dei *precipitanter introeas, et per te facilius polluatur, et auctoritate potestatis tue presummas aliquid *adtemtare. [4] Asclepiades prefectus dixit: Miser homo, ergo te metuens, Eclesiam non introeam? Per solem regem quia hodie te gravioribus tormentis afficio in illorum exemplum, quibus, ut istut facerent, imperasti. Romanus[a] beatissimus dixit: Nefande sacrilege, minas tuas minime pertimesco. Scito autem, quia non pro timore meo domum Dei introire prohibitus es, sed Deus te limina templi sui introire non passus est, ut propositum tuum implere minime possis.

5 Asclepiades prefectus dixit: In *eculeo suspendatur. Quumque fieret, ex oficio suggesserunt: | Domine, per sublimitatem tuam, quam iste | [7d non solum huius civitatis, sed totius provincie primus et nobilis est. [5] Quumque hoc audiret prefectus, statim eum de eculeo mandavit deponi. Quo facto, Asclepiades Romano beatissimo dixit: Dic mici, damnabilis puniende, ita est, ut suggesit officium? Romanus beatissimus dixit: Miser homo, tu putas in hac opinione, christianis non esse fiduciam. Nos Christum habentes, Deo Patri regenerati, honorati et liberi sumus. Vos autem in hac potestate servitutem habetis, quia scribtum est: Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati.

6 Asclepiades dixit: Damnabilis, ad interrogata responde: qua presumtione tam indisciplinata verba admittis? Romanus beatissimus dixit: Fiducia mea et presumtio mea Christus est; unde ipsum timens, cum fiducia loquor. Nam memor esto, serpens venenate, quia ipse | iussisti | [8a interrogationibus tuis ad singula me respondere. Si tacuero plus te exas-

---

[a] Romanus *man. post. add.* u (Roman'u l).

pero: si loquutus fuero, te ad iracundiam provoco. Prefectus dixit: Non ut loqui te prohibeam dico, sed, deposita superbia, cum humilitate responde, prout [b] religio vestra deposcit. Romanus beatissimus dixit: Datur christianis et colentibus Deum tempus quando cum patientia et fiducia debeant loqui. Dicit enim ipse salvator noster: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animę autem nicil faciunt; sed timete eum, qui potestatem habet animam et corpus mittere in gehennam.

7 Asclepiades pręfectus dixit: Infelix et miser homo, memor sum te dixisse quod nobis et principibus nostris meliores esse possitis. quod supervacuam religionem sectamini: qualiter hoc potest fieri, responde mici. Romanus beatissimus dixit: Ergo *adverte, damnate, quoniam, Deo donante nobis virtutem, | vobis et dominis vestris meliores in omnibus sumus, | [8b qui vitam in perpetuo possidemus; nam vos, qui principatum in hoc seculo tenetis, maxime illorum, qui Christi notitiam nesciunt, futuro igne trademini. Asclepiades dixit: Et quomodo meliores nobis esse potestis, homines et incessu et in omnibus subiecti nobis? Romanus beatissimus dixit: Vos cupientes placere regibus vestris, qui ad tempus istum vobis dominium tribuunt ęternum, dominum non videtis. Nam nos, contemto seculo, Deo soli placere contendimus; et ideo in omnibus meliores vobis sumus, quia in futuro cęlestia regna tenemus.

8 Asclepiades, serpentino furore repletus, sanctum Romanum in eculeo suspendi prącepit, dicens: Gravius torqueatur, ut verba insana amplius non loquatur. Quumque torqueretur beatissimus Romanus, dixit: Quam bene reficior, Asclepiades, quia dum punior vindicor; quando autem infirmor, tunc potens sum, | specialiter in eo, qui me confirmat, pro quo | [8c omnia ista patior; nam apud te, serpens venenate, disperate, crudelis, nulla est veritas, qui me sine ullo crimine tormentis *agitare non cessas.

9 Pręfectus dixit: Secundum stultitiam tuam et duritiam cordis tui, adhuc igni te faciam consummi, et diversis cruciatibus damnabo. Romanus beatissimus dixit: Credo in Deo meo Iesu Christo, quia dignus sum universa tormenta percurrere: si enim non meruissem, non ad istud iudicium pervenirem. Sed Deus meus, qui est vita mea et lumen meum, ipse mici sufferentiam dabit, ut tanta et talia supplicia pro eius gloria patiar, qualiter confitear enim venturum iudicare vivos et mortuos, et: Quum eum confessus fuero coram hominibus, et ipse conńteatur me coram Patre suo, qui est in cęlis. Dico autem tibi, inimice iustitię. quia ignis | tuus mici | [8d frigidus erit. Asclepiades dixit: Per deorum salutem, quia incenderis publice, et ibi cognosces si te iuvaverit, quem fateris: ego enim hominem cru-[ci]fixum invocare confundor. Romanus beatissimus dixit: Hęc confusio mici proveniat, et omnibus, qui eum diligunt: unum autem tibi dico, quia ignem, quem mici paras ad me non perveniet, quia refrigerium mici Christus est: diligentibus enim Dominum, omnia procedunt in bonum.

10 Asclepiades dixit: Ergo maleficus es. Romanus dixit: Nos [magis

---

[b] prout *corr. ex* ipso ut.

eos], qui maleficia faciunt, invocantes Deum dextruimus; tu autem non effugies manu Dei, et illi, qui tibi dominantur, ministri patris tui, qui dicitur Satanas, qui lignis et lapidibus serviunt. Asclepiades prefectus dixit: Ergo stulte agunt imperatores nostri, adorantes deos? Romanus beatissimus dixit: Ita. Nam si verum velis agnoscere, | sapientia vestra stultitia | [9a est apud Deum; sed adiuro te per salutem regum tuorum, ut mox infantulum de platea adduci precipias, et eum interroga. et ipse respondeat si iustum est Deum adorare, qui fecit omnia, aut deos, qui ab hominibus fiunt, et quod iudicaverit hoc fiat.

11 Asclepiades prefectus dixit: Quia per salutem dominorum meorum me voluisti adiurare, faciam quod obtasti; tu autem propter superbiam tuam non effugies manus meas, et adiecit: De platea modo puerulus rapiatur. Quumque fieret, Asclepiades Romano beatissimo dixit: Ecce infans; ob quam causam eum [in iudicio] presentari petisti? Romanus dixit: Si precipis, interrogo eum. Prefectus dixit: Interroga quomodo placuerit tibi. Romanus beatissimus puero dixit: Quid iustum est, fili, Deum adorare [qui fecit omnia], aut deos, qui ab hominibus fiunt? Puer respondit: Deum iustum est adorare, qui | fecit omnia in brevi per | [9b Christum Filium suum, et eum sine intermissione laudare. Asclepiades dixit: Levetur puer in *catomis. Quumque fieret, prefectus dixit: Cedatur. Et adiecit: Quis tibi suasit ista dicere? Puer respondit: Per Deum, nemo mici dixit, sed matrem meam audio semper horis matutinis dicentem: Unus Deus et Christus cum Spiritu Sancto, una fides unum babtisma; et ab ipsa hoc didici.

12 Prefectus dixit: Mater pueri adducatur. Quumque fieret, iussit eam prefectus contra suum infantem adstare, ut videret qualiter filius eius cederetur. Quumque puerulus *vapulasset. prefectus dixit: Ergo et tu christianum te esse fateris? Puer respondit: Sine dubio in Christo Iesu habeo spem meam, sicut et mater mea. Pendens autem puer, sitivit, et dixit: Mater mea, da mici bibere aquam, quia sitio. Cui mater respondit: Noli, fili, iam istam bibere aquam; vade ad illam aquam vivam, | [9c vade ad eternum fontem, perge ad Christum, qui pueros coronat. Ipsum sequere, qui martyres honorat, qui omnibus sibi credentibus spem donat; et mei, filiole Theodole, ex hodie memor esto.

13 Et his dictis, prefectus dixit: Recipiatur puer in carcere una cum Romano isto sacrilegio. Quumque fieret, Asclepiades prefectus iussit *pirum magnum fieri, et ligna infinitissima congregari, ut beatissimus Romanus incendio cremaretur; quod in presenti perfectum est. Alio vero die Asclepiades prefectus dixit: Romanus cum puero adducantur de carcere, et incendio concrementur. Quumque fieret statim descendit pluvia ingens, que ignem paratum statim extinxit. ita ut locus flamme minime inveniretur. Et *stupebant omnes, et mirabantur quod sanctus iurasset paratum sibi ignem non esse visurum. Quumque hec Asclepiadi nuntiata fuissent, eos ad se intromitti precepit. | Quibus adstantibus Asclepiades pre- | [9d fectus dixit: Non hoc credatis, quod ob vindictam vestram hec advenerit

pluvia, quum tempus, quod suum est, exhibet; quartodecimo enim kalendas decembres sunt hodie.

14 Romanus dixit: Scio Dominum meum in omnibus mici adiutorem; non enim dormit neque obdormitat qui mici custodiam prestat; non solum mici, sed et omnibus, qui pro eo certantur in agone. Quapropter hoc non *diffido, neque dubito propter nos hanc pluviam fuisse directam, ut potestatem tuam vincat, qui moveris iniuste. Quum hec beatissimus Romanus enarrasset, Asclepiades prefectus puerum [gladio] animadverti precepit; Romano autem a radicibus linguam incidi mandavit. Romanus beatissimus dixit: Deo gratias. Et adiecit: [6] Benedico te, Domine Iesu Christe, auctor lucis et diei, redemtor animarum in te credentium, qui per me hunc infantulum coronasti, | qui eum accelerasti esse cum | [10a martyribus tuis, ut suscipiatur in manibus angelorum tuorum. Decollatus est autem infans in conspectu matris sue que, leta et gaudens de filii victoria, collegit corpus eius. et tradidit sepulture.

15 Tunc vocatus est medicus, Ariston nomine, et venit tristis foris civitatem, et beato Romano a radice abstulit linguam. Quumque fieret, maxima voce dixit: Deus, tue virtuti gratias ago; Deus meus, modo te melius laudabo, et labiis meis te creatorem cum Filio tuo Iesu Christo Domino nostro omni devotione precabor; et adiciens, dixit: Repletum est gaudio os meum, et lingua mea exultatione. Benedictus es, Domine: doce me, iustificationes tuas. Tunc dixit Romanus: Asclepiades, ecce tulisti mici linguam, sed Deus tacentium audit vota, qui me a se non facit alienum; ecce enim et sine lingua loqui non cesso, | nam meus honor | [10b et gloria Deus est, ingenuitas et cognatio mea Christus, qui omnes homines induit libertatem, illos maxime, qui eum fideliter colunt. Asclepiades dixit: Per potentes deos, quoniam licet nobilitate generis muniaris. diversis suppliciis inhonorabo genus tuum. Romanus beatissimus dixit. Per Christum Filium Dei vivi, quia iniuria, que mici inrogatur a te, honor et gloria est. Asclepiades dixit: Eculeo suspendatur, et, ut meretur, eius insania gravius torqueatur. Quumque torqueretur beatissimus Romanus, dixit: Per Trinitatem sanctam, quia nicil me torquendo proficies, sed quid potes aliquid de me fortius cogita, nam credo in Deo vivo, et [in] Iesu Christo Filio eius, qui mici virtutem suam tribuit, quia sustineo quod insanus furore maligno *baccharis; ut per potentiam vincam crudelitatem eius, qui dicitur Satanas.

16 Asclepiades dixit: In maxillas eum torquete, ut, diversis cruciatibus *agitatus, loqui non possit. | Quumque torqueretur beatissi- | [10c mus Romanus, dixit: Infelix *sacrilege, et omni fallacia plene, minister diaboli. et iniquitatis magister, *immo magis modo sunt aperte fauces meę. Veritatis enim preco sum, non tue stultitię. Et scribens de sanguine in charta, circumadstantibus dedit; scribture autem versus sic fuerunt: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt; beati caritatem habentes non *finctam, quoniam ipsi consolabuntur; beati qui Deum ante oculos habent, et credent sine dubitatione, quia gloriam ipsi accipient vitę

ęternę; beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequuntur; beati qui pro Deo renuntiaverunt huic mundo, quoniam accipient mercedem futuram; beati qui confitentur Dominum Iesum Christum, quia ipsos confitebitur Dominus quoram Patre suo, qui est in cęlis.

17 Quumque hęc omnia Asclepiades audiret, vocans ad se medicum, dixit et: | Puniende detestabilis, quur pręceptis meis non obedisti? | [10d Non tibi preceperam, ut linguam Romano abscideres? Unde nunc verba loquitur, linguam non habentis? Ariston medicus dixit: Per potestatem tuam, quia a radicibus Romano linguam tuli, quam prę manibus habeo: ac si precipis, vide ut per mensuram eius satisfaciam tibi; sed si iubes ex populo huic aliquem adduci, precipe ut hoc patiatur. Si potuerit vivere, quod tibi placuerit facito mici; si autem pręcipis experimentum per aliquem animal fieri, adduci iube porcum, et ibi cognosces.

18 Asclepiades statim porcum pręcepit adduci; quumque fieret. Ariston medicus ei linguam incidit, et continuo porcus amisit animam. Tunc Asclepiades prefectus, accepto experimento, dixit. Medicus dimittatur, et Romanus in medio adducatur. | Ex officio dictum est: |[11a Adstat Romanus. Asclepiades dixit: Multis te, Romane, hortatus sum verbis, unde poteras ad veniam pervenire, et curari minime voluisti; ideoque vel nunc de ceteris cave, et sacrifica diis, ut possis quę supersunt tormenta lucrare. Romanus beatissimus dixit: *Nefande, totius sceleris auctor, miror quod tamdiu duram habens frontem, non confunderis victus per omnia signa, quę facta sunt; vel nunc crede, miser, quia non *insanio, neque *desipisco; non imolo tuis dęmoniis, non derelinquo Dominum meum, qui secundo mici linguam donare dignatus est, ut sine intermissione conlaudem eum, et sine cessatione mundo corde glorificem eum.

19 Asclepiades prefectus dixit: *Biothenate, et omni sacrilegio plene, quia medicum corrupisti, et tibi gratiam prestitisti; ideo tibi blandiris, dicens, quoniam Deus tuus magnus est, | qui tibi aliam linguam | [11b dedit. Per Deum Iovem, quia exquisita tormenta invenio adversus insipientiam tuam vel stultitiam. Romanus beatissimus dixit: Ut potes, exquire tormenta, quę tibi placuerint; paratus sum suppliciis tuis dare responsum. Non enim pretiosior est corpus meum, quam anima, neque prępono vitam presentem illi ęternę; sed nec insipiens sum, aut stultus, qui [e] hoc faciam. Tunc stultus inveniar, si, obediens tibi aut metuens, vincar. Per salutem christianorum, quia non sacrifico dęmoniis; vel nunc crede, miser.

20 Asclepiades dixit: Et quę est salus christianorum? Romanus beatissimus dixit: Christus Filius Dei vivi, qui prestat salutem his, qui in eo confidunt, lucerna inextinguibilis, regum iustitia, fons indeficiens, corona ęclesiarum, misericors et miserator, qui spem petentibus tribuit, qui in cęlis et in terra est, qui percutit et sanat, qui corripit et morte non damnat, qui ducit | ad inferos et reducit, qui suscitat a terra inopem, et de | [11c

---

[e] qui *corr. ex* quo.

stercore erigit pauperem, qui pauperibus prestat victum, qui sine malitia et invidia est, qui nos in hereditate vocat eterna; exultatio his, qui in tristitia sunt; adiutorium miserorum, qui sunt sine adiutorio; audacia eorum, qui ad eum confugiunt; lumen verum; via, que ducit ad gloriam; veritas sine mendacio; corona martyrum; ipse est salus omnium, et virtus in eo credentium.

21 Asclepiades prefectus dixit: Verum dicito, Romane, non deficisti,[d] pendens? Romanus beatissimus dixit: Per Dominum meum Iesum Christum et Spiritum Sanctum, qui mici virtutem indulgentie donat, quia non deficio, Christo iubante, qui te vincit in omnibus, nam potestas iudicii tui celeriter transiet. Asclepiades prefectus indignatus, beatissimum Romanum in carcerem revocari precepit, et ibi eum suffocari mandavit. Qui, quum suffocaretur, emisit spiritum. Viri autem religiosi | tulerunt | [11d corpus eius, et sepelierunt eum. Dominus autem suscepit martyrem suum in pace.

22 Ea vero die Maximianus iussit qui erant in palatio christiani ut discingerentur, et recederent a militia. Multi ergo dum solverent cingulos suos, notavit sibi Maximianus, transeuntes, et vidit Isicium[e] beate memorie, et *furens, vocavit eum ad se, et expoliavit eum vestimentis, quibus erat indutus, et induit eum *colobio laneo, et tradidit eum in *geneceo lanariis, ad inludendum in iniuriam. Prior enim erat palatii. Iusto autem Isicio tradito in geneceo, populi ingrediebantur ad eum, et mox audito, Maximianus fecit eum vocari ad se, et dixit ei: *Cocistrio, quare dereliquisti ministerium meum, et adhesisti christianis? Numquid possunt te in tanto honore facere, quanto ego feci? Isicius dixit: Sed honor tuus temporalis est; confessio vero Christi eterna salus est. Et iratus Maximianus iussit | suspendi lapidem molarem in collo eius, et proici | [12a in flumine *Oronte[f]. Et Maximiano stante, proiectus est sanctus Isicius XIIII Kalendas decembres.

23 Gratias Deo agens, qui coronavit martyres suos per bonam confessionem; ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

---

[d] *corr. ex* defecisti.
[e] Ysicium [Ysicius-i] *cod. semper.*
[f] Horonte *cod.*

III

[Valeriani, Tiburtii, Maximi et Ceciliae]

Notas litúrgicas marginales de L

1	Lec[ti]o I[a].	5	[Lectio] V[a].	9	Finit *add.*
2	[Lectio] II[a].	6	[Lectio] VI[a].	10	F. *sic.*
3	[Lectio] III[a].	7	[Lectio] VII[a].	11	Infla vocem gutturi tuo in hoc verbo.
* 4	[Lectio] IIII[a].	8	[Lectio] VIII[a].		

Notas litúrgicas marginales de P[1]

12 K(aput).

1 Passio sanctorum martyrum Valeriani, Tiburtii, Maximi, ac beate Cecilie, qui passi sunt in urbe Roma sub Almachio [a] preside; die decima kalendas decembres. Deo gratias.

2 [1] **H**umanas laudes et mortalium *infolas videmus, aut ere inciso conscribtas, aut auro radiantibus litteris, ad *posteritatis | memo- | [12b riam comendatas. Et ista adtendentes, miror quare non erubescimus militum Christi victorias silentia tegere, et non ad laudem imperatoris eorum, qualiter pugnaverint contra hostes, et vicerint, *schedulis saltim *vilibus tradere, et ad incitandos animos bellatorum diligentius explicare. Multa bona talium narrationum scribta *convectant. Revera laus Dei est. [2] Quum ista leguntur, memoria sanctorum excolitur, edificatio mentibus traditur, honor martyribus exhibetur. Hinc infidelibus nascitur meror, incredulis *livor, indisciplinatis angustia, atque sanctis omnibus cum Christo gaudentibus gloria. Solus diabolus ingemescit, qui videt pugna eorum eo usque armis celestibus debellatam, ut ex ipsa pugna ille melius victor existeret, qui putatus est victus. [3] Denique putabat se hostis antiquus, tunc sanctos Dei occidendo vincere; illi autem melius occisi, vincebant, dum accusati non excusabant: interrogati | ilico fatebantur damnati, | [12c gratias referebant.

3 Sic denique legimus antiquas Domini victorias celebratas, quando dixit inimicus: Persequens, conprehendam, partibor spolia, replebo animam meam. Sed extendit Dominus dexteram suam, et devoravit eos terra, et sanguinis sui precio populum suum liberavit. [4] Denique iacet nunc sub sanctorum pedibus captus inimicus, et, dans mugitum, per lunaticos et inerguminos clamat, et penas incendii sui, quas patitur, indicat, atque, se flam-

---

[a] Almacio [Almacius-i] *cod. semper.*

marum atrocitate aduri comemorans, adprobat quod omnes, quos pro Christi nomine persequutus est, regnant. [5] In tantum denique non sunt mortui, ut mortuis vitam donent, tristibus gaudium exhibeant, languentibus prębeant medicinam, atque ipsum humani generis inimicum ex obsessis corporibus eicientes, in ipsum revocant tormenta, quę passi sunt. Et illi quidem, qui momentaneum perpessi sunt laborem, ęternam gloriam tenent, | illum | [12d vero numquam finiendis ardoribus incendii sui vident perpetue ignominię *mancipatum. Clamat se ardere diabolus, ut tu intellegas, quia bene refrigerat Christus; clamat se salvatum infirmus, ut tu intellegas sanctos salvatori coniunctos. Sic enim ad Patrem dixisse legimus ipsum Dominum salvatorem nostrum: Pater, volo, ut ubi sum ego, et illi sint mecum. Excitatur ergo per hęc animus ad medellam quando suę restaurationis adtendit indicia. [6] *Patulum enim sui pectoris prebet auditum, dum suę salutis probamenta per eos, qui vere sunt salvati, cognoscit.

4 Hanc fidem tenuerunt apostoli, quos e vestigia exercitus martyrum prosequutus victorias suas ad regem victoriosissimum reportarunt. Ipse enim triumpho crucis suę lavacro usque hodie antecedet omnium in se credentium mentes. Hunc sequuti sunt priores apostoli; | post apos- | [13a tolos, martyres; post martyres, confessores; post confessores, sacerdotes; post sacerdotes, virgines; post virgines, viduę; post viduas, continentes. [7] Omnibus patent Christi vestigia. Ideo denique omnibus clamat: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego vos requiescere faciam.

5 *Muta vocc.* Huius ergo vocem audiens Cecilia virgo clarissima, absconditum semper evangelium Christi gerebat in pectore. [8] Et non diebus, non noctibus a conloquiis divinis et oratione cessabat, Dominum fletibus exorans, ut virginitas eius, ipso conservante, inviolata permaneret. Hęc Valerianum quendam iuvenem habebat sponsum; qui iuvenis, in amorem virginis perurgens animum, diem constituit nubtiarum. Cęcilia vero, subtus ad carnem cilicio induta, desuper auratis vestibus tegebatur. Parentum enim tanta vis, et sponsi amor tanti circa illam | erat, ut exęstuans | [13b eius animus non posset amorem sui cordis ostendere, et quod solum Christum diligeret indiciis evidentibus aperire nolebat. [9] Quid multa? Venit dies in quo thalamus conlocatus est, et, cantantibus organis, illa in corde suo soli Domino decantabat, dicens: Fiat cor meum et corpus meum inmaculatum, ut non confundar; et biduanis ac triduanis ieiuniis orans, comendabat Domino, quod timebat. Invitabat angelos precibus, et lacrimis interpellabat apostolos; sancta omnia Christo famulantia exorabat, ut suis eam deprecationibus adiuvarent, suam Domino pudicitiam comendantem.

6 Sed dum hęc agerentur, venit nox in qua suscepit una cum sponso suo cubiculi secreta silentia, et ita eum adloquitur, dicens: O dulcissime atque amantissime iuvenis: est mici mysterium, quod tibi confitear, si modo tu iuratus adseras tota te illut | observantia custodire. Iurat Vale- | [13c rianus sponsus, se illut nulla prodere ratione, nullaque necessitate detegere. Tunc illa ait: Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo corpus meum custodit. Hic, si vel leviter senserit quod tu me, polluto amore, contingas,

statim circa te suum furorem exagitat, et amittis florem tuę gratissime iuventutis. Si autem cognoverit quod tu me sincero et immaculato amore diligas, et virginitatem meam integram inlibatamque custodias, ita quoque te diliget, sicut et me, et ostendet tibi gratiam suam. Tunc Valerianus *nutu Dei, timore correptus, dixit: Si vis ut credam sermonibus tuis, ostende mici ipsum angelum: et si probavero quod angelus sit, faciam quod hortaris. Si autem virum alium diligis, et te et ipsum gladio feriam.

7 Tunc beata Cecilia dixit ei: Si consiliis meis promittas te adquiescere, et permittas te | purificare in fonte perenni, et credas unum | [13d Deum esse in cęlis vivum et verum, poteris eum videre. Tunc dicit ei Valerianus: Et quis est, qui me purificet, ut ego angelum Dei videam? Respondit ei Cecilia: Est senior, qui novit purificare homines, ut mereantur videre angelum Dei. Dicit ei Valerianus: Et ubi ego hunc senem requiram? Respondit ei Cecilia: Vade in tertium miliarium ab urbe, in via quę Appia nuncupatur, et illic invenies pauperes a transeuntibus petentes auxilium. De his enim mici semper cura fuit, et obtime huius mei secreti sunt conscii. Hos tu, dum videris, dabis eis benedictionem meam, dicens: Cecilia me misit ad vos, ut ostendatis mici sanctum senem Urbanum, quoniam ad ipsum habeo eius secreta mandata, quę perferam. Hunc tu, dum videris, indica ei omnia verba mea. Et dum te purificaverit, induet te vestibus novis et candidis, cum quibus mox ut ingressus | fueris hoc cubiculum, statim | [14a videbis angelum sanctum etiam in tuo amore perfectum, et omnia quęcumque ab eo poposceris inpetrabis.

8 Tunc Valerianus perrexit, et secundum ea signa, quę acceperat, invenit sanctum Urbanum ępiscopum, qui, iam bis confessor factus, inter sepulcra martyrum latitabat. Cui quum dixisset omnia verba Cecilię, gavisus est gaudio magno, et ponens genua sua in terra, expandit manus suas cum lacrimis, et dixit: Domine Iesu Christe, seminator casti consilii, suscipe seminum fructos, quos in Cecilia seminasti. Domine Iesu Christe, pastor bone, Cecilia famula tua, quasi ovis tibi *argumentosa deservit; nam sponsum suum, quem quasi leonem ferocem accepit, ad te velut agnum mansuetissimum destinavit. Iste nisi crederet, huc non venisset. Aperi ergo, Domine, cordis eius ianuam sermonibus tuis, ut te Creatorem suum esse cognoscens, renunciet diabolo | et pompis eius, et idolis eius. | [14b

9 Hęc et his similia orante sancto Urbano ępiscopo, subito ante faciem ipsorum apparuit senior indutus niveis vestibus, tenens *titulum in manibus, aureis litteris scribtum. Quem videns Valerianus, nimio terrore corripitur, et cadens in terram, factus est quasi mortuus. Tunc senior, qui apparuerat ei, elevavit eum, dicens: Lege huius tituli textum, et crede, ut purificari merearis, et videre angelum Dei, cuius tibi aspectu Cecilia virgo devotissima repromisit. Tunc respiciens Valerianus cępit intra se legere. Scribtura autem tituli, hęc erat: Unus Deus, una fides, unum babtisma, unus Deus et pater omnium, super omnia et in omnibus. Quumque hoc intra se legeret, dicit ei senior: Credis ita esse, adhuc dubitas? Tunc Valerianus voce magna clamavit, dicens: Non est aliut quod verius possit credi

sub cęlo. Quumque hęc dixisset Valerianus, ille senior | ab oculis | [14c eorum elevatus est in cęlum.

10 Tunc sanctus Urbanus ępiscopus babtizavit eum, et, docens eum omnem fidei regulam, remisit eum ad Ceciliam diligenter instructum. Veniens igitur Valerianus indutus candidis vestimentis, Ceciliam vero intra cubiculum invenit orantem, et stantem iuxta eam angelum Domini pinnis fulgentibus, alas habentem, et flammeo aspectu radiantem, duas coronas in manibus tenentem, coruscantibus rosis et liliis albescentibus, quique unam dedit Cecilię, alteram Valeriano, dicens: Istas coronas inmaculato corde et mundo corpore custodite, quia de paradiso Dei eas adtuli ad vos; et hoc vobis signum erit: Numquam marcidum aspectus sui *adhibent florem, numquam sui minuunt suavitatis odorem, nec ab aliis videri [b] poterunt, nisi ab eis quibus ista castitas placuerit, sicut et vobis probata est placuisse. Et quia tu, Valeriane, consensisti consilio | castitatis, misit me | [14d Christus Dei Filius ad te, ut quam volueris petitionem insinues. At ille, hęc audiens, adoravit [eum], et dixit: Nicil mici in ista vita dulcius extitit, quam unici fratris mei affectus, et impium mici est, ut, me liberato, germanum meum in periculo perditionis aspiciam. Hoc solum omnibus petitionibus meis antepono, et deprecor, ut fratrem meum Tiburtium [c], sicut me liberare dignatus est, eruat et faciat nos ambos in sui nominis confessione perfectos. **10** Audiens hęc angelus, vultu lętissimo ad eum dixit: Quoniam hoc petisti quod melius quam te Christum implere delectat, sicut te per famulam suam Ceciliam lucratus est Dominus, ita per te quoque lucrabitur fratrem tuum, et cum eodem ad martyrii palmam pertinges. His quoque finitis sermonibus aspectus angelici fulgoris migravit ad cęlos.

11 Et illis ępulantibus in Christo | atque in edificatione sancta | [15a sermocinantibus, Tiburtius [d] frater Valeriani advenit, et ingressus quasi ad cognatam suam, osculatus est caput sanctę Cecilię, et ait: Miror hoc tempore roseus hic odor et liliorum unde respirat; nam si tenerem ipsas rosas [et lilia] in manibus meis, nec sic poterant odoramenta tan[tam] mici suavitatem infundere. Confiteor vobis, ita sum refectus, ut putem me totum subito renovatum. Dicit ei Valerianus: Odorem iam meruisti, me interpellante, suscipere: modo, te credente, promereberis etiam ipso roseo aspectu gaudere, et intelligere cuius in rosis ipsis sanguis florescit, et in liliis cuius corpus albescit. Coronas enim habemus, quas tui oculi videre non prevalent, roseo rubore et niveo candore *vernantes. Dicit ei Tiburtius: In somnis hęc audio, an in veritate ista loqueris, Valeriane? Valerianus respondit: In somnis hucusque viximus, | nam modo in veritate | [15b sumus, et fallacia in nobis nulla est. Dii enim, quos coluimus ad omnem fidem, dęmonia conprobantur. Dicit ei Tiburtius: Unde hoc nosti? Respondit [ei] Valerianus: Angelus Domini docuit me, quem et tu videre poteris,

---

[b] *corr. ex* videre.
[c] Tyburtium *cod.*
[d] Tyburtius *cod.*

si purificatus fueris ab omni sorde idolorum. Dicit ei Tiburtius*: Et si potest fieri, ut videam angelum Dei, quę mora est purificationis? Respondit Valerianus: Nulla. Hoc tantum mici tu sponde, quod omnia idola neges, et credas unum Deum esse in cęlis. Tiburtius respondit: Non intellego, qua ratione ista *prosequeris.

12 Cecilia Tiburtio dixit: Miror, frater, ut non intellegas *fictiles figuras, gypseas, ligneas, ęreas atque lapideas, vel cuiuscumque metalli deos esse non posse, quas araneę texunt, et aves stercorant, in quorum capitibus solent sibi ciconie nidos construere, quos damnaticii faciunt, nam ad omnem metallum pro criminibus damnati mittuntur. Ergo a damnaticiis initium accipientes, | quomodo possunt dii vel extimari vel credi? Inter | [15c mortuum denique et simulacrum nulla distantia est. Sicut enim mortuus omnia membra habet flatum, tamen et vocem non habet nec sensum, sic et ista vana numina omnia quidem membra habent, sed fatua et caduca noscuntur et deteriora, quam homines mortui conprobantur, quia hominum membra dum viverent, et oculis viderunt, et aures audierunt, ambulaverunt pedibus, ore loquuti sunt, manibus palpaverunt, et odorem naribus adtraxerunt. Ista autem [simulacra] a morte cęperunt, et in morte perdurant, quia numquam nec vixisse nec posse vivere conprobantur.

13 Tunc cum omni alacritate Tiburtius ait: Qui ista non credit, pecus est. Hęc dicente Tiburtio, osculata est sancta Cecilia pectus eius, et dixit: Hodie mecum te fateor vere esse cognatum. Sicut enim amor Dei mici fratrem tuum coniugem fecit, ita te mici cognatum contemtus | [15d faciet idolorum. Unde quia paratus es ad credendum, vade cum fratre tuo, ut purificationem accipias, per quem merearis angelicos vultos aspicere, et omnium tuarum veniam invenire culparum. Tunc Tiburtius dixit fratri suo: Obsecro te, frater, ut dicas mici ad quem me ducturus es. Respondit Valerianus: Ad magnum virum, Urbanum nomine, in quo est aspectus angelicus, veneranda canities, sermo verus et sapientię sale conditus. Dicit ei Tiburtius: Tu illum Urbanum dicis, quem papa suum christiani nominant? Hunc ego audio iam secundo damnatum, et iterum pro ipsa re qua damnatus est, *latebram sui fovendo predicare non cessat. Iste, si inventus fuerit, sine dubio *atrocibus damnabitur flammis, et, ut dici solet, centies et nos simul cum eo cremabimur, si apud illum fuerimus inventi, et dum querimus divinitatem *latentem in cęlis, incurrimus | furorem exu- | [16a rentem in terris.

14 Dicit ei Cecilia: Si ista sola esset vita, et non esset altera, recte istam perdere timeremus; si autem vita est satis ab ista melior, et quę numquam finiri potest, ut quid istam perdere time[a]mus, quando per huius perditionem, ad illius adquisitionem adtingimus? Respondit Tiburtius: Adhuc hoc numquam audivi. Ergo est altera vita preter ista? Dicit ei Cecilia: Et hoc, quod in isto mundo vivitur, vita est? quam humores *tumidant, dolores extenuant, ardores exsiccant, aeres morbidant, escę inflant,

* Tyburtius *cod.*

ieiunia macerant, ioci solvunt, tristitię consummunt, sollicitudo *quoartat, securitas hebetat, divitię iactant, paupertas deicit, iuventus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, meror consummit, et post hęc omnia mors *furibunda succedit. et ita universis gaudiis carnalibus finem inponit, ut quum esse | desierit nec fuisse putetur aliquando? Pro nicilo enim | [16b conputatur iam omne, quod non est: illa autem vita, quę istę vitę succedit, aut perpetuis tribulationibus datur iniustis, aut ęternis gaudiis iustis offertur.

15 Respondit ad hęc Tiburtius, et ait: Et quis ibi fuit, et inde huc veniens nobis hoc potuit indicare, ut merito possimus ista asserentibus credere? Tunc beata Cecilia, erigens se, stetit, et cum magna voce dixit: Cęli, terreque, maris et hominum ac volucrum, repentium, pecodumque creator, ex se ipso, antequam ista omnia faceret, genuit Filium, et protulit ex virtute sua Spiritum Sanctum: Filium ut crearet omnia, Spiritum Sanctum ut vivificaret universa. Omnia autem, quę facta sunt, Filius ex Patre genitus condidit, universa autem, quę condita sunt, ex [utroque [f]] procedens, Spiritus Sanctus, *animavit.

16 Dicit ei Tiburtius: Certe si unum Deum esse in cęlis credendum asseris, quomodo nunc tres esse testaris? | Respondit ei Cecilia: | [16c Unus in maiestate sua, quem ita in sancta trinitate credimus, ut in uno homine dicimus esse sapientiam unam, quam sapientiam dicimus habere ingenium, memoriam et intellectum. Nam ingenio adinvenimus quod non didicimus, memoria tenemus quod docemur, *intellectu advertimur quicquid vel videre nobis contigerit vel audire. Quid modo faciemus? Numquid non ista tria una sapientia in homine possidet nomen? Si ergo homo in una sapientia trinum possidet nomen, quomodo non Deus omnipotens in una deitate sua, trinitatis obtinet magestatem? Tunc Tiburtius, prostratus in terra, cępit clamare, dicens: Non mici videtur humana lingua tibi rationem reddere, sed puto quod angelus Dei per os tuum loquatur.

17 Et quum multas gratias ageret, quod breviter unum Deum in tribus personis evidentius ostendisset, conversus ad fratrem suum, dixit: | De Deo uno rationem satisfactum mici esse confiteor; superest, | [16d ut ad inquisitionem meam, ut cęperamus, sermo percurrat. Cecilia dixit: De his mecum loquere, quia *tirocinii tempus fratrem tuum tibi prohibet dare responsum. Me autem, quam ab ipsis *cunabulis Christi sapientia docuit, ad quacumque causa querere volueris, inparatam me habere non poteris. Dicit ei Tiburtius: Hoc inquiro: Quis inde huc veniens, aliam vitam vobis ostendit?

18 Cecilia dixit: Unigenitum Filium suum de cęlis Pater per virginem misit ad terras, qui stans super montem sanctum, clamavit voce magna, dicens: Venite ad me omnes populi. Curritque ad eum omnis sexus, omnis ętas, omnisque condicio. Tunc omnibus dixit: Pęnitentiam agite pro ignorantia vestra, quia adpropinquavit regnum Dei, quod auferat regnum ho-

---

[f] [utroque] *suprascrips. et corr. ex* Patre.

minum. Regnum autem suum Deus vult participare | credentibus, in | [17a quo fit excelsior quis[que] fuerit sanctior. Ibi peccatores ęternis cruciatibus, et sempiternis incendiis consumuntur: iusti vero perpetuę glorię splendorem accipiunt, et gaudiis, qui nullo fine poterunt concludere, succedunt. Nolite itaque, o filii hominum, ista, que sunt vitę istius gaudia [fugitiva], querere, ut illius vitę gaudia ęterna teneatis, quę istius vitę succedunt. In ista enim vita parvo tempore vivitur; in illa autem vita vivitur in ęternum.

19 Audientes hęc increduli populi [omnes], una voce dixerunt: Et quis ibi fuit, et inde huc veniens, potuit docere vera esse, quę asseris? Tunc Filius Dei dixit eis: Si ostendam vobis mortuos, qui resurrexerunt, ignorantes quod mortui fuerint, non creditis veritati. Ite ergo nunc, et mortuos, quos inveneritis, adferte, ut surgentes, ipsi vobis asserant verum esse quod dixi. Tunc populi | obtulerunt ei infinita corpora mortuorum, quę | [17b ille, quasi dormientia, sola voce excitans, suscitabat; clamabatque omnibus, dicens: Si verbis non creditis, vel virtutibus credite. Denique ne vel occasionis vestigium dubietatis remaneret, cum populis ad sepulcra pergebat, et triduanis atque quadriduanis iam fetentibus mortuis, vitam, quam amiserant, revocabat. Transmeabat maria, super undas ambulans pedibus, velut in siccum; imperabat ventis, tempestates arcebat, atque *sęvientes procellas ac turbines conpescebat. Restituebat cęcis visum, mancis reddebat dextras, clodis gressum, mutis vocem dabat, et surdis auditum. Paralyticos verbo sanabat, leprosos mundabat, infirmos curabat, et dęmones effugabat.

20 Sed quia hunc impii zelati sunt eo quod, ipsos populi relinquentes, eius vestigia sequerentur, sternentes vestimenta sua ante pedes eius, | [17c et clamantes: Benedictus, qui venit in nomine Domini, tunc inflati adversus eum *pharisei, cuidam Pilato pręsidi tradiderunt, magum eum [esse] et sceleratissimum asserentes, atque tumultuosas *sedictiones egerunt, ut eum crucifigerent. Quod ille, previdens mundo proficere ad salutem, permisit se teneri, et inludi, et verberari, pariter et occidi. Sciebat enim, quod nonnisi per passionem suam zabulo captivitatem inferret, et spiritibus inmundis *ardua supplicia inrogaret.

21 Ideo denique ille temtus est, qui peccatum non fecit, ut dimitteretur genus humanum, quod tenebatur *vinctum in nodo peccati. Benedictus maledicitur, ut Deus nos a maledictionibus tolleret; inludi se passus est, ut nos ab inlusione dęmonum, quę in hoc mundo versa[ba]tur, auferret. Spineam in capite coronam accepit, ut nos a sententia capitali, quę ex spinis peccatorum nobis debebatur, eriperet. | Fel in ęsca suscepit, ut dulce | [17d gustum primi hominis, unde mors mundum invaserat, comutaret. Aceto potatus est, ut acredinem, quam sanguis noster efferbuerat, in se susciperet: et ipse biberet passionis calicem, qui nostris passionibus debebatur. Spoliatus est, ut nuditatem parentum nostrorum, quę serpentis consilio *adoleverat, niveo vestimentorum tegmine operiret. In ligno suspensus est, ut ligni prevaricationem ligno suę tolleret passionis. Mortem quoque ad se

venire permisit, ut eam adversum[g] se conluctantem, prosterneret, et quę per serpentem regnum invenerat, cum ipso serpente prostrata, fieret captiva per Christum.

22 Denique, quum universa elementa creatorem suum in cruce elevatum aspicerent, horrore nimio tremuerunt: nam ex uno latere terra movebatur, ex alio templa findebantur et saxa. Fugiit dies, sol expavit, et fuscatus *lugubrem toto prebuit mundo. | Luna pallidos[h] sui luminis | [18a vultus sanguinea nube contexit. Stelle, sidereo radiantes aspectu, omnes pariter migraverunt. Dedit mugitum terra, et quasi parturiens, cępit multos sanctos parere de sepulcris, qui darent testimonium hoc, quod descensus salvatoris ad inferos zabulo regnum eripuit, et moriendo, mortem tenuit et edomuit et ligavit, et suorum subdidit pedibus famulorum. Inde est quod, pro nomine eius verberati, gaudemus, et in persequutionibus gloriamur, quia vitę nostrę isti caducę <et> misere, ęterna vita suc<cedit> *illa, quam Dei Filius, resurgens a mortuis, suis apostolis demonstravit. Quibus videntibus, ascendit in cęlis. Hoc [enim], si trium testium doceret assertio, sapientium mentes dubitare non poterant; at vero, quum non solum duodecim discipulis, sed plus quam quingentis simul se demonstrare dignatus est, *ambiguitatis nulla | penitus vestigia dereliquit. Hii autem, qui | [18b hęc in universum mundum prędicare missi sunt signis et virtutibus magnis, sua dicta firmabant: nam et omnes ęgritudines in eius nomine curaverunt, et dęmonia fugaverunt, et vitam mortuis reddiderunt.

23 Nicil tibi puto remansisse, quod queras, nisi ut istam vitam et animo et corde despicias, et illam vehementer et fortius queras. Qui enim Filio Dei crediderit, et preceptis eius adheserit, dum deposuerit corpus, a morte non tangitur, sed a sanctis angelis in gremio suscipitur, et ad paradisi regionem perducitur. Inde est quod ipsa mors, quam zabulus agit, et diversis occupationibus hominum obligat mentes, et variis incautos necessitatibus occupatos tenet et nunc de damno timidat, de lucro *incitat, nunc de sepulcro *inlicit, nunc de gula exagitat, et diverso genere suasionis de ista sola vita facit homines miseros cogitare, | ut eos exeuntes de | [18c corpore inveniat, nicil secum preter peccata portantes. Hęc tibi breviter exposui. [Nunc] si quid tibi deesse consideras, quere.

24 Tunc Tiburtius pedibus eius prostratus, cum ingenti fletu dixit: Si de ista vita ulterius vel mente tractavero, vel cogitatione quesiero, in illa vita non inveniar. Habeant stulti lucrum labentis temporis; ego, qui usque hodie sine causa vixi, iam non sit sine causa quod vivo. Et his dictis, ad fratrem suum conversus, ait: Miserere mei, frater carissime, et rumpe moras, quarum nexus patior; dilationes timeo, pondus ferre non possum. Obsecro te, perduc me ad hominem Dei, ut me purificet, et illius vitę participem faciat. Tunc Valerianus perduxit fratrem suum ad papam Urbanum. Cui quum narraset omnia, quę fuerunt dicta vel facta, gratias refe-

---

[g] *corr. ex* adversus.
[h] *corr. ex* pallido.

rens Deo, suscepit Tiburtium[1] cum omni gaudio; et babtidians eum, secum esse | pręcepit quoadusque albas deponeret. Quem perfectum doc- | [18d trina sua per septem dies Christo militem consecravit, et tantam deinceps gratiam consequutus est Domini, ut angelos Dei videret quotidie, et omnia, quę poposcisset a Deo, protinus eveniret effectus. Verum quoniam multum est, ut omnia per ordinem prosequentes narremus, quę et quanta per eos Dominus mirabilia fecerit conscribamus, et ad gloriosas passiones eorum articulum revocemus.

25 *Omnes gloriosissimos martyrum triumphos matutinis horis, qui adfuerunt, audierunt. Nunc vero quod residuum est de eorum gestis, auribus intimabo vestris.*

26 1' Turgidus Almachius, urbis Rome pręfectus, sanctos Dei fortiter laniabat, et inhumata eorum corpora derelinqui iubebat. | Tiburtius | [19a vero et Valerianus ad hoc vacabant quotidie, ut pretiosas martyrum facerent sepulturas, elemosynis etiam et pietatibus insistentes. Interea, ut *solitum est, quia bonos odiunt mali, indicantur universa Almachio, quę per eos Dominus circa egentes ageret, et quam studiose, quos ipse occidi iusserat, sepelirent. Et temti ab *apparitoribus. Almachio presentantur. Quos Almachius in his protinus adgressus verbis adloquitur, dicens: Quum vos nobilitatis titulis clarissimos fecit nasci, quur per nescio quam supprestitionem, infelices vos et *degeneres exhibetis? Nam facultates vestras vos audio in nescio quas viles personas expendendo consummere, ac pro sceleribus suis punitos cum omni gloria tradere sepulture; unde datur intelligi, quod *conscii vestri sint, quibus pro *coniuratione *honestas exhibetis sepulturas. | Respondit Tiburtius et dixit: Utinam dignarentur nos, | [19b ut servos suos conputare, quorum tu nos extimasti collegas esse, qui contemserunt, quod videtur esse, et non est, et invenerunt illut, quod non videtur esse, et est.

27 Almachius dixit: Quid est quod videtur esse, et non est? Tiburtius dixit: Omnia, quę in isto mundo sunt, quę invitant animas ad mortem perpetuam, lętitię temporales. Almachius dixit: Et quid est quod non videtur esse, et est? Tiburtius dixit: Vita, quę futura est iustis, et pęna, quę debetur iniustis: ex utroque latere verum novimus esse, quod veniet, et infelice dissimulatione, quod oculis cordis nostri scimus videre, oculis corporis nostri *subducimur, et contra conscientiam nostram, quę bona sunt malis sermonibus obumbramus, et que mala sunt bonis sermonibus adornamus. Almachius dixit: Non puto quod mente tua loquaris. Tiburtius dixit: Non mea mente loquor, sed eius | quam in visceribus meę mentis | [19c admisi. Almachius dixit: Numquid tu ipse scis quod loqueris? Tiburtius dixit: Et novi, et didici, et credo quod universa, quę a me dicta sunt, ut dicta sunt, permanebunt. Almachius dixit: Et ego quare non adverto ista quo ordine prosequaris? Tiburtius dixit: Quia animalis homo non percipit ea, quę sunt spiritus Dei: spiritualis autem omnia iudicat, et ipse a nemine iudicatur.

[1] Tyburtium *cod.*

28 Tunc iratus prefectus, iussit amoveri Tiburtium, et adplicari Valerianum, cui et dixit: Quia non est sani capitis frater tuus, tu saltim ad me sapienter poteris dare responsum. Dicit ei Valerianus: Auditus tuus errorem patitur, quia vim sermones nostri non potest intueri. Prefectus dixit: Nullus sic errat quomodo vos erratis, qui, relictis rebus necessariis et utilibus, *inertiam sectamini et otium, *respuentes gaudia, et execrantes letitia, atque contemnentes omne quod vite blandimento concessum est. | [19d Illut tota mentis aviditate suscipitis, quod saluti contrarium inveniri potest, et gaudiis inimicum. Valerianus ad hec respondit: Iocantes et ridentes, et variis deliciis affluentes, vidi glaciali tempore transire per campos; in quibus campis stabant rustici *pastinantes vineas, et cum omni studio sarmenta plantantes, atque spinosa sarcula rosarum *animose et cautissime conponentes. Alii quoque taleas inserebant, alii radicitus noxia queque truncabant. Illis itaque cunctarum *ruris opera labore nimio excolentibus, tunc illi, qui deliciabantur et epulabantur, ceperunt laborantes inridere ac dicere: Infelices et miseri, istum superfluum laborem abicite, et, nobiscum gaudentes, deliciis vos et voluptatibus exhibete. Quare sicut insani duro labore deficitis et vite vestre tempora occupationibus fatigatis?

29 Hec dicentes, solvebantur super eos in risu, et dabant | plau- | [20a sum manibus, multis increpationibus insultantes. Hec illis agentibus, imbriferis atque algidis mensibus serena tempora successerunt. Et ecce floribus roseis vernantes campi, *nemoribus pampineis ornabantur, et crispans botruum *serta exhibebant suo partu sarmenta, et vario genere arbores melliflua poma gignebant, in quibus videmus usque hodie abundare gratiam et fructum pariter et decorem. Tunc gaudentibus illis, qui putabantur vani, ceperunt flere illi, qui videbantur *urbani; et quia in sua fuerant sapientia gloriati, in nimia *pestilentia perierunt, et sera penitudine magitum reddentes, sibi invicem adloquebantur: Isti sunt, quos habuimus in risu: laborem ipsorum putabamus obprobrium: vitam eorum execrabamus ut miseram, personam eorum iudicabamus indignam, et conventum eorum sine honore. Isti autem inventi sunt sapientes, et nos | probamur, | [20b miseri, tunc fuisse et insipienter et vani; quando nec ipsi laboravimus, nec laborantibus auxilium [pro labore] prestitimus. *Quinimmo eos in deliciis positi risimus, et trementes horruimus quos fulgentes nunc aspicimus et florentes.

30 Ad hec prefectus ait: Sapienter te quidem video prosequutum, sed non ad interrogationem meam videris dedisse responsum. Valerianus dixit: Stultos nos et insipientes esse dixisti, quod facultates nostras egentibus damus, advenas suscipimus, viduis *opem ferimus, orfanis subvenimus, *inhumata corpora tegimus, et honestis Dei martyres tradimus sepulturis. Insipientes nos esse, et insanissimos iudices, quod non cum letantibus letamur, neque cum voluptuosis deliciis resolvimur, aut ignobilis vulgi oculis nos inlustres, et nobiles ostendamus. Veniet tempus, in quo fructum huius nostre tristitie colligamus, et, nobis gaudentibus, lugebunt hii, | qui | [20c in suis nunc gaudiis extolluntur. Tempus enim modo est seminandi; qui

in ista vita seminaverit gaudia, in illa vita luctum et gemitum metet: qui autem nunc seminaverit lacrimas temporales, in illa vita gaudia sunt sempiterna messuri. Prefectus dixit: Ergo et nos et invictissimi principes eternum habebimus luctum, vos vero perpetuum possidebitis gaudium? Valerianus dixit: Quid enim estis vos, aut principes vestri? homines estis vestro tempore nati, et, tempore vestro expleto, morituri. Tantam Deo reddituri estis rationem, quantam vobis commissam tradidit potestatem.

31 Almachius dixit: Quid verborum circuitu inmoramur? Exhibete diis libamina, et abscedite inlesi. Responderunt ambo: Non diis nos, sed Deo quotidie sacrificium exhibemus. Almachius dixit: Quis est Deus, cui vestrum vos dicitis exhibere *famulatum? Responderunt ambo: Et quis est deus alius, ut | de Deo nos interroges? Numquid est alium preter | [20d unum? Almachius dixit: Ipsum unum, quem dicitis, nomen ipsius edicite. Valerianus dixit: Nomen Dei non invenies, etiam si pinnis volare possis. Almachius dixit: Ergo Iovis nomen Dei non est? Valerianus dixit: Nomen est hominis corruptoris atque *strupratoris, homicidam illum vestri auctores designantes conmemorant, et criminosum littere vestre demonstrant. Hunc tu Deum miror qua fronte loquaris, quum Deus dici non possit nisi qui ab omni peccato fuerit alienus, et sit omnibus virtutibus plenus. Almachius dixit: Ergo omnis mundus errat, et tu cum fratre tuo verum Deum nostis? Valerianus respondit: Innumerabilis multitudo christianitatis sanctitatem suscepit, et magis vos pauci estis, qui sicut *astule de naufragio remansistis, ad nicil aliut abti nisi, ut in ignem mittamini.

32 Tunc Almachius iratus iussit | eum fustibus cedi. Ille autem | [21a statim ut exutus est, cepit gaudere, dicens: Ecce hora, quam semper obtavi; ecce dies omni mici festivitate iucundior. Quumque cederetur, vox preconia super eum clamabat, dicens: Deos et deas noli blasphemare. Ille autem clamabat populo, dicens: Cives romani, videte ne vos a veritate ista mea plaga revocet. Sed state viriliter, et deos [lapideos], quos colit Almachium, in calcem convertite, quia in eterna tribulatione erunt omnes, qui colunt eos. Tunc *assesor prefecti, nomine Tarquinius, dixit prefecto: Invenisti occasionem, tolle eos; nam si moras feceris, et de die in diem protraxeris, omnes facultates suas erogabunt pauperibus et, punitis eis, tu invenies nicil.

33 Tunc Almachius iussit *carnificibus, ut ab eis ducerentur ad *pagum ibi erat staticulum Iovis, et iussit, ut, si noluissent | sacrificare | [21b ambo fratres, pariter sententiam capitalem exciperent. Tunc gloriosi martyres, temti a Maximo, corniculario prefecti, ducebantur ad pagum. Qui Maximus cepit flere super eos, dicens: O iuventutis flos *purpureum; o germanitatis fraternus affectus: quem vos impia definitione vultis amittere? Ad interitum vestrum, quasi ad epulas festinatis. Cui Tiburtius dixit: Nos nisi pro certo didicissemus alteram vitam esse perpetuam, que isti vite presenti succedet, numquam nos istam vitam amittere gauderemus. Dicit ei Maximus: Et potest esse altera vita? Tiburtius respondit: Sicut vestitur vestimentis corpus, ita vestitur anima corpore; et sicut expoliatur vesti-

mentis corpus, ita expoliatur anima corpore. Et corpus quidem, quod terrenum semen per libidinem dedit, terreno ventri redditur in pulverem redigendum, sicut *fenix futuri luminis aspectu resurgat: | anima | [21c vero ad paradisi deliciis, si sancta sit, perfruetur, ut, in deliciis affluens, tempus resurrectionis expectet.

34 Dicit ei Maximus: Obtarem quidem et ego contemnere vitam istam, si poteram certam apud me habere quę loqueris. Dicit ei Valerianus: Quia nicil tibi superesse dicis, nisi ut probes vera esse quę dicimus, in ea hora, qua nos faciet Dominus istam corporis tunicam in gloriosam nominis sui confessionem deponere, aperiet Dominus oculos tuos, et faciet te videre cum quanta gloria vita illa suscipitur, si tamen promittas nobis quod ex animo ad pęnitentiam erroris tui venias. Tunc Maximus deputabat se, dicens: Fulminibus igneis consummar, si ex hac hora non illum Deum confitear, qui alteram vitam facit isti vitę succedere. Hoc tantum vos mici, quo promittitis, ostendite. Dicunt ei ambo fratres: *Impetra a carnificibus, ut ad domum tuam | nos ducant, et hodierni diei indutias pete, | [21d ita ut custodiant nos in domo tua. Illuc ad te venire faciemus purificatorem, qui te in ista nocte purificet. et statim ut purificaverit. faciet te videre hoc, quod tibi promisimus. Quod quum impetrasset Maximus, duxit eos in domum suam, ad quorum prędicationem et ipse Maximus cum omni domo sua credidit, et carnifices omnes. Tunc sancta Cecilia venit ad eos nocte cum sacerdotibus, et universi babtizati sunt.

35 Igitur quum aurora nocti finem daret, facto mane, silentio, Cecilia dixit: Eiate, milites Dei, abicite opera tenebrarum, et induimini arma lucis. Certamen bonum certati estis, cursum consummastis, fidem servastis. Ite ad coronam vitę, quam dabit vobis iustus iudex, non solum vobis, sed et omnibus, qui diligunt adventum eius. Locus igitur, qui vocabatur Pagus, quarto miliario ab urbe | Roma positus erat, in quo per templi ianuam | [22a transitus erat. ut omnis, qui ingrederetur, si Iovi thura non poneret, puniretur. Venientibus ergo sanctis, offerebant thura ministri templi; recusant sancti. Recusantes, ponunt genua; feriuntur gladio, proiciunt corpus temporale, et martyrium suscipiunt propter gloriam sempiternam; et proiecta corpora eorum sancta Cecilia cum religiosis viris colligens, diligenter sepelivit.

36 Tunc Maximus tremefactus asserebat iuratus, dicens: Vidi angelos Dei fulgentes quasi sol in hora, qua verberati sunt gladio; et egredientes animas eorum de corporibus, quasi virgines de thalamo, eas in gremio suo suscipientes angeli, remigio alarum suarum ferebantur ad cęlos. Ista cum lacrimis narrante Maximo, plurimi crediderunt, et ab idolorum errore conversi, suo se artifici reddiderunt. | Igitur dum pervenisset ad | [22b Almachium, quod Maximus *cornicularius cum suis omnibus factus fuisset christianus, iussit eum tandiu *plumbatis *tundi, quamdiu spiritum redderet. Quem sancta Cecilia iuxta Tiburtium et Valerianum sepelivit in suo *sarcophago.

37 Factum est autem post hęc, cępit Almachius querere facultates

Valeriani et Tiburtii, pro qua inquisitione sanctam Ceciliam, quasi Valeriani coniugem, pręcepit artari. Quę, quum universa, quę remanserant, pauperibus ex eorum facultatibus fideliter tradidisset, ipsam *quoque, ut thura poneret, cępit inpellere. Tunc *apparitoribus, qui eam hoc facere conpellebant, ait Cecilia: Audite me, cives et fratres, vos ministri estis iudicis vestri, et videtur vobis quod ab eius impietate alieni esse mereamini. Mici quidem gloriosum est et valde obtabile omnia pro Christi confessione perferre tormenta, | quia cum hanc vitam numquam dignata sum | [22c habere amicitias; sed vestrę satis doleo iuventuti, q<u>am sine sollicitudine gerentes, facitis quicquid vobis fuerit ab iniusto iudice imperatum.

38 Tunc illi dabant voces cum fletu, quod tam eligans puella, et tam sapiens, et nobilis etiam se obtaret occidi. Et rogabant eam dicentes: Ne tale decus ammittas, ne talem pulchritudinem vertas in mortem. Quibus flentibus atque animum eius revocare cupientibus, ita respondit: Hoc non est iuventutem perdere, sed mutuum dare; lutum ponere et accipere aurum; dare habitaculum parvum, et accipere magnam domum et amplissimam, ex lapidibus pretiosis et auro constructam; dare angulum brevem et *opacum, et accipere *forum lucidum, margaritis celestibus coruscantem; dare rem perituram, et accipere vitam, quę finem nescit et mortem ignorat; | [22d dare lapidem vilem, qui pedibus conculcatur, et accipere lapidem pretiosum, qui in diademate regio *vibranti resplendet aspectu. Hodie si vobis aliquis offerret solidos, ita ut partem summam a vobis nummorum gratanter accepisset oblatam, numquid non et vos curreretis gaudentes ad talem mercatum, et omnes parentes vestros et notos, adfines et *propinquos, caros et amicos faceretis vobiscum currere? Quicumque autem vos cum lacrimis revocaret, eo quod omnes numos vestros daretis *intrepidi, numquid non rideretis eis, ut ignaros et inscios? Vos autem curreretis exultantes, quod daretis, ad comutationem auri pretiosi, ęramentum vile et nullius momenti summe *iacturam, et tamen pondus ad pondus vos accipere gratularemini. Deus autem non dat pondus ad pondus, sed quod simplum acceperit, | [23a centuplum reddet, insuper et vitam donat ęternam.

39 Et his dictis ascendit super lapidem, qui erat iuxta pedes eius, et dixit omnibus: Creditis quę dixi? At illi omnes una voce dixerunt: Credimus Christum Filium Dei Deum verum esse, qui te talem possidet famulam. Dicit eis Cecilia: Ite ergo, et dicite infelici Almachio quod ego indutias petam, ut non urgeat passionem meam. Et hic intra domum meam faciam venire qui vos omnes faciat vitę eternę participes. Et ita Domino procurante conpletur.

40 Tunc veniens papa Urbanus, babtizavit in domo eius amplius quam quadringentas animas promiscui sexus et condicionis ętatis, inter quos unus clarissimus vir erat nomine Gordianus. Hic sub umbraculo nominis sui, domum sanctę Cecilię titulavit nomini suo, ut in occulto, ex illa die | [23b ex qua babtisma Christi ibi celebratum est, ęclesia fieret, ita ut papa Urbanus illic moraretur; et licet occulte, quotidie tamen, omni die dominica

redemtionem Christi animę lucrabantur, et infinita fiebant diaboli detrimenta.

41 Sed dum hęc agerentur, Almachius Ceciliam sibi presentari precepit: Quem interrogans, ait: Quod tibi nomen est? Respondit Cecilia. Almachius dixit: Cuius condicionis es? Cecilia respondit: Ingenua, nobilis et clarissima. Almachius dixit: Ego te de religione interrogo. Cecilia respondit: Interrogatio tua stultum sumsit initium, quę duas responsiones una putat inquisitione concludi. Almachius dixit: Unde tibi est tanta presumtio respondendi? Cecilia dixit: De conscientia bona et fide non fincta. Almachius dixit: Ignoras cuius sistis potestati. Cecilia dixit: Tu ignoras cuius sistis potestati, nam si me interroges de tua | potestate verus tibi | [23c assertionibus manifesto. Dicit ei Almachius: Dicito, si quid nosti. Dicit ei Cecilia: Omnis potestas hominis sic est quasi uter vento repletus, quem, si una acus pupungerit, omnis rigor cervices eius pallescit, et quicquid in se rigidum habere cernitur, incurvatur.

42 Almachius dixit: Ab iniuriis cępisti, et in iniuriis perseveras. Cecilia dixit: Iniuria non dicitur, nisi quod verbis fallentibus inrogatur; unde aut iniuriam doce, si false loquuta sum, aut te ipsum corripe *calumniam inferentem. Almachius dixit: Ignoras quia domini nostri invictissimi principes iusserunt, ut, qui se non negaverint esse christianos, puniantur: qui vero negaverint, dimittantur? Cecilia respondit: Sic imperatores vestri errant, sicut et *nobilitas vestra; sententiam enim, quam eorum ore prolatam esse testaris, vos *sęvientes, nos innocentes ostendit. Si enim vanum esset hoc nomen | christianos nos negaremus, vos vero ad confi- | [23d tendum suppliciis urgueretis. Almachius dixit: Pro pietate sua hoc statuere voluerunt, quod vitę vestrę possit esse *consultum. Cecilia dixit: Nihil tam impium, nicilque tam [indignum] innocentię inimicum quam, ut reis omnibus tormenta *paretis, ad confitendam qualitatem sceleris, locum, tempus, conscios socios, omni examinatione perquiritis. Nos vero, quos innocentes scitis, nominis tantum christianis [crimen] inpingitis. Sed nos, scientes sanctum nomen, omnino negare non possumus: melius est enim feliciter mori, quam infeliciter vivere. Nos enim, vera dicentes, vos potius torquemus, qui mendacium elaboratis audire.

43 Almachius dixit: Elige tibi unum e duobus: aut sacrifica diis, aut nega te christianam esse, ut copiam evadendi suscipias. Tunc subridens sancta Cecilia, dixit: O iudicem necessitate confusum, vult ut negem christianam me esse, | ut, quum sim hodie innocens, faciam me postmo- | [24a dum ipse nocentem. Si vis damnare, quur hortaris negare? si vis absolvere, quare vis inquirere? Almachius dixit: Accusatores presto sunt, qui te christianissimam esse testantur. Si negaveris, *conpendiosum dabis accusantibus finem: si negare nolueris, dementię tuę deputabis quando sententię subiacebis. Cecilia dixit: Horum mici accusatio votiva est, et tua pęna victoria. Noli me, ut *dementem arguere, sed te ipsum increpa, qui Christum me extimas denegare.

44 Almachius dixit: Infelix, ignoras quoniam mortificandi et vivi-

ficandi ab invictissimis imperatoribus mici potestas est data? Quare cum tanta superbia loqueris? Cecilia dixit: Aliut est esse superbum, aliut *constantem. Ego constanter loquuta sum, non superbe; quia superbia [et] nos fortiter *execramus. Tu autem, si verum audire non times, docebo te | fallacissime esse loquutum. Almachius dixit: Quę sum | [24b fallacissime prosequutus? Cecilia dixit: Hoc quod principes tuos mortificandi et vivificandi tradidisse tibi asseris potestatem. Almachius dixit: Ergo mentitus sum? Cecilia respondit: Contra veritatem publicam, si iubes, doceo te esse mentitum. Almachius dixit: Doce. Cecilia dixit: Dixisti principes tuos et mortificandi et vivificandi tibi copiam tribuisse, quum sola mortificandi tibi scias traditam potestatem; vitam enim, viventibus auferre potes. mortuis tamen vitam dare non potes. Dic ergo quia imperatores tui mortis te ministrum esse voluerunt, nam si aliquid plus dixeris, videberis esse *frustra mentitum.

45 [11] Almachius dixit: Depone iam audaciam tuam, et sacrifica diis. Cecilia dixit: Nescio ubi oculos amiseris. Nam quos tu deos dicis, ego et omnes, qui oculos sanos habemus, saxa videmus esse, et ęramentum, et plumbum. Almachius dixit [j]: Meas iniurias filosofando | comtemsi, | [24c sed deorum ferre non possum. Cecilia dixit: Ex quo os aperuisti, non fuit sermo, quem non probarem nisi stultum, iniustum et vanum. Sed nec quid desit, etiam exterioribus oculis te cęcum ostendis, in eo quod, id quod omnes videmus lapidem et saxum inutile, hoc tu Deum esse testaris. Do, si iubes, consilium: mitte manum tuam, et tangendo. disce *saxum esse, si videndo, non nosti. Nefas est enim, ut totus populus de te ridiculum habeat. Omnes autem sciunt Deum in cęlo esse; istas vero figuras saxeas per ignem melius in *calcem posse converti. Confido quia suo otio modo pereunt, et neque tibi prodeerunt neque sibi; et, si in ignem mittantur, sibi non poterunt subvenire.

46 Tunc Almachius vehementer iratus, iussit eam ad domum suam reduci, et ibidem flammis balnearii concremari. Quumque fuisset in calore balnearii inclusa, et [k] subter incendia nimia lignorum *pabula ministrarent, die | integro et nocte tota quasi in frigido loco sic *inlibata | [24d perstetit [et] sana,[l], ita ut nec una pars membrorum eius *saltim sudorum signa vidissent. Quod quum audisset Almachius, misit qui eam [ibidem] in ipsis balnearii decollaret. Quam spiculator tertio ictu percussit, et caput eius amputare non potuit. Sic autem seminecem eam cruentus carnifex dereliquit, cuius sanguinem *bibleis linteaminibus populi, qui per eam crediderant. extergebant.

47 Per triduum autem, quod supervixit, non cessavit omnes, quos nutrierat, perdocere, et in fide dominica confortare: quibus etiam universa divisit, quę potuit ipsa habere; et omnes sancto pape Urbano tradidit co-

---

[j] Almacius dixit *repet. et delev.*
[k] et *repet. et delev.*
[l] sana *correx. ex* sanitati.

mendatos, cui et dixit: Ad hoc triduum mici poposci indutias, ut istas animas tuę beatitudini traderem, et hanc domum meam in ęternum ęclesie nomini [eius] consecrarem. Tunc sanctus Urbanus corpus eius | [25a auferens cum diaconibus, nocte sepelivit eam inter collegas suos ępiscopos, ubi omnes confessores et martyres erant conlocati. Domum autem eius in ęternum sanctę eclesię nomini consecravit, in qua beneficia Dei exuberant ad memoriam sanctę Cecilie usque in hodiernum diem.

48 Dominus autem suscepit et coronavit martyrem suam in pace: cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

IIII[a]

[Clementis]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] II[a].	[3] [Lectio] IIII[a].	[5] [Lectio] VI[a].
[2] [Lectio] III[a].	[4] [Lectio] V[a].	[6] [Lectio] VIII[a].

1 Passio sancti Clementis episcopi et martyris Christi, <qu>i passus est in civitatem <Ce>rsona sub Traiano <imper>atore; die VIIII kalendas decembres. Deo gratias.

2 <In> temporibus illis, <te>rtius romane <Eclesi>ę prefuit ępiscopus <Cle>mens, qui, <dis>ciplinam <apos>toli Petri se<qu>utus, | ita morum ornamenta pollebat, ut a iudeis et gentibus et omnibus | [25b christianis populis amaretur. Diligebant eum gentiles, quoniam non *execrando, sed rationem reddendo ex eorum libris et *cerimoniis ostendebat ubi nati, et unde nati essent hii, quos deos putarent et colerent, et quid essent, vel qualiter defecissent, *evidentissimis *documentis instruebat: ipsosque gentiles posse indulgentiam adeo consequi, si ab eorum cultura recederent, edocebat. [1] Iudeorum vero hoc ordine gratia solvebatur, quod patres eorum amicos Dei assereret, et legem eorum sanctam et sacratissimam memoraret, primumque locum istos apud Deum habituros instrueret, si legis suę sacramenta servarent: in eo quod promissum est Abrahe, non negarent in Christo fuisse completum, id est quod in semine Abrahe, Deus hereditandas promiserat omnes gentes; [2] et quod dixerit ad David: De fructu ventris tui ponam super sedem meam; [!] et quod per Esayam | [25c confirmaverat, quod virgo in utero conciperit, et pareret filium, et vocaretur

nomen eius Emmanuel. A christianis vero ideo quam maxime diligebatur, quoniam singularum regionum inopes nominatim habebat scribtos, et hos, quos babtismatis santificatione inluminaverat, non sinebat publice fieri mendicitate subiectos. [3] Quoddidiana itaque exortatione mediocres ac divites admonebat, ne paterentur babtizatos pauperes a iudeis vel gentibus publicam *stipem accipere, et vitam babtismatis sanctificationis unda mundatos donis gentilium inquinare.

3 His et huiusmodi predicationum floribus *pollens, et Deo et omnibus hominibus rationabilibus conplacebat. Inrationabilibus vero placere non potest quod Deo cognoscitur placere; et ideo non timuerunt iniurias hominum inrationabilium hii, quorum ratio hęc erat, ut displicerent | infi- | [25d delibus, et incredulis non timerent. Unde sic factum est, ut nec Aurelianum nec [Si]sinnium, amicos Nerve imperatoris, non pertimesceret beatissimus Clemens, romanę sedis ępiscopus, [4] quum et Domitillam virginem, neptam Domitiani principis, sponsam Aureliani, credentem in Christo, sacro velamine ad integritatis perseverantiam consecraret, et Theodoram, Sisinni coniugem, conversam a simulacris, Deo castitatis propositum profiteri minime prohiberet. Quam vir suus zelo ductus, ęclesiam <in>trantem occulte prose<quutus>, studens videre et <audire> quid esset. pro <qua re uxor> eius ad ęclesia<m festinaret>. Quam intu <... ...> alterum est s<... ... ...> et curas ag<... ... ...> [5] At ubi a Cle<mente episcopo oratio> fusa est e<t collecta, et a populo> responsum e<st Amen, statim> Sisinnius <cecus et surdus> effectus est, <et neque audire> | poterat nec videre. Tunc Sisinnius dicit ad servos suos: Tollite | [26a me cito inter manus vestras, et foras eicite, quia oculi mei cęci facti sunt, et aures meę etiam effectę sunt surde, ut penitus nicil videre et audire valeam.

4 Pueri autem eius girabant cum eo intus ęclesiam, rotantes inter viros ac mulieres, et ad ianuas unde ingressi fuerant pervenire non poterant. Sicque factum est, ut dum girando in errore converterentur, et iterum atque iterum girarent, ad dominam suam Theodoram, ubi orabat Deum cum suo domino pervenerunt. Quę, quum videret servos suos Theodora, portantes dominum suum excecatum, et per girum vanum laborantes, primum quidem declinavit aspectum ab eis, putans eum apertis oculis aspicere, et mittens unum ex pueris, qui cum ipsa erant, ut sciret quid sibi vellent cum suo domino circumeuntes. Qui respondentes servi, dixerunt: | [26b Dominus noster, dum *insolenter vult videre quod ei videre non licuit, et audire secretum alienum, non solum cęcus sed et surdus effectus est. Quo facto nobis imperavit, ut eum egiceremus foras, sed non nobis, ut res prę-cognosceretur, de ęclesia exire conceditur.

5 [6] Quumque nunciatum fuisset hoc a puero, prostravit se Theodora in oratione, et cum lacrimis cępit postulare a Deo, ut inde vir suus cum pueris suis, qui eum portabant, exire potuisset. Et conversa ad pueros, qui eum trahebant, dixit eis: Ite, et date manum domino vestro, et ad domum illum ducite. Ego enim orationem meam, quam cępi, donec explicem non

desinam: sed offerens hostiam domino, expletis misteriis[a], sequar vos. Quumque abissent pueri dantes ei manum, et egressi essent, perduxerunt dominum suum domum. Reversique, nuntiaverunt dominę suę virum suum in eadem cecitate durantem, et nicil penitus. | Tunc Theodora enixius | [26c Deum precibus, et lacrimis exorabat, ut suo viro divina misericordia subveniret. Post expletis autem divinis mysteriis, postravit se ad pedes beati Clementis Theodora, dicens virum suum violenter curam secretorum agentem Domini nostri Iesu Christi *impudenter scire, cecitate incurrisse oculorum amborum, et utrarumque aurium auditum perdidisse. Tunc beatus Clemens prorumpens in lacrimis, et omnes, qui aderant simul, secum Deo preces fundere exhortatur, quatenus viro eius et auditum reddere dignaretur et visum.

6 Confidens itaque sanctus Clemens, post orationem perrexit cum mulierem Theodoram ad virum eius, et invenit eum, apertis oculis, nicil videntem, et neque sermonem aut sonitum audientem. Quumque mixto ululatu familia universa prestreperent, et hoc Sisinnius non audiret, dixit ad Dominum Clemens: Domine Iesu Christe, qui claves regni cęlorum dedisti apostolo tuo Petro magistro | meo, et dixisti ei: Quę ape- | [26d rueris, aperta erunt, et quę clauseris clausa erunt, tu precipe, ut aperiantur huius hominis et aures et oculi, quoniam tu dixisti: Quęcumque petieritis credentes, consequimini. Et tua hęc promissio fidelis permanet in secula seculorum. At ubi responderunt ⌈fideles⌉ Amen, aperti sunt oculi eius simul et auribus. Et videns Clementem iuxta coniugem suam stantem, *amensque effectus, cogitare cępit quidnam hoc esset: et, extimans sibi magicis artibus inlusum, cępit dicere servis suis, ut tenerent beatum Clementem episcopum. Dicebat autem: Ut ingrederetur ad uxorem meam, et magicis artibus mici cęcitatem induxit. Hii autem quibus iusserat ut Clementem ligarent, hoc illis videbatur, quod ipsum constringerent et traherent; hii autem columnas iacentes | ligabant et trahebant, nunc deintus foris, | [27a nunc deforis intus trahebant. Hoc etiam ipsi Sisinnio videbatur, quod sanctus Clemens a servis suis per domus spatia vi⌊n⌋ctum traherent. Cui sanctus Clemens ait: Duritia cordis tui in saxa conversa est; utique quia saxa deos extimas, saxa trahere meruisti. At ille quasi vincto insultans, dicebat: Ego te faciam omnium maleficiorum exemplum, interfici. Tunc beatus Clemens dans orationem, et benedicens uxorem eius, abscessit, hoc tamen tradens ei in mandatis, ne ab oratione omnino cessaret, donec suam visitationem Dominus eius viro dignaretur ostendere.

7 Orante autem Theodora et flente, ecce subito ad vesperum apparuit ei vir ⌊clarissimus⌋ canitię[b] venerandus, dixitque ei: Per te sanus erit Sisinnius, ut impleatur quod dixit frater meus apostolus Paulus: | [27b Sanctificabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Et quum hęc dixisset, protinus ab aspectu eius abscessit. Unde non est dubium illi beatum Petrum apostolum apparuisse. Denique statim clamavit ad se Sisinnius Theodoram,

---

[a] misteriis *corr. ex* ministeriis.
[b] canitięs *cod. sed corr.*

et dixit: Obsecro te, ut roges Dominum tuum, ne irascatur mici; zelo enim tui ductus, adi post te ęclesiam; et dum volui videre, quę ag<eb>antur, et audire quę dicebantur [c], amisi et auditum et visum. Nunc ergo quia Clementis fecit presentia, ut auditum recuperarem et visum, roga eum, ut veniat ad me, et faciat me veritatem agnoscere. Nam mici et pueris meis pro certo hoc videbatur, quod Clementem ligarent cum *loris suis et ipsum [d] traherent; hii autem saxa et columnas ligantes, ipsa traxisse noscuntur.

8 Tunc Theodora perrexit ad sanctum Clementem ępiscopum, et narravit ei | omnia, quę audierat, et quę fuerant ei a suo viro dicta. | [27c Veniens itaque beatus Clemens ad Sisinnium, cum honore [ab eo] susceptus est, atque adnuntians ei universa, quę ad edificationem anime eius venerant, docuit eum omnia, quę ad fidem catholicam pertinere probantur. Et credidit Sisinnius, et corroboratus est, et cępit genibus Clementis advolvi, dicens: Gratias ago Deo vero omnipotenti, qui me idcirco cęcavit, ut videam; ideo auditum abstulit, ut veritatem hanc audiam, quam ignoranter inridebam. Et hoc putabam falsum esse, quod verum est; hoc extimabam verum esse quod falsum est. Tenebras putabam lucem, et lucem tenebras extimabam. Sed purgatus est sensus meus a sordibus idolorum. Vere enim cognovi dęmones decipere homines, ut non credant Christum Deum; ipsis dominentur saxa surda et muta, sicut et mici *hactenus dominatę sunt.

9 | Hęc et his similia multa dicente Sisinnio, gaudium magnum | [27d factum est, crediditque cum omni domo sua; et dato nomine, proximo Pascha futurum babtizatus est. Computati sunt autem hii, qui cum eo babtizati sunt de domo eius, simul viri cum mulieribus et infantibus promiscui sexus, numero quadringenti viginti et tres. Per hunc Sisinnium multi nobiles, multi inlustres, et amici regis Nerve conversi sunt ad Christum. Tunc comes sacrarum publicus Tarquinius, videns innumerabilem multitudinem Christum credere, vocavit ad se patronos regionum, ob invidiam christianis deductus, et data eis pecunia, monuit, ut seditionem [e] excitarent nomini christiano.

10 In illo igitur tempore, administranti Mamertino prefecturam sedis romane, facta est seditio populi romani de nomine Clementis ępiscopi, et inter se invicem confundebantur dicentes: | Quid male fecit, aut | [28a quid boni nobis non exercuit? Quicumque eger visitari ab eo potuit, nonne salvus factus est? Quicumque ad eum tristis advenit, gaudens abscessit. Nulli umquam nocuit, quum omnibus profuit. Alii vero, spiritu diabolico inflati, *dicebant: Magicis artibus ista faciens, deorum nostrorum culturam evacuavit. Iovem dicit Deum non esse; Herculem custodem vel consecratorem nostrum, dicit esse inmundum spiritum; Venerem deam sanctam, meretricem fuisse conmemorat; Vestam quoque deam magnam, ignibus crematam fuisse blasphemat; Sic etiam Minervam deam sanctam blasphe-

---

[c] dicebantur] Clemens presentia, *add. et delev.*
[d] ipsum] sos *suprascr. cod.*
[e] sedictionem *prima manus.*

mat, et Dianam ac Mercurium simul et Saturnum, Martemque accusat. *Numina etiam universa blasphemat. Aut sacrificet diis nostris, aut ipse intereat. Tunc prefectus Mamertinus urbis ipsius, populi sedictionem non ferens, iussit ad se adduci sanctum Clementem urbis Rome episcopum. Quumque | eum secretissime vidisset, cepit ei dicere: *Nobili te | [28b stirpe progenitum, omnis romana multitudo testatur; sed errorem te passum in eo non *fert, in quo nescio quem Christum colere te dicant, et contra omnia templa divina te *suscipere arguantur. Unde deponenda est a te *supprestitio superflua, et dii a te sunt colendi [eximii], ut evadas. Tunc beatus Clemens episcopus dixit: Obtarem prudentiam culminis tui ad rationem accedere, et mici non de tumultu inperitorum, sed de ratione prescribere. Nam si canes multi latraverint, et morsibus nos adtractaverint, numquid nobis possunt hoc auferre, quod nos homines sumus rationabiles, et illi sint inrationabiles canes oblatrantes? Seditio autem semper ab inperitis exorta est. Ostendit se nicil certum habere nec verum. Unde silentii est flagitanda occasio, in qua pro salute sua homo rationabilis disputare | secum incipiat, atque tractare, ut Deum verum inveniat, cui fidem | [28c suam vera ratione conmittat.

11 Hec et multa alia rationabiliter dicente sancto Clemente episcopo, furere contra eos cepit urbis prefectus, qui ipsam seditionem [f] excitaverant, et missa relatione ad Nervam pariter et Traianum imperatorem, dixit Clementem hunc ad seditiosam [g] vociferationem populi [h] inperiti, quum nicil eorum iure possit accusatio invenire. Cui imperator Traianus huiusmodi rescribtum transmisit: Traianus cesar Mamertino prefecto urbis Rome, debere Clementem episcopum, que Romane urbis populus ob criminis *sacrilegii adcusandum conqueritur, persuadendum aut sacrificia deorum nostrorum libare, aut Transpontum mare in eremo, quod adiacet civitati Cersone, subire exilium. Quibus lectis Mamertinus urbis prefectus, cepit cum eo agere, ut non Clemens spontaneum | exilium peteret, sed, ut | [28d securus vivens, magis diis libamina exhiberet.

12 At vero beatus episcopus Clemens nitebatur etiam ipsius animus iudicis ad fidem Christi perducere, quum se ostenderet adpetere potius exilium quam timere. Ideo tantam denique Dominus gratiam beato Clementi episcopo adtribuit, ut fieret prefectus, et diceret: Deus tuus, quem pure colis, ipse te adiuvet in hac religatione exilii. Et *diligavit prefectus beato Clementi navem omnibus necessariis onustam, et dimisit eum. Repleta est autem navis tam de clero quam de populo. Sequuti sunt autem episcopum religiosi multi viri.

13 Quum pervenissent ad locum exilii, invenerunt ibi in *ergastulis ad secanda *saxa duo milia christianos *diuturna religatione damnatos, qui, videntes sanctum ac nominatum Clementem urbis Rome episcopum, omnes

---

[f] sedictionem *prima manus.*
[g] sedictiosam *prima manus.*
[h] populi] romani *add. et delev.*

una voce cum gemitu proruperunt et fletu. | Quos quum cognosvisset | [29a sanctus Clemens pro Dei nomine religatos, dixit: Non inmerito me ad vos Dominus misit, sed huc ad vestram coronam adduxit, ut particeps factus passionis vestrę. etiam consolationis efficiar. Et quum multa eis consolationis et patientię verba intimasset, didicit ab eis, quod a sexto miliario aquam sibi humeris suis adportarent. Tunc Clemens sanctus dixit: Oremus Dominum nostrum Iesum Christum, ut confessoribus suis forsitan fontis in isto loco venas aperiat: et qui percussit petram in deserto Synay, et fluxerunt aquę in satietatem, ipse *laticem nobis affluentem inpertiat, ut eius beneficiis gratulemur.

14 Quumque, oratione conpleta, hinc inde conspiceret, vidit agnum stantem, qui, pede dextro erecto, quasi locum sancto Clementi ostenderet. Tunc sanctus Clemens intellegens Dominum Iesum Christum esse, quem solus ipse | respiceret, et preter ipse alius non videret, perrexit ad | [29b locum, et dixit: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti in isto loco percutite. Sed quum omnes per girum *rastris effoderent, et non ipsum locum in quo agnus stabat contingerent, accepto brevi *sarculo, sanctus Clemens levi ictu locum sub pede agni percutiens. fontem affluentibus venis ornatum apparuit, quo suo impetu evomens, fluvium fecit. Tunc universis gaudentibus beatus Clemens responsurium dedit: Fluminis impetus lętificat civitatem Dei.

15 Ad istam autem famam confluxit omnis provincia, et venientes universi ad doctrinam sancti Clementis, convertebantur ad Dominum Iesum Christum. Ita ut in [una] die quingente animę seu amplius, babtizati in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et confirmati in fide, christiani abscedebant. Per totam autem provinciam intra unum annum a credentibus septuaginta et quinque ęclesię [1] fundatę | <sunt> et omnia templa | [29c dextructa sunt, omniaque idola confracta sunt. Omnis locus per trecenta milia in totum girum incisi, et eversi sunt.

16 Post annos autem tres, paganis insistentibus, tam invidiosa relatio cucurrit ad imperatorem Traianum, ut dicerent ibi per Clementem innumerabilem populum christianorum adcrevisse: et missus est dux, Orfidianus nomine, qui multos christianorum turmis diversis pęnis afficeret. Et dum videret Orfadianus omnes gentes ad passionem accedere gaudentes, cessit multitudini, et solum Clementem ępiscopum cogebat ad sacrificandum. Et quum videret illum sic fixum in Domino, ut mutari penitus non posset, dixit ad suos: Perducatur ad mare et ligetur ei ad collum *ancora, et precipitetur in medio mari, ut non possint isti populi christiani hunc pro Deo colere. Et quum factum fuisset, omnis multitudo christianorum ad litus cepit stare et flere [1], | et, flentibus illis, dixerunt Cornelius et Fidius | [29d discipuli eius: Audite, fratres, omnes unanimes oremus, ut ostendat nobis Dominus martyris sui excubias.

---

[1] ginta et quinque eclesie ... *repet. in marg. man. post.*
[1] ad litus ... et flere *repet. suprascribendo.*

17 Orantibus autem populis, recessit mare in sinu suo *per fere tria milia. Et ingressi per siccum populi, invenerunt in modum templum marmoreum habitaculum a Deo prẹparatum, et ibi in arca saxea corpus sancti Clementis ẹpiscopi positus, Petri discipulus; ita et ancora cum qua missus est iuxta eum esse posita. Post hẹc revelatum est autem discipulis illius, ut non inde tollerent corpus eius: quibus hoc etiam intimatum est, quod omni anno die passionis eius recedat mare, et per septem dies advenientíbus siccum iter prẹparet. Quod ad laudem nominis sui facit Dominus usque in hodiernum diem. Hoc autem facto, omnes gentes per girum crediderunt in Christo, ubi nullus gentilis, nullus iudẹus, nullus prorsus | invenitur hereticus. | [30a

18 Fiunt ibi omni anno, die natalis eius. multa beneficia orationibus sancti Clementi, Domino protegente: cẹci inluminantur, dẹmones effugantur, et omnes infirmi salvantur, qui illic potuerint pervenire. Et est ibi pax Dei, et laus Domini cum omni gaudio, et benedicitur illic Christus Filius Dei, qui cum Patre regnat in unitate Spiritus Sancti in secula seculorum, amen.

19 Accepit autem martyrium suum venerabilis Dei Clemens ẹpiscopus urbis Rome in civitate Cersonẹ provincie Licię, die nono kalendas decembres.

20 Regnante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor et gloria, virtus et potestas per infinita semper secula seculorum. Amen.

V^a

[Facundi et Primitivi]

| = L 30a-35a; || = P^1 13b-17d.

Notas litúrgicas marginales de L

[1] L[e]c[tio] I^a. [3] [Lectio] III^a. [5] [Lectio] V^a.
[2] [Lectio] II^a. [4] [Lectio] IIII^a. [6] [Lectio] VI^a.

1 **P**assio sanctorum | Facundi et Primitivi, qui passi | [30b
sunt in locum, qui vocatur Ceia secus stratam sub Attico et Pre-
3 testato *consulibus; die v kalendas decembres. Deo gratias.

---

1. 1 sanctorum] <ac beatissimorum> *add. L;* beatissimorum martyrum *P^1* 2 qui vocatur Ceia secus] *illeg. in L, man. post. suprascr.;* que dicitur Zeia *P^1* strata *L* 2-3 sub Attico et Pretestato] consulibus *add. L in marg.;* preside Atico et Prestato *P^1* 3 consulibus;

2 [1] In temporibus illis, dum orbem universum *demens sa-
crilegus imperatorum furor concuteret, et omnes christianos ad sa-
3 crilegam dęmonum culturam crebra || inpulsio coartaretur, || [13c
subito ex iussu imperatorum ipsorum in finibus Gallecię quidam
iudex sevissimus gentilis, cultor idolorum, prędsidalis honore *per-
6 functus, advenisse narratur, qui et ipse Atticus vocabatur. Quum-
que ingressus fuisset quamdam urbem, et omnem regionem suis
ordinationibus subiugasset, iussit pręconiam intonare vocem, ut
9 omnes, statuto die, in unum convenirent ad sacrificandum. Talem
etiam dederat | *edictum, ut quicumque sacrificasset, ma- | [30c
gnis honoribus ditaretur; qui vero christianus inventus fuisset,
12 aut sacrificare contemsisset, diverso pęnarum genere puniretur.

3 [2] Tunc omnes gentes audientes tam inmane preceptum,
congregati sunt super ripam fluminis, cui nomen est Ceia secus
3 *stratam, in locum ubi erat positum dęmonis simulacrum, ex-
pectantes prędsidem, ut in conspectu eius *parerent imperialibus
iussis. || Qui, quum situ illo nequissimo adveniens, acce- || [13d
6 pit incensum et obtulit idolo, et, pectore verberato, *proclibo ca-
pite deorsum, adoravit perditionem animę suę. Et post ferme hora
exurgens, dixit populo: *Properate omnes, et sicut me facere
9 conspexistis, ita et vos facite. Tunc plebs, non intellegens quid
colere deberent, accessit, et adoravit *simulacrum dęmonum.

4 [3] Erant autem non longe ab eo | loco duo viri timen- | 30d
tes Deum, provincię ipsius incole christianissimi, Christum fa-
3 tentes, quorum nomina hęc erant: Facundus et Primitivus. Venit

---

die v kalendas *illeg. in L. man. post. subrascr.* Deo gratias *om. P¹*.

2. 1-2 sacrilegus] sacrilegorum *P¹*; esset *add. L alia man.* 2 imperatorum] turbatus... *add. L in marg.* 3 quortaretur *P¹* 4 ipsorum *om. P¹* 5 idolorum] ordinatus *add. L in marg.* prędsidalis] presidatus *P¹* 6 advenisse[t] *L* 6-7 Quumque] Quum *P¹* 7 quamdam] quendam *P¹* 8 pręconiam... vocem] preconia... voce *P¹* 9 unum] uno *P¹* 9-10 Talem etiam] Tale iam *P¹* 12 contemsisset] contemneret *P¹* diversis *L*.

3. 1 Tunc] Hunc *P¹* gentes *om. P¹* imanem *L* 2 cui] cuius *P¹* Zeia *P¹* 3 strata *L* 5 quum situ] quum sito *L*; cum ritu *P¹* 6 et obtulit] [et] obtulit *L* 6-7 deorsum capite *P¹* perdictionem *P¹* post] [una] *add. L alia man.* 8 dixit] ad *add. L* omnes] vos *add. P¹* 9 ita et vos *om. P¹* 10 accessit, et adoravit] accesserunt et adoraverunt *P¹* simulacrum dęmonum] demonium *P¹*.

4. 1 eo] eodem *P¹* 2 Deum] Dominum *P¹* 3 hęc *om. P¹*

igitur quidam *sophista gentilium, et nuntiavit pręsidi, dicens: Inlustrissime virorum, et totius provintię rector, ecce dum omnis
6 hęc multitudo tuis pręceptis obediat, et diis inmortalibus cerimonias cum voto exhibeat, quomodo a duobus sectatoribus illius, qui dicitur Christus, despiceris, et ad contemtum tuum per eorum
9 predicatione, maxima || pars populi declinat ad artem ma- || [14a gicam, vel *sectam eorum, ita ut deos nostros dęmonia nuncupentur, et dies festos nostros velut scelera damnant. Oportet quip-
12 pe iussa imperatorum per omnia observare, presertim in *locum hunc, ubi tantus ac tam pręclarus vir advenerit iudex. Tunc pręses ira provocitus | iussit militibus suis, qui eos vinctos | [31a
15 catenis ad se usque pertraherent. Quo dicto, citius impleverunt.

5 Quumque ei nuntiatum fuisset, reos illos adesse, iussit eos suis conspectibus sisti; quibus et dixit: Unde estis? Facundus
3 et Primitivus dixerunt: Huius sumus patrię habitatores. Iudex dixit: Quam religionem excolitis? Responderunt ambo: Christiani sumus, Christum Deum fatentes, qui fecit cęlum et terram,
6 mare et omnia quę in eis sunt. [4] Iudex dixit: Non audistis pręcepta dominorum meorum imperatorum, quibus iusserunt ut quicumque dixerint se christianos puniantur? || Sancti vero dixe- || [14b
9 runt: Audivimus insaniam, et blasphemiam diabolicam; sed nos, credentes in Domino, inrisimus ea, potius quam timemus.

6 Iudex dixit: Vere scitote, quia litteras ad me venerunt a dominis meis imperatoribus, ubi preceperunt omnes christianos
3 sacrificare, | et qui sacrificare noluerit, tormentis pessimis | [31b macerare. Ergo Facunde et Primitive, sacrificate inmortalibus

---

4. 5 virorum] vir P^1 6 multitudo] multitudine P^1 obediant P^1 7 exhibeant P^1 a duobus sectatoribus] a vobis P^1 8 Christus] credentibus ministris *add.* P^1 9 pars] plebs L 10-11 dęmonia... nostros *om.* P^1 11 damnent L 12-13 in locum hunc] in loco hoc P^1; loco *corr.* L *in marg.* 13 vir advenerit] adveneris P^1 14 vinctis P^1 15 usque ad se P^1.

5. 1 ei *om.* P^1 reos] de reos P^1 2 et *om.* P^1 3 dixerunt] responderunt P^1 5 sumus, Christum Deum] Dominum P^1 fecit *om.* P^1 6 sunt] fecit *add.* P^1 7 quibus] ubi P^1 8 se dixerint P^1 puniantur] artem vestram *add.* P^1 10 eas L timemus] metuimus P^1.

6. 2 omnes *om.* P^1 4 macerare] maceretur L Fecunde P^1 5 pereclitentur L, periclitetur P^1 anima vestra P^1 7 Domino *om.* P^1.

diis, ne periclitentur animę vestrę. [5] Facundus et Primitivus dixe-
6 runt: Nos, o iudex, quotidie offerimus sacrificium magno regi
Domino Iesu Christo inmortali Deo. Propterea non timemus
regem mortalem, quoniam regnum eius stabile non est: regnum
9 autem Domini nostri Iesu Christi non finietur, sed permanet in
ęternum, et omnis qui perseveraverit in fide eius, habebit vitam
eternam.

7 Atticus pręses dixit: Facunde et Primitive, nescitis quod
nunc ad regnum nostrum pertineatis? Responderunt ambo: Usque
3 nunc in castris regni vestri militabamus; sed in corde nostro
Dominum Deum fatebamur: || et in *abditis conscientię || [14c
nostrę soli Deo fidem servabamus. Propterea non vincet nos
6 diabolus servos Christi; nec valet retrahere a sancto proposito
nostro. [6] Iudex dixit: O quam punienda definitio vestra! | [31c
Ignoratis, miserrimi, quia potestatem habeo tollere animas ves-
9 tras, et iterum potestas est mici salvare animas vestras? Respon-
derunt ambo: Non est verum; in potestate enim habes tantum-
modo carnem nostram occidere; in animas autem nostras non
12 habes potestatem, nisi solus Deus, qui potens est de manibus tuis
liberare nos, et impium regnum vestrum dissolvere. Ipsi enim
gloria, et potestas, in secula seculorum.

8 Atticus pręses dixit: Video vos in eloquentia vestra mul-
tam habere sapientiam, et ideo nolite vosmetipsos ita despicere,
3 sed ęquissimis meis consiliis prebete adsensum, et diis omnipo-
tentibus libamina sapientius prę ceteris exhibete. Responderunt
ambo: Sapientia hęc non ex nobis, sed ex Deo est; ideoque si
6 tu hanc eamdem sapientiam desideras, || noli nos tam stulte || [14d
arguere, ut cogas nos dęmonibus inclinare cervices; quod scias
nos nequaquam esse facturos. Iudex dixit: Audite | consi- | [31d
9 lium meum: Dimittite tam *pertinacem *calamitatem; sacrificate

---

7. 1 Atticus *om.* P^1 5 servavimus P^1 5-6 diabolus nos P^1 6 preposito P^1 7 punienda *L corr. ex* punita; punita P^1 8 miserrimi] miseri P^1 9 mihi est P^1 animas vestras *delev.* P^1 *et substituit per* [eas] 11 autem nostras] vero P^1 12 de manibus] manibus *L;* de pessimis manibus P^1.

8. 1 Atticus *om.* P^1 3 consiliis meis P^1 3-4 omnipotentis P^1 5 ideoque] ideo quia *L* si] et *add.* P^1 6 eamdem] eadem *L;* eademque P^1 sapientiam] nosse *add.* P^1 7 cogas] arguas P^1 dęmonibus] domonibus tuis P^1

diis, et liberate vos a multis tormentis. Responderunt ambo: Hoc
quod minaris, temporalis nobis videtur esse tribulatio. Propterea
12 libenter tormenta tua polliciti sumus sustinere. Scimus etenim
quia nobis a Domino pro his afflictionibus beata remuneratio pręparatur. Nam et hic dum torquimur, plus a Domino confortamur.
15 Valde nobis obtabile est pro Deo nostro pati, et pro eius testimonio torqueri, quia hec ad sempiternam docet nos pervenire vitam.

9 Iudex dixit: Lectores estis, aut diacones? quia eloquio et
habitu vos quasi christianorum sacerdotes ostenditis. At illi res-
3 ponderunt: Nos quidem non sumus digni talem gratiam, sed bonitas Domini nostri Iesu Christi ipsa nos ad hoc perduxit. Ipse
autem est, qui dat rectis corde sapientiam, et replet corda piorum
6 veram scientiam: | || ut credant Deo suo, et fruc- | [32a; || [15a
tificent vitam ęternam: quia sicut agricola bene operans terram, et
seminans sementem, quum enim datur illic a Domino imbrem,
9 producit seges, et crescit in *messem, et oportuno tempore exhibet
plenos ac uberrimos fructus, ita et Dominus his, qui in merore
temporali pro Christo lacrimas seminant, tam perfectam tribuet
12 sapientiam, ut inruentium tempestatum non sentiant minas, et
non paveant. Sicque proteget illos, ut, devicto hoste cęlorum, in
regno cum ipso permaneant. In hoc autem mundo sicut novella
15 plantat eos, et efficit ut vitem fructiferam, cuius butrones nunc
a vobis vestrisque similibus vindemiantur, et pedibus conculcantur, sed in futuro seculo de eorum sanguine in convivio mensę
18 cęlestis Deo, et angelis eius, pretiosum *poculum ministratur. Ita
nos, velut butrones, nunc est tempus ut colligamur, | et per- | [32b

---

8. 11 temporalis... tribulatio] temporalis videtur esse tribulatio *L;* temporalem nobis videtur exitum *P¹* 12 polliciti sumus] pollicemur *P¹* etenim] enim *P¹* 13-14 pręparatur] munet *P¹* Nam et *om. P¹* plus *om. P¹* 14 confortamur] confitemur *P¹* 15 Deo] Domino *P¹* 16 quia hec... nos] et ad spem sempiternam ipso duce *P¹* vitam *om. P¹*.

9. 1 aut] an *P¹* quia] qui *P¹* 3 Nos *om. P¹* 4 Christi ipsa *om. P¹* 5 replet] corde sapientiam et replet *add. P¹* 6 scientiam veram *P¹* 8-9 imbrem, producit seges, et] imbres prodidit segens *P¹* 9 messem] messes *corr. L in marg.* 10 uberrimos] uberes *P¹* 12 tempestatum inruentium *P¹* non sentiant *om. P¹* minas, et] minans *P¹* 17 sanguine] *L corr. ex* sanguinem convivium *P¹* 18 ministrantur *P¹* Ita] et *add. P¹* 20 passionum] passorum *P'* 22 sit] sic *P¹*.

sequentium pedibus, et passionum turbinibus conculcemur, ut dum
21 temporalem, || et omnibus debitam gustaverimus mortem, || [15b
sit in cęlis convivium, ubi Dominus noster Iesus Christus gratuletur, se operis sui percipere fructum.

10 Atticus preses dixit: Ergo mori vultis magis quam vivere? Responderunt ambo: Hoc non mors, sed eterna vita putabi-
3 tur, si constanter in tuis perseveraverimus tormentis. Iudex dixit: Ergo hoc consilium habetis, ut *sectam illius, qui dicitur Christus, sequamini, et in fide eius perseverare disponitis? Responderunt
6 ambo: Hoc etiam scito, quia cogitatus noster, in quo cępit, Deo iuvante, in hoc finiet.

11 Tunc iratus iudex iussit eos cruciari, et digitos eorum confringi, et crura eorum ad *plectoriam contorqueri, dicens:
3 Quousque exterminentur hii seductores de plebe mea, his tormentis eos cruciate. Sancti autem una voce dixerunt: Gratias agimus Domino Deo nostro, quia adpropinquavit certamen nos-
6 trum, per quod properemus ¦ ad Dominum nostrum Iesum | [32c
Christum. Tunc iussit eos recipi in carcerem.

12 Quum vero essent in custodia, direxit eis de epulis, || quas ipse comedebat, dicens: Forsitan vel blandimentis || [15c
3 adquiescunt, si terroribus non pavescunt. Tunc oblatum sibi cibum sancti insufflantes despiciunt, ac manducare contemnunt. Nuntiatum est pręsidi, quod beati illi cibos sibi directos accipere con-
6 temserunt: comotusque ira vesanię, iussit eos sibi presentari. Quibus dixit: Quare annonam meam accipere contemsistis? Sancti martyres responderunt: Quoniam opprobrium est, et
9 iniuste exhibetur: Ideoque nec accipere nec manducare eam volumus, ut non esuriamus in sempiternum.

---

10. 1 Atticus *om.* P^1 vultis mori P^1 2 Hoc non mors] Horum mors non est *L* 2-3 sed eterna vita putabitur] sed ęternam putabitur vitam *L* 4 hoc] *L corr. ex* hunc; hunc P^1 secta *L* 5 eius fide P^1 *et add.* vos 7 finiet] et fiet P^1.

11. 2 plectoria P^1 3-4 his tormentis eos cruciate *om.* P^1 5 quia adpropinquavit] quiadpropinquavit *L* 6 per quo properemus *L;* per quod properamus P^1 nostrum *om.* P^1.

12. 1 epulas *L* 6 comotusque] comotus P^1 7 dixit] ait P^1 8 responderunt] dixerunt P^1 opprobrium] *L corr. ex* obprobrium; obprobrium P^1 9 exhibetur] exigitur P^1 9-10 eam volumus] ea volumus *L;* eam nolumus P^1 10 ut non esuriamus] ut non esuriamur *L;* et non esurimus P^1.

13 Iudex vero vehementius iratus, iussit eos in camino ignis ardere. Quum vero missi fuissent, permanserunt, angelo 3 servante, inlęsi; ita ut post triduum intactos eos et integros invenirent. | Et quoniam sine cessatione orationem ad Domi- | [32d num effundebant, ideo nec fumus ausus est sacrata iam Domino 6 membra contingere. Quum autem vidisset eos iudex inlęsos exire ab igne, dixit illis: || Scio vos magicam didicisse artem; || [15d sed nunc parebit, si potueritis evadere. Et iussit maleficum dare 9 illis cibum *infectum veneno. Sancti ambo pariter dixerunt: Licet non debemus de hoc manducare, sed ut ostendamus tibi, quoniam possumus omnia maleficia tua in nomine Domini nostri Iesu Chri- 12 sti dissolvere, accipimus et manducamus. Accipientes autem, et orationem facientes armantesque frontes suas vexillo crucis, comederunt, et nicil mali senserunt.

14 Tunc maleficus alia venena peiora eis obtulit, dicens: Modo accipientes comedite, et si nicil mali senseritis, et ego dere- 3 linquam omnes maleficias meas, et credam in Domino Deo vestro. | Tunc beati martyres manducaverunt, sed nicil eos | [33a ledere potuit. Maleficus autem videns hęc, corruit ad pedes eorum, 6 et exclamans, dixit: Orate pro me ad Dominum, servi Dei: quoniam omnes maleficas artes in me vicistis, et animas vestras salvastis, ut in ęternum vivatis. || Et adiecit: Ecce quomodo || [16a 9 erubescit inimicus, et protegitur iustus. Vere ita virtutibus omnem artem maleficiorum in me superastis, et ita mentem meam innovastis, ut sine hesitatione convertam ad Dominum, et ad gratiam Dei. 12 Statimque maleficus omnes codices suos in igne combusit, et renuntiavit iudici, quod fuerat factum. Et reversus, adherebat sanctis. Tunc beati martyres docuerunt eum in nomine Domini 15 nostri Iesu Christi omnem veritatem.

15 Venit igitur pręses, et dixit: Quare tam *pertinax malitia in vobis perseverat? Estote iam sapientes, et sacrificate diis.

---

13. 2 ignis *om.* L [an]gelo *L* 3 eos *om. L* 5 sacratam P^1 6 Quum] Cum P^1 exisse P^1 8 parebitis P^1 11 tua *om.* P^1.

14. 7 maleficias P^1 in me *om.* P^1 8 vivatis] vivant P^1 Ecce *om.* P^1 quomodo] autem *add. L* 9 et *om.* P^1 11 ad Dominum, et *om.* P^1 13 factum] hactum P^1 15 nostri *om.* P^1.

15. 1-2 in vobis malitia P^1 3 responderunt] respondentes di-

3 | Sancti martyres responderunt: Semper sapientes erimus, | [33b
si Domino Iesu Christo, et preceptis eius adheserimus. Iudex
dixit: Sed nunc facti estis stulti, dum vestigia crucifixi intrepido
6 animo servare contenditis. Sancti martyres dixerunt: Stultitia
huius mundi elegit Deus, ut tuam evacuet sapientiam. Iudex di-
xit: Hoc quod dicitis, ubi est scribtum? Sanctus Primitivus dixit:
9 Paulus apostolus hoc docuit. Iudex dixit: || Ergo Deus || [16b
est Paulus? Beatus Primitivus respondit: Paulus Deus non est,
sed apostolus Dei est, qui tamquam sapiens arcitectus supra fun-
12 damentum, quod est Christus, prędicando populis, et adquirendo
eos in fide, fundamentum posuit, et Dei ędificavit Eclesiam: quo-
niam a Deo acceperat sapientiam, et habuit plenitudinem scrib-
15 turarum, et viam ostendit his, qui volunt salvari.

16 Preses dixit: Infelix, parce stultitię tuę, et sacrifica diis.
Beatus Facundus respondit: Omnes sapientes ampliorem sapien-
3 tiam | querunt, ut ex sapientibus sapientiores efficiantur. | [33c
Nos vero stulti erimus, si te audierimus, sicut hii, qui te audie-
runt, et tuo errori consenserunt. In tantum enim probantur insi-
6 pientes, ut Deum non cognoscant, quomodo et pater illorum, qui
dicitur diabolus, qui ab initio non cognovit veritatem. Sicut enim
ille est mendax, ita et hii mendaces sunt, et corde excecati sunt,
9 scientiam et fidem non habentes.

17 Tunc iudex *vesano furore arreptus, iussit uncinis trahi
nervos || e corporibus eorum, ut celerius consummerentur. || [16c
3 Quumque factum fuisset, sancti martyres dixerunt: Ex his om-
nibus tormentis dolor nos non contingit, sed velut spina a pede
evulsa effugatur dolor, et resumtio datur; ita nobis levissima sunt
6 tormenta, qua in nos exerceris. Multum enim animati sumus
propter fidem Christi Dei omnipotentis. | Tunc iudex | [33d
iussit eos oleo candente perfundere. Quod quum fuisset impletum,
9 beati martyres dixerunt: Sic factum est nobis oleum candens,

---

xerunt P^1 5 crucifixi] Iesu Christi P^1 6 dixerunt] responderunt P^1 8 scriptum P^1 13 in fide eos P^1 et] verum etiam *antep. L in marg.* Dei *om.* P^1 14 Deo acceperat] Domino hęc parat P^1.

16. 2-3 ampliora sapientia *L* 6-7 qui dicitur *om.* P^1
7 qui] quia P^1 veritatem non cognovit P^1.

17. 5 dolor, et resumtio datur *om.* P^1 6 Multi P^1
9 factum est nobis] nobis est P^1

quomodo si sitienti in ardore frigida aqua potetur, et omnis febris
eius refrigescit; ita et nos a Domino resummimur. Iussitque ite-
12 rum impius iudex lampades ardentes subponi sanctorum lateribus.
Quod dum fieret, beatissimi Dei martyres ardentes in pęnis, atque
suspensi, nec incendio cremabantur, nec suspensi lassabantur, sed
15 potius lęti confortabantur se ab invicem in Domino Deo.

18 Iudex vero minister diaboli videns tantam virtutem,
dixit: Puniendi, dimittite *amentia vestra, quę vestras || [16d
3 obsidet mentes, et sacrificate diis, quoniam erubesco sępe corri-
pere vos: facite iuxta volumtatem meam, etiam etsi tarde. Sancti
vero martyres dixerunt· Non nos faciat Deus vivus facere vo-
6 lumtatem tuam, sed illius volumtatem mereamur | perfi- | [34a
cere, pro cuius amore nosmetipsos tamquam sacrificium castum
offerimus. Nam tua volumtas, damnate, iustitię est inimica, et
9 mortis amica; Dei autem nostri volumtas ęterna, et inconparabilis
creditur vita.

19 Iratusque acrius, iudex iussit calcem vivam permixtam
cum aceto et fel violenter mitti in guttur eorum. Beati autem
3 martyres confidentes in Domino, accipientes biberunt, et dixerunt:
Acetum et calcem, sic nobis est tamquam favum mellis propter
Dominum nostrum Iesum Christum. Eratque vultus sanctorum
6 hilaris et decorus. Qui dixerunt iterum iudici: Vides, miser, quia
nicil proficit malitia tua? Tunc impiissimus iudex, videns eos con-
stanter insultare sibi, iussit oculos eorum effodiri, dicens: || [17a
9 Ipsi oculi evellantur, in quorum aspectu confundor. Quumque
fieret, sancti martyres dixerunt: Licet oculos carnis nostrę eve-
lere iussisti, sed de interioribus | oculis plus videmus per | [34b

---

17. 10 si sitienti] sitientis P^1 11 resummimur] P^1 *corr. ex* resummitur 12 sanctorum subponi P^1 13 dum] cum P^1.

18. 2 dimittite amentia vestra] dimit[ti]te dementiam P^1 4 iuxta *om.* P^1 etiam etsi *om.* P^1 5 vero *om.* *L* faciat] *L man .post. corr. ex* permittat vivus] *L corr. in* viventes, *et antep.* hic 5-6 tuam facere volumtatem P^1 6-7 perficere, pro] percipere propter P^1 7 amorem P^1 8 volumtas] voluptas *L* 9 nostri *om.* P^1.

19. 1 permixtam] mixtam P^1 2 et fel *om.* P^1 gutture P^1 autem *om.* P^1 3 confidentes] credentes P^1 5 nostrum *om.* P^1 sanctorum] illorum P^1 7-8 constantes *L* 9 eveliantur, in] evellantur [in] *L*; eruantur ob P^1 aspectu confundor] inspectione confundior P^1 12 oculos] enim *add.* P^1 dixit apostolus P^1

12 oculos animę nostrę, sicut apostolus dicit: Quia si homo exterior corrumpitur, interior renovatur, et ideo ubi cordis oculi inluminantur, corporei non queruntur: quoniam anima munda videt
15 lumen verum.

20 Iudex dixit: Cogitate pro salute vestra, infelices, ne peiora in vobis tormenta deseviant. Sancti autem Facundus et
3 Primitivus dixerunt: Gratias aginus Domino Iesu Christo, qui nos confortat. Tu autem quomodo vis, damna. Noli nobis parcere. Parati enim sumus pro Domino Deo nostro omnes tuas
6 percurrere pęnas. Tunc pręses iussit eos capite deorsum suspendi, dicens: Vel sic eorum *pertinaciam superabo. Statim vero ut suspensi sunt, stillare cępit de naribus eorum sanguis in terra.
9 Tunc milites dimiserunt eos, et euntes renuntiaverunt pręsidi quasi de morte eorum. Pręses vero iussit, ut per triduum || sic penderent. Post diem autem tertium putantes eos || [17b
12 mortuos ut deponerentur, | invenerunt illos viventes, et | [34c meditantes verbum Domini, et ita eos inluminatos, atque eorum membra restituta saluti, ut quasi nicil mali passi fuissent. Tunc
15 milites stupefacti ceperunt se ab invicem intueri mirantes: nullus tamen eis loqui pręsumsit. Sancti autem martyres dixerunt: Ecce in nominę Domini nostri Iesu Christi, pro cuius deitate
18 hęc tanta patimur, et nunc suspendimur, ipse misit angelum suum, qui nos iluminavit, et sanavit.

21 Tunc milites reversi, nuntiaverunt pręsidi quid de his contigerit. Iterum iussit eos iudex nequissimus, ut sanctos Dei
3 Facundum et Primitivum vivos decoriarent. Martyres autem dixerunt: Incredibilis et alienus a Christo, non cognoscis, quia

---

13 conrumpitur P^1 renovatur interior P^1 et *om.* P^1
14 munda videt] mundavit et P^1.

20. 2 Sanctus P^1 3 Iesu Christo] Deo nostro P^1 5 Deo *om.* P^1 7 pertinacia P^1 11 eos] iam *add.* P^1 13 Domini] Christi P^1 eos *om.* P^1 13-14 eorum membra] omnia membra eorum sic P^1 14 mali *om.* P^1 15 intuere P^1 16 martyres *om.* P^1 17 Ecce] Hęc P^1 nostri *om.* P^1 deitatem *L*
18 hęc tanta patimur] hęc tanta patimus *L;* tanta hęc patimur P^1
19 sanavit et inluminavit P^1.

21. 1-2 his contigerit] eis contingerat P^1 2 eos *om.* P^1 nequissimus iudex P^1 3 decoriarent] excoriarent P^1 autem] Dei *add.* P^1

oculos nostros eruere precepisti, et nobis a Deo sunt restituti,
6 et nunc cutem carnis nostrę auferre disponis? Et hoc quidem
facere potes, sed intellectum nostrum inmutare non potes. | [34d
Victus es, inimice, quia per tormenta tua || nullam potuisti || [17c
9 obtinere victoriam. In fornace ignis nos misisti, et Deus noster,
qui tres pueros Ananiam, Azariam et Misahel liberavit ab in-
cendio flamme, ipse et nos servos suos eripuit de tuis adinven-
12 tionibus.

22 Unus vero de populo incredulo, cuius cor erat iam in
Domino, asserebat, dicens: Video duas coronas de cęlo venien-
3 tes, et duos angelos eas tenentes, et expectant iustos istos, ut
coronatos eos secum ducant ad cęlum. Et dicebat: Vere beatus,
qui expectat regnum Christi, ut habeat partem cum his sanctis
6 martyribus. Hęc audiens iudex, iussit capita sanctorum abscidi,
dicens: Ipsa capita pręcidantur, quibus coronę inponi dicuntur.
Tunc sancti martyres dixerunt: Gratias agimus Domino Deo
9 nostro, qui nobis donavit libertatem constantię ingenuitatis, ut
temporalia respuamus, | et ea, quę sunt sempiterna, acci- | [35a
piamus. Tunc illis orantibus || milites absciderunt capita || [17d
12 eorum, et continuo exiit de colla eorum lac et sanguis. Omnes
vero qui aderant, intuentes, mirati sunt. Multi autem ex eis vi-
15 dentes quę facta sunt, gavisi sunt, et conversi crediderunt in Do-
mino Iesu Christo: qui martyres suos per talem ac tantum coro-
navit triumphum.

23 Cui est cum Patre et Spiritu Sancto honor et virtus,
gloria, imperium et potestas in secula seculorum. Amen.

---

21. 6 Et hoc] Hęc *L* 9 noster] nostrum P^1 10 Misaelem P^1 11 de tuis eripuit P^1.

22. 1 incredulo] credens P^1 iam *om.* P^1 3 tenentes eas P^1 4 dicebant P^1 5 expectant P^1 habeant P^1 7 inponi dicuntur] inponen[i] dicuntur P^1 8 Domino] Iesu Christo regi *add.* P^1 9 constantiaę] et *add.* P^1 10-11 accipiamus] percipiamus P^1 12 continuo *om.* P^1 14-15 Domino Iesu Christo] Dominum nostrum Iesum Christum P^1 15-16 per talem... triumphum] coronavit per tantum ac talem et gloriosum triumphum P^1.

23. 1 et virtus] virtus P^1 2 gloria] et *add.* P^1.

VI[a]

[Saturnini]

1 **P**assio sancti ac beatissimi martyris Saturnini ępiscopi, qui passus est in civitate Tolosa; die III kalendas decembres. Deo gratias.

2 **S**i eorum virorum beatissimas passiones debita admiratione | [35b veneramur, quos *procul a sedibus nostris, non tantum remotarum inmensitate terrarum, quam etiam marinorum quoque fluctuum interpositione *discretos, famę deferentis officio, et audivimus, et credimus felici martyrio consecratos, atque illos dies, quibus in Dominici nominis confessione luctantes beatoque obitu regnis cęlestibus renascentes, eiusdem Domini, cuius in decertatione viribus adiuvantur post victoriam munere coronantur, vigiliis, hymnis ac sacramentis etiam sollemnibus honoramus, ut eorum patrocinia atque suffragia in conspectu Domini orando queramus, honorando etiam mereamur; qua sanctum diem istum sollemnitate venerabimus, quibus gaudiis excolemus, in quo vir sanctus Saturninus, Tolosanę civitatis ępiscopus et martyr, in eadem civitate *geminatam coronam, Deo teste, promeruit, et de sacerdotii dignitate, et | de honore martyrii, ut quem iam | [35c venerabilem vitam fecerat, etiam passio coronaret, interitu consecraret.

3 **T**empore illo, quo, post corporeum Salvatoris adventum, exortus est in tenebris sol ipse iustitię, et splendor fidei inluminare occidentalem plagam cęperat, quia *sensim atque gradatim in omnem terram evangeliorum sonitus exivit, tardoque *processu in regionibus nostris apostolorum prędicatio *coruscavit; quum rare in aliquibus civitatibus ęclesię paucorum christianorum devotione consurgerent, et *crebra miserabili errore gentilium *nidoribus fetidis in omnibus locis templa fumarent: ante annos satis plurimos, id est, sub Decio et Grato consulibus, sicut fideli relatione retinetur, primum et sumum Christi servum Tolosana[a] civitas sanctum Saturninum habere cęperat sacerdotem. Cuius fide atque virtute eorum, qui in urbem eadem colebantur, | cęperunt dęmonum vaticinia cessare, *co- | [35d menta nudari, artes *detegi, omnisque illorum apud gentiles fallacia, omnisque potentia, christianorum fide crescente, decrescere. Quumque supradicto ępiscopo ad ęclesiam, id temporis parvulam, iuxta *Capitolium, quod inter domum suam et domum Dei esset medium, frequens itus erat ac redi-

[a] Tholosana *cod.*

tus; sancti viri presentiam sustinere fallax dęmonum turba non potuit: et ut erant muta simulacra nudis adumbrata fantasiis, ad sacrilega obsequia et solita consulentium vota cęperunt in silentio permanere.

4 Cunctique sacrilege supprestitionis antestites tante rei novitate permoti, inter se invicem quererent, unde in numina sua repente venisset tantis temporibus inusitata taciturnitas: quisnam ita semper garrula ora clausisset, ut nec invocantium precibus excitata, nec fuso taurorum cruore, | [36a et tantis hostiis delinita, aliquod consulentibus adferre responsum aut irata, aut absentia denegarent: audiunt a nescio a quoddam nostrę religionis inimico, novam, nescio quam insurrexisse ętatem, sectam, supprestitio gentilitatis inimicam, quę christiana appellaretur, et in deorum suorum excidium niteretur. Huius etiam fidei esse ępiscopum sanctum Saturninum, cuius crebro iuxta *Capitolium transitu, a conspectu viri huius exterrita deorum suorum ora siluissent, nec facile posse reserari, nisi ępiscopum illum mors matura subtraheret.

5 O infelix error, et cęca dementia! Audiunt diis suis hominem esse terrori; et a *delubriis atque a sedibus suis dęmones ad transitum ipsius expelli non solum audiunt, sed etiam intellegunt. Et hunc virum, adoratis sibi idolis etiam sine promissa interminationem terribilem, interficere, potius quam honorare definiunt, | miseri, non considerantes, quod | [36b nullum magis quam illum colere deberent, cuius servus suis numinibus imperasset. Quid enim tam stultius[b], quam timere metuentes, et illum, qui dominatur dominantibus, non timere?

6 Inter hęc ergo conquerentium et stupentium studia, quum paulatim magna fuisset multitudo hominum congregata, et omnes studiosius vellent, parato ad victimam tauro, certi aliquid de his, quę dicebantur agnoscerent, et diis[c] suis litatione tam ingentis hostię vellent doceri, quę cupiebant, vel provocare: esse ipsum sanctum Saturninum, ad officium sollemne venientem, unus ex illa malignantium turba ęminus venientem ag[n]oscit, et dicit: *En ipsum, en adversarium cultibus nostris, religione *signiferum, qui dextruenda prędicat templa, qui deos nostros dęmonum appellatione condemnat, cuius postremo presentia consueta nos prohibet | obtinere responsa. Itaque quia ipsum nobis *oportuno in tempore | [36c debitus ipsius finis exhibuit, nostram pariter, deorum nostrorum vindicemus iniuriam; quod iam nunc conpellentibus nobis, aut sacrificando placeat, aut moriendo lętificet.

7 Ad tam sacrilege vocis inpulsum, omnis sanctum virum insanientium turba circumdat, ac presbytero uno et duobus diaconibus, qui obsequiis eius adherere videbantur, per fugam labsis, ad Capitolium solus adtrahitur; et quum imolare dęmonibus cogeretur, clara voce testatur: Unum et verum Deum novi; huic laudes et hostias imolabo. Deos vero vestros dęmones scio, quos *incassum non tam hostiis pecodum, quam

---

[b] stultitius *prima manus.*
[c] diis] de *antep. sed delev.*

animarum vestrarum mortibus honoratis. Quomodo vultis, ut ego eos timeam, a quibus [d], ut audio, dicitis me timeri?

8 Ad hanc sancti ępiscopi vocem, omnis ille sacrilege multitudinis tumultus | *incanduit. tauroque illo, qui victime fuerat pręparatus, | [36d fune lateribus circumacto, et postergo dimisso, ad ministerium suę crudelitatis utuntur. Postrema enim parte funis eius, quę ad posteriora tauri ipsius defluebat, sancti viri pedes inligant, actumque stimulis acrioribus taurum de superiori Capitolium parte in planis pręcipitant. Nec mora: inter primos descensus ipsius grados, capite conliso. cerebroque excusso, et corpore omni membrorum parte lacerato, dignam Deo animam Christus excepit; ut quam, pro nomine suo fideliter dimicantem, suppliciis furor gentilis *extorserat, suis post victoriam *laureis coronaret.

9 Examinę tamen corpus, neque *obnoxium iam ullius iniurię, usque ad eum locum, tauro furente, perductus est, ubi fune disrupto, tumulariam eo tempore meruit sepulturam. | Nam id temporis christianis ipsis, | [37a propter furorem gentilium, sancti viri corpus humare [me]tuentibus, duę tantum mulierculę, sexus infirmitatem fidei virtute vincentes, et viris omnibus fortiores, et sui sacerdotis exemplo, credo. ad tolerantiam passionis *animatę, benedicti viri corpus ligneo feretro inmersu, quam maxime in profundo loco. altis scrobibus condiderunt: ut venerandas sibi sanctas reliquias non tam sepelire, quam abscondere viderentur.

10 Dominus autem suscepit martyrem suum in pace: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

VII[a]

[Andreae]

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio] II[a].	3 [Lectio] IIII[a].	5 [Lectio] VI[a].
2 [Lectio] III[a].	4 [Lectio] V[a].	6 [Lectio] VIII[a].

1 Passio sancti ac beatissimi Andre apostoli et martyris Christi, qui passus est in civitate Patras sub Egea proconsule; die pridie kalendas decembres. Deo gratias.

2 | Passionem sancti Andre apostoli, quam oculis nostris vidi- | [37b mus omnes presbyteres et diacones ęclesiarum Achaie, scribimus universis ęclesiis, quę sunt in oriente et occidente, et in meridiano et in septemtrione

[d] quibus *corr. ex* quovis.

in Christi nomine constitutis: pax vobis et universis, qui credunt unum Deum in Trinitate perfectum: verum Patrem ingenitum, verum Filium unigenitum, verum Spiritum Sanctum procedentem ex Patre in Filio permanente, ut ostendatur unus Spiritus Sanctus esse in Patre et Filio, et hoc esse unigenitum Filium, quod est ille, qui genuit. [1] Hanc fidem *didicimus a sancto Andre apostolo Domini nostri Iesu Christi, cuius passionem, quam coram positi vidimus, prout possumus explicamus.

3 Proconsul itaque Egeas, | Patras civita<tem ingress>us, | [37c cępit conpel<lere credentes in> Christo ad sacrifici<a idolorum.> [2] Cui occurrens <sanctus Andreas, dixit:> Oportebat, ut <te, qui iudex> esse hominum merui<sti, iud>icem tuum, qui est in cęlo, cog<no>sceres, et cognitum coleres, et colendo eum, qui verus Deus est, ab his, qui veri dii non sunt, animum revocares. Cui Egeas dixit: Tu es Andreas, qui dextruis templa deorum, et suadis hominibus ad *supprestitiosam sectam, quam *nuper *detectam romani principes exterminari iusserunt? [3] Andreas sanctus respondit: Romani principes nondum cognoverunt hoc, quod, pro salute hominum veniens Dei Filius, docuerit; ista idola, non solum deos non esse, sed esse dęmonia pessima et inimica humano generi, quę hoc doceant homines, unde offendatur Deus, ut dum *offensus fuerit, avertatur et non exaudiat; ut quum aversus fuerit, et non exaudierit, | habeantur diabolo | [37d ipsi captivi, et tamdiu eos deludat, quamdiu de corpore exeant rei et nudi, nicil secum preter peccata portantes. [4] Cui Egeas dixit: Ista, supprestitiosa et vana verba; Iesus vester, dum prędicaret, iudęi illum crucis *patibulo adfixerunt. Andreas sanctus respondit: O, si velis scire *mysterium crucis, quam rationabili caritate auctor humani generis pro restauratione nostra hoc crucis patibulum non invitus, sed *sponte, susceperit!

4 Egeas dixit: Quum traditus asseratur a suo discipulo, et a iudęis temtus, et pręsidi adductus, et ad petitionem iudęorum a militibus [presidis] crucifixus, quomodo tu dicis eum spontaneum crucis subisse *patibulum? Andreas sanctus respondit: Ideo ego eum dico spontaneum, quoniam simul cum ipso fui, quum a suo discipulo traderetur, [5] et antequam traderetur, dixit nobis quod tradendus | esset, et cricifigendus pro | [38a salute hominum, et die tertia resurrecturum se prędixit. Cui quum frater meus diceret Petrus: Propitius tibi esto, Domine; non fiat istut, indignatus, sic ait Petro: Vade retro a me, Satanas, quia [non] sapis ea, quę sunt Dei. Et, ut plenius nos instrueret, quoniam sponte passionem pro nobis susciperet, dicebat nobis: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum adsummendi eam. Ad ultimum, dum cenaret nobiscum, et diceret: Unus vestrum me traditurus est, et ad istam vocem omnes contristaremur, ne suspensos cogitatio trucidaret, ait: Cui dedero panis fragmentum de manu mea, ipse est. Et quum dedisset uni ex condiscipulis nostris, et futura quasi iam prętérita narraret, docuit se volumtate fuisse traditum, quum nec traditorem fugiendo deseruit, et in locum in quo illum sciebat venturum esse permansit.

5 Egeas dixit: | Miror te prudentem virum istum velle sectari, | [38b

quem quo *pacto, aut sponte, aut invitum cruci tamen confiteris adfixum. [6] Andreas sanctus respondit: Hoc est, quod etiam me dixisse iam retines: magnum est mysterium crucis, quod, si forte volueris audire, retexam [a]. Egeas dixit: Mysterium non potest dici, sed supplicium. Andreas sanctus respondit: Ipsum supplicium mysterium restaurationis humane, si patienter audias, conprobabis. Egeas dixit: Ego quidem patienter te audiam; sed tu, si me obtemperanter non audias, ipsum crucis mysterium in te ipso retorqueam. Andreas sanctus respondit: Ego, si crucis patibulum expavescerem, crucis gloriam non prędicarem. Egeas dixit: Insanus sermo tuus prędicat gloriam supplicii, quia per audaciam, pęnam non times mortis. Andreas sanctus respondit: Non per audaciam, sed per fidem pęnam non timeo mortis: mors enim iustorum pretiosa est; mors vero peccatorum pessima. | Et ideo audire te volo crucis mysterium, ut agnitum, forsitan cre- | [38c das: et credens, ad restaurationem tuę animę cum quo pacto pertingas.

6 Egeas dixit: Restauratur hoc, quod perisse docetur: numquid anima mea periit, ut ad eius me restaurationem venire, per fidem nescio quam tu asseris? Andreas sanctus respondit: Hoc est, quod te dicere desiderabam, ut, dum perditas animas omnium hominum docuero, iuxta restaurationem earum, per crucis mysterium pandam. Primus enim homo per lignum *prevaricationis mortem induxit, et necessarium hoc erat generi humano, ut per lignum passionis mundo mors, quę ingressa fuerat, pelleretur; et quoniam de inmaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum prevaricationis mundo mortem intulerat, necessario fuit de inmaculata virgine natus Christus perfectus homo, qui est Dei Filius, | qui primum | [38d hominem fecerat, vitam ęternam, quam perdiderant omnes ⌈per Adam⌉, reppararet, ac de ligno crucis lignum concupiscentię *excluderet, panderet in cruce inmaculatas manus pro manibus incontinenter extensis: pro suavi cibo arboris vetite, ęscam fellis acciperet, et in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis inmortalitatem inferret.

7 Egeas dixit: Ista verba illis narrare debes, qui tibi credunt; mici autem nisi hoc consentias, ut sacrificium diis omnipotentibus offeras, in ipsa cruce, quam laudas, fustigatum te affigi precipiam. Andreas sanctus respondit: Omnipotenti Deo, qui unus et verus est Deus, ego omni die sacrifico non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum sanguinem; sed inmaculatum agnum quotidie in altare crucis sacrifico, | cuius carnes postea quam omnis populus credentium manducaverit, | [39a et eius sanguinem biberit, agnus, qui sacrificatus est, integer perseverat et vivus, et quum vere sacrificatus sit, et vere carnes eius manducatę sint a populo, et vere sanguis eius sit austus, tamen, ut dixi, integer permanet et inmaculatus et vivus. Egeas dixit: Quomodo potest hoc fieri? Andreas sanctus respondit: Si vis discere, quomodo potest hoc fieri, adsumme formam discipuli, ut possis doceri, quod queris. Egeas dixit: Ego a te tormentis *exigam huius rei notitiam. Andreas sanctus respondit: Miror te

---

[a] retexam *corr. ex* retextam.

hominem prudentem, tam stulte loquutum: ergo tu tormentis me putas tibi divina pandere sacrificia? Audisti mysterium crucis, audisti mysterium sacrificii: si credideris Christum Filium Dei vivi, qui crucifixus est a iudęis, verum Deum esse. | pandam tibi, quo ordine occisus vivat agnus, | [39b qui quum sacrificatus fuerit et comestus, integer tamen et inmaculatus in suo regno permanet. Egeas dixit: Quum sit occisus, et ab omni populo, ut asseris, devoratus, quomodo integer perseverat et vivus? Andreas sanctus respondit: Si credideris ex toto corde tuo, *discere poteris: si non credideris, penitus numquam tu ad *indaginem huius veritatis adtinges.

8 Tunc iratus Egeas iussit eum in carcerem trudi, ubi, quum esset clausus, venit ad eum multitudo pene totius provincię, ita ut Egeam vellent occidere, et Andream apostolum, fractis ianuis carceris, liberare. Quos sanctus Andreas his verbis admonuit, dicens: Nolite quietem Domini nostri Iesu Christi in sedictionem diabolicam excitare; nam traditus Dominus omnem patientiam prebuit, non contendit, neque clamavit, neque in plateis aliquis eum clamantem audivit; habete ergo silentium, | quietem et | [39c pacem, et non solum meum martyrium nolite impedire, verum etiam vos ipsos, quasi adletas Domini, prępare, ut vincatis minas intrepido animo, plagas autem per tolerantiam corporis superetis. Si enim terror iste timendus est, ille est utique metuendus, qui finem *nescit; nam humanus timor fumo similis est, et subito, quum excitatus fuerit, evanescit: et si dolores timendi sunt, illi sunt utique formidandi, qui sic incipiunt, ut numquam finiantur. Isti enim dolores aut leves sunt et tolerantur, aut graves sunt et cito animam eiciunt; illi autem dolores ęterni sunt, ubi est quotidianus fletus et mugitus et luctus, et sine fine cruciatus, ad quem Egeas proconsul ire non timet. Estote ergo magis parati ad hoc, ut per tribulationes temporales ad ęterna gaudia pertingatis, ubi semper lętemini, semper floreatis, | semperque cum Christo regnetis. | [39d

9 Hęc et his similia sancto Andre apostolo per totam noctem populum admonentem, dum lux diei in matutino prorumperet, misit Egeas, et adduxit ad se sanctum Andream, ac sedens pro tribunali, dixit: Existimavi te nocturna cogitatione revocare animum tuum ab stultitia, et a Christi tui laude cessare, ut possis nobiscum non amittere gaudia vitę; stultum est enim ultro velle ad passionem crucis ire, et ignibus et flamis te ipsum pessimis destinare. Andreas sanctus respondit: Gaudia tecum habere potero, si, credens Christo, amittas culturas idolorum. Christus enim me misit ad istam provinciam, in qua non parvum populum ei adquisivi. Egeas dixit: Ideo te sacrificare conpello, ut isti, qui per te decepti sunt, populi relinquant vanitatem tuę doctrinę, et ipsi diis | offerant grata libamina; nulla | [40a enim remansit in Achaia[b] civitas, in qua non templa deorum derelicta sunt et deserta. Nunc ergo per te restauretur cultura deorum, ut et dii, qui contra te irati sunt, placari possint, et in nostram possis amicitiam permanere; quod si nolueris, diversa pro defensione deorum patieris sup-

---

[b] Acaya *cod*

plicia, et post omnia, crucis, quam laudasti, patibulum, suspensus deficies. Andreas sanctus respondit: Audi, filius mortis, et *stipula ęterni parata incendii: audi me servum Dei, et apostolum Iesu Christi. Nunc usque mitius tecum egi *censura fidei, ut rationis capax, et veritatis defensor effectus, idola vana contemneres, et Dominum, qui in cęlis est, adorares. Sed quia in *inpudentia tua perdurans, me putas minas tuas posse formidare, quicquid tibi videtur, in | supplicis magis excogita: tanto enim meo | [40b regi ero acceptus, quanto pro eius nomine fuero permanens in tormenta confessor.

10 Tunc Egeas iussit eum flagellis cedi extensum; quique, quum *septem terniones transissent, elevatus est, atque adductus ante eum. Cui Egeas dixit: Audi me, Andrea, et ab effusione tui sanguinis consilium revoca; quod si non feceris, crucis te faciam interire patibulum. Andreas sanctus respondit: Ego crucis Christi servus sum, crucis *tropheum obtare *potius debeo, quam timere; tibi autem cruciatus ęternus, qui [debetur], poteris *evadere, si postquam probaveris perseverantiam meam, vel sic crediderís Christo: ego enim de tuo interitu timeo, non de mea passione conturbor. Passio enim mea, aut unius diei spatium occupat, aut duorum multum. Tuus autem cruciatus, nec per milia annorum potest pervenire ad finem. | Unde desine iam miserias tuas augmentare, et ignem tibi tu ipse | [40c ęternum accendere noli.

11 Tunc indignatus Egeas cruci eum adfigi pręcepit, mandans hoc questionariis: ut ligatis pedibus et manibus quasi in eculeo tenderetur, ne clavis adfixus cito deficeret, sed cruciaretur potius longo cruciatu. Quumque eum carnifices ducerent, concursus factus est populorum clamantium et dicentium: Iustus homo et amicus Dei, quid male fecit, ut ducatur ad crucem? Andreas vero sanctus rogabat populum ut non impedirent passioni eius: gaudens enim et exultans ibat, et a doctrina non cessabat. Quumque pervenisset ad locum ubi crux parata erat, videns eam a longe, exclamavit voce magna, dicens: *Salve, crux, quę in corpore Christi dedicata es, et ex membrorum eius margaritis ornata; | antequam te ascenderet | [40d Deus, timorem terrenum habuisti, modo vero amorem cęlestem obtinens, pro voto susciperis. Sciris enim a credentibus quanta intra te gaudia habeas, quanta munera pręparata! Securus ego et gaudens, venio ad te, ita ut tu exultans suscipias me, discipulum eius, qui pependit in te, quia amator tuus semper fui, et desideravi amplectere te. O bona crux, quę decorem et pulchritudinem de membris Domini suscepisti; diu desiderata, sollicite amata, et sine intermissione quesita, et aliquando iam concupiscenti animo pręparata: accipe me ab hominibus, et redde me magistro meo, ut per te recipiat me ille, qui pependit in te, qui per te redemit me.

12 Et hęc dicens, expoliavit se, et vestimenta sua tradidit carnificibus, qui accedentes levaverunt eum in cruce, | et extendentes funi- | [41a bus, totum corpus eius, sicut iussum fuerat eis, suspenderunt. Adstantes vero turbe fere ad viginti milia hominum, inter quos erat frater Egee, nomine Stratocles, simul clamabat cum populo: Iniusto iudicio sanctum

virum hoc pati. Sanctus vero Andreas confortabat mentes credentium Christo; hortabatur tolerantiam temporalem, docens nicil esse dignum passionis ad remunerationis conpensationem ęternam.

13 Interea vadit omnis populus cum clamore ad domum Egee, et omnes pariter clamabant, dicentes: Virum sanctum, *pudicum, ornatum moribus, bonum doctorem, pium, modestum, rationabilem, non debere hoc pati, sed debere deponi de cruce, quia iam secunda die, in cruce positus, veritatem prędicare non cessat. Tunc Egeas, pavescens populum, promittens se eum deponere, simul cępit ire cum populo. Quem videns | [41b sanctus Andreas, dixit: Quid tu ad nos venis Egeas? Si vis credere Christo, sicut promisi tibi. aperietur tibi via indulgentię; si autem venisti ad hoc tantum, ut me solvas, ego penitus hinc de ista cruce, vivens in corpore, deponi non potero. Iam enim regem meum video, iam adoro, et in eius conspectu consisto, et tuis miseriis doleo, quia paratus te expectat ęternus interitus. Curre pro te, miser, dum adhuc potes; ne tunc incipias velle, quum iam non poteris.

14 Mittentes autem manus ad crucem carnifices, non poterant penitus contingere eum; et subinde alii atque alii, ingerentes se, ut solverent eum, nullus poterat pertingere ad eum: *stupebant enim brachia eorum, quicumque se extendisset ad exsolvendum eum. Tunc sanctus Andreas voce magna dixit: Domine Iesu Christe, magister bone, iube me de ista cruce non deponi, nisi ante spiritum meum susceperis. Et quum hęc dixisset, | videntibus cunctis, splendor nimius sicut fulgur de cęlo ve- | [41c niens, ita circumdedit eum, ut penitus pręipso splendore, oculi eum non possent humani aspicere. Quumque permansisset splendor fere dimidie hore spatio, abscedente lumine, emisit spiritum, simul cum ipso lumine pergens ad Dominum. Cui est gloria in secula seculorum. Amen.

15 Egeas vero, arreptus a dęmonio, antequam perveniret ad domum suam, in via, in conspectu hominum vexatus, expiravit. Frater vero eius, tenens corpus sancti Andre, evasit. Tantus autem timor invasit universos, ut nullus remaneret, qui non crederet salvatori nostro Domino Iesu Christo, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.

16 Ipsi gloria et imperium una cum Patre et Sancto Spiritu in secula seculorum. Amen.

VIII[a]

[LEOCADIAE]

| = L 41d-43a; || = P^1 23c-24d.

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] I[a]. [2] [Lectio] II[a]. [3] [Lectio] III[a]. [4] [Lectio] V[a]. [5] [Lectio] VI[a]. [6] [Lectio] VII[a]. [7] [Lectio] VIII[a].

1 | **C**onfessio sancte ac beatissime Leocadię virginis, | [41d
que obiit Toleto in civitate sub Datiano pręside; die v idus de-
3 cembres. Deo gratias.

2 [1] **I**n temporibus illis, dum, post corporeum salvatoris ad-
ventum, et, pro redemtione nostra, || sanguinis eius effu- || [23d
3 sionem, ad inferos descensionem, a mortuis resurrectionem et in
cęlis ascensionem, evangelica eruditio *sensim, atque *gradatim,
apostolorum doctrina in omnem terram refulsisset; sera tandem
6 Spanię finibus innotuit, eratque rara fides, et ideo magna quia
rara. [2] Delubra vero gentilium in omni loco *sacrilega effusione
sanguinum, taurorum, hircorumque fumabant. Et quia nonnulle
9 civitates, *oppida, vicus, castella, sine *fanorum monstruosorum-
que imaginibus | ex auro argentove et omni metallo erant, | [42a
colebantur preterea in *effigies dęmones; et fides in Christo, *pul-
12 lulans inter tantas rabies paganorum, *palpitabat. *Conventicula
vero nominis Christi secretissimis et *abditissimis locis a paucis
et perfectis ingrediebantur peragenda; et quantum crescebat Chri-
15 sti nominis dignitas, tantum deficiebat *execranda calamitas. Ita
provenit, ut in nonnullas urbes perfecte fidei flagrarent incendia,
ut iam non per *latebras || *occulendo, sed publice Eclesię || [24a
18 sacerdotibus et omni prępollerent clero.

---

2. 2 pro] post *L* 7 loco *om. P*[1] effusi[o]ne *L*
8 fumabat *P*[1] 11-12 pollulans *P*[1] 13-14 a paucis et perfectis] a paucis et perfectis[simis] *L; om. P*[1] 14 peragendam *P*[1]
17 ut] hoc *add. P*[1].

3 Quę fama non solum totam Italiam, sed et Bizantium peragravit. Quę causa fuit, ut impiissimum Datianum pręsidem impi-
3 issimi Diocletianus et Maximianus imperatores, ad evertendam magis quam ad gubernandam, destinarent Spaniam. [3] Primum namque Galliam, ut lupus cruentus, intravit; ibique exsatiatus
6 sanguine | martyrum ac cadavera crapulatus, *ructans, | [42b Spaniam adgressus est: Felicem, Cucufatem, Eulaliam et alios, quorum nomina longum est scribere, gravissimis tormentis affi-
9 ciens, Deo animas consecravit *innocuas. Ac post inde, felicissimam Cęsaraugustam, quasi leo frendens, arripuit. Quanta in ibidem ludibria, quantaque verbera, quot cruces, quotque effusiones
12 sanguinum in ea operatus fuerit, si humana lingua taceat, ipsa, quę polluta est christianorum sanguinibus, terra loqueretur: eo quod nullus exceptus fuerit qui bustuali situ non teneat || [24b
15 *redivivos ac florentissimos cineres martyrum locus. [4] Inde alacri profectu Complutensem ingreditur civitatem; protinus pro cruore lac, truncatis corporibus, fundens, geminas margaritas in diade-
18 mate nostri regis adfigendas, et innocentię dignitate, velut auro conspicuas, Iustum et Pastorem a terra ad cęlos per feralem impietatem pius Dominus suscepit.

4 | Deinde, adveniens Toletanam urbem, ingressus, | [42c cępit sagaci *indagine perquirere membra sanctorum: ibique rep-
3 erit Deo dicatam sanctam Leocadiam, genere nobilissimam, nobiliori tamen proposito mentis ornatam, quę non diebus, non noctibus pervigili cura ab oratione cessabat. Qui, quum eam pre-
6 sentari suis conspectibus pręcepisset, ita *affatus est: [5] Quur te tam levis et vana deludit *circumventio, ut de tam pręclaro genere nata, derelinquens cerimonias deorum nostrorum, nescio cui Chri-

---

3. 1 non solum] nonsul *P*[1] Ytaliam *P*[1] Vizantium *L* 2 fuit] fecit *L* 3 evertenda *L* 6 sanguinem *P*[1] ac cadavera] acadavera *L*; cadavera *P*[1] 7 Eolaliam *P*[1] 7-8 alios, quorum] alios sanctorum, corum *P*[1] 10 Cesaragustam *P*[1] 10-11 in ibidem] ibi *P*[1] 11 quod... quodque *P*[1] 12 in ea *om. P*[1] 13 loquetur *P*[1] 14 exeptus *P*[1] qui bustuali situ *Cod. Smaragd. Bibl. Nac Matrit 13015 fol. 80r*; quibus tali situ *L*; quibus tuali situ *P*[1] 16 Conplutensem *P*[1] 17 gemnas *L corr. ex* geminas 19 ad cęlos] çelo *P*[1].

4. 3 nobilissima *L* 3-4 nobiliori tamen proposito] nobiliorem tamen propositam *P*[1] 5 quum eam] cum ea *P*[1] 8 nata, derelinquens] nota, derelinqueres *P*[1] 10 [ad hęc] *P*[1] preposito *P*[1]

9 sto te proferas serviturام? Cui beata Leocadia cum grandi audacia ita ad hęc respondit: Non me tua suasio a *proposito Christi, || cui me integram vovi, revocat; non inlusio verborum || [24c
12 tuorum, nec blandimenta natalium, quibus me suadere conaris, retrahent a servitute, vel promissione Domini mei Iesu Christi, qui nos, pretioso sanguine suo redimens, magnam induit liber-
15 tatem. | [6] Fremens itaque, Datianus pręcepit militibus, ar- | [42d tissimis vinculis beatam Leocadiam conligatam in carcerem trudi, cogitans qualibus pęnis vel tormentis eam affligeret.

5 Properans itaque Elboram, ingressus, officium omne prę-
monet, ut indagine percurrente, christianos quoscumque invenis-
3 sent, eius tribunali pręsentarent. Statimque, reppertum adulescentem quendam nomine Vincentium, cuius meritum nomini comitabatur suo, conprehensum, eius conspectibus sistunt; [7] quem
6 cum Sabina et Christete, eius sororibus, in Abelensem urbem persequens, digna Christo munera dedicavit. Profectusque ab Elbora, Emeretensem ingreditur civitatem; ilico tribunal sibi
9 abtari pręcepit, multosque, sanctorum crudeliter sanguine fuso, || transmisit ad Dominum. Inter quos sanctam Eulaliam, || [24d multis cruciatibus multisque verberibus afflictam, igne | [43a
12 adplicito, Domino consecravit.

6 Quumque in Toletanam urbem ad beatam Leocadiam per-
currisset fama, genibus in oratione positis, in eodem, quo retrusa
3 tenebatur confessionis loco, conpleta oratione, suum Domino comendavit spiritum.

7 Qui martyres et confessores suos coronavit in pace: cui est honor et gloria et potestas in secula seculorum. Amen.

---

11 inlusione P^1 13 retrahet P^1 mei] nostri P^1 14 suo sanguine P^1 magna P^1 16 in *om.* P^1 17 pęnis... affligeret] tormentis vel penis eam posset affligere P^1.

5. 1 officium] cępit *antep. sed delev.* L 5 conprehensum] eum *add.* P^1 6 cum Sabina et Christete] cum Sabinę et Christete L; cum Sabina et Christetem P^1 7 munera dedicavit] munere consecravit P^1 10 Eolaliam L 11-12 igne adplicito] ignem adplicato P^1.

6. 3-4 commendavit P^1.

7. 1-2 cui... Amen] ipsi honor et gloria, virtus et imperium in secula seculorum. Amen P^1.

VIIII[a]

[Eulaliae emeriten.]

| = L 43a-48b; || = P[1] 24d-29c.

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] II[a]. [3] [Lectio] IIII<[a]>. [5] [Lectio] VI[a].
[2] [Lectio] III[a]. [4] [Lectio] V[a]. [6] Finit.

1 Passio sanctę ac beatissimę Eulalie virginis et martyris
Christi, quę passa est Emerita in civitate sub Calpurniano *prę-
3 side; die IIII idus decembres. Deo <gratias>.

2 <I>nnumerus populus et infinita est multitudo, quę pro
Christi nomine crudelissimam mortem | ęternę vitę *con- | [43b
3 pendiis gestientes, animo sunt robustiore *congressi. Inter quos
beatissima martyr Eulalia, de victorię felicitate in Christo confi-
dens, secura summum || *triumphi apicem martyrii certa- || [25a
6 men *adgrediens, *palmam dignam promeruit: quę nullis blandi-
mentis *inducta, nullis suasionibus provocata, antiquum veterato-
rem cum suis artibus gloriosa calcavit.

3 [1] Hęc ergo virgo beatissima, sanctimonialis puella, Deo
timorata atque matrimonialiter ędocta, annorum circiter tredecim,
3 mente et corpore casta, *religione *pudica, castitate firma, doce-
batur a Donato quodam presbytero ab ipsius *rudimentis infantię
ut fateretur Christum amplius quam negaret, et indivisam Trini-
6 tatem, quę Deus est, mentis integritate confiteretur: nicilque aliut
interioris hominis *officio peragebat, nisi ut Domino omnipotenti,
cui tota fuerat devotione subiecta, intrepidi cordis instantia deser-
9 viret. | [2] Quę martyr, dum adulescentię annos fuisset in- | [43c
gressa, maiori credulitatis cultu, robustior fidem, quam sancta

---

2. 5 sumum *L* 6 digna *P[1]* 7 indu⌈c⌉ta *L* provocita *L* anticum *P[1]*.
3. 1 Deo] a *antep. L* 4 quoddam *P[1]* 6 aliut] ut *add. P[1]* 8 intrepido *corr. P[1]* 10 crudelitates *corr. P[1]* fidem, quam]

devotione conceperat, animo fortiori servabat: voverat enim ani-
12 mam suam Deo, eamque pro Christo ponere contendebat, || [25b
a quo desideranti, palmam martyrii inventuram se felicius con-
gaudebat. [3] *Papas namque ipsius erat nomine Liberius: hunc
15 beata Eulalia habebat patrem.

4 Igitur quum ab sceleratissimo Calpurniano christianis
persequutio fuisset inposita, et passionis dies supervenisset, *fur-
3 tuitu Eulalia beatissima, cives et *incola provincię Lusitanię,
quum paulo longius ab urbe, miliario tricesimo fere et octavo
ultra Emeritam villa est nomine Promtiano in finibus provincię
6 Betice, dum a quodam sorore pro affectu *sanctimonię ipsius ad
supra|dictam possessionem suam fuisset evocata, et ibidem | [43d
in sanctis Dei laudibus cum confessore Felice et cęteris Deum
9 timentibus castissime moraretur, malum fama non tacuit, quod
Emeretensium urbem hostis cruentus intrasset. [4] Et nuntiatum est
beatę Eulalie, supervenisse nuntios cum *vehiculo publico, qui eam
12 ad Emeritam deducerent, ibique iam patrem suum Liberium cum
cęteris confessoribus in carcere esse retrusos.

5 || Q<uo cognito,> Eulalia beatis<sima, lęta,> || [25c
ad passionem *p<rosilivit, *petens> protinus civita<tem: et
3 ilico> iter arripiens, <vehiculum> iussit *abtar<i. Non illam>
congressus i<tineris, non> *patrimonii <abundantis> *eximia,
no<n carorum *huma>nitas revo<cavit.> [5] Officium virile
6 <pertentans, sic> devota ad <talem gloriam des>tinata, to<to
animo fęsti>nabat, ut, <si fieri potest, tan> longum iter in<tra
unam horam> | omnem transigeret; et ita ipsum urguebat | [44a
9 mulionem in velocitate *vehiculi, omni *animositate festinans.
Prestabat vero ei comitatum atque consortium Iulia, convirginalis
eius; et quum iter agerent, dixit ad eam beata Eulalia: Notum
12 tibi sit, domina soror, quia novissima vado, sed prior *patiar:
et sic factum est, sicut beata prędixerat Eulalia.

---

fidem, quem *L*; fide, qua P^1 12 eaque P^1 13 desiderata P^1
13-14 a quo desideranti... congaudebat] *L repet. et delev.*

4. 2 persecutio P^1 4 quum] cum P^1 5 ultram P^1
7 evocita P^1 9 famam P^1 10 cruenti[us] P^1 11 cum]
quum *L*.

5. 3 illa P^1 7 longum] longincum P^1 8 transiret P^1
10 ei *om. L* 12 patior *L* 13 predixit P^1.

6 Quum ergo colonie Emeretensium urbi adpropinquasset
sancta Eulalia, obiavit eam quidam iudęus, et dixit ei: Bene ve-
3 nisti, filia; || vade, thurifica, ut vivere possis. Cui respon- || [25d
dit beata Eulalia, et dixit: Augeat tibi Dominus annos, nam ego
pro Christo Domino meo mori desidero. Et pertransiit in velo-
6 citate vehiculi. Quam respiciens iudeus, vidit *fulgorem ei comi-
tantem velut flammam ignis; stupefactusque de tali visu, intel-
lexit quod angeli Dei iam protegebant eam: et ideo voluit Do-
9 minus miraculum hoc | iudeis ostendere, ut duritia cordis | [44b
eorum *insensata videret magnalia Christi.

7 Sed beata Eulalia fide plena, sua volumtate sponte ad
*forum pervenit. Tunc *rumor cucurrit per vicinas fori partes,
3 et facta est turba innumerabilis, ingens nimis, ita ut in domo
sua nemo remaneret. Talis enim erat fama *sanctimonię et faciei
sanctę Eulalię, ut omnes Emeretensium urbis habitatores ad ad-
6 ventum beatę convenirent Eulalię, ut in cuius amore pendebant,
vere *vernulam et provincię ipsius *senatricem atque habitatricem
viderent cum pręside dimicantem [6]. Statimque de ea nuntiatum
9 est Calpurniano || pręsidi provincię Lusitanię, qui a Ma- || [26a
ximiano imperatore et persequutore fuerat directus in persequ-
utionem christianorum: quem Calpurnianum principem, *atroci-
12 tatis et sceleris caput, beata Eulalia *conviciis lacerare non cessat.
Non illam dira vox, non cruentę manus, | non turbas as- | [44c
pectus, a proposito passione submovit: maior facta est viribus,
15 dum inimicum in suis *fascibus pręsidentem, toto *nisa est co-
natu devincere.

8 Ac sic Calpurnianum intuens, dixit: Quur ingrederis ur-
bem, inimice Dei excelsi? Quid persequeris christianos, et niteris
3 perdere virgines Dei? Dominus me docuit in veritate sua: nec
auferes a me castitatem meam, quia non seduces adulescentiam
meam. Calpurnianus pręses dixit: O infantula, antequam crescas

---

6. 2 ei *om.* P^1 3-4 Cui... dixit] Cui respondens sancta Eulalia, dixit P^1 6 Quem *L* 6-7 conmitatem P^1 7 flamma P^1 8 eam] illam P^1 9 hoc miraculum P^1.

7. 1 volumtate *om.* P^1 2 cucurrit] occurrit P^1 foris *L* 3 domum P^1 10 persecutore P^1 10-11 persecutionem P^1 13 illa P^1 14 proposito] *corr. ex* proposita P^1 15-16 co-n[a]tu P^1.

8. 4 auferens P^1 7 te *om.* P^1 11 Ista... seducat] Ista

6 florem ętatis tuę perdere queris? Eulalia beata respondit: Ego
annorum sum circiter tredecim: putas te infantiam meam tuo
posse terrore turbari? sufficit mici || hęc transitoria vita: || [26b
9 et quia terrenę vitę blandimentis non delector, alteram futuram
beatam expecto vitam, qua beatior dono divinitatis efficiar.
Calpurnianus pręses dixit: Ista vanitas misera non te seducat.
12 | Accede et sacrifica diis secundum pręceptum imperialem, | [44d
quo possis tormenta evadere et honorari atque sponsum divitem
promereri. Eulalia beata respondit: Habeo sponsum divitem,
15 inmortalem Christum, qui te tuosque perdat, et patrem tuum
diabolum, qui dicitur Satanas. Tunc iussit pręses ut in carcere
mitteretur. Prius tamen cępit eam vocare ad se, et blandis verbis
18 et deceptiosis eam persuadere volens, dicebat: Considera infan-
tiam tuam: aspice temedipsam; miserere tui: vade, thurifica, ut
vivere possis. Beata vero Eulalia, fide plena, virtute firma, usque
21 ad finem mortis opera non timens, ita respondit: Christiana sum,
non faciam.

9 Tunc Calpurnianus, turbido furore succensus, putans *pu-
dicitiam || virginis more infantię a *tergo corporis emen- || [26c
3 dari, iubet per officium | curatoris eam catomari. Quumque | [45a
catomaretur corpus eius *delicatum ac sanctum, inlate *cedis
*verbera ęquo animo sustinebat; *fidens in magna gloria Domini,
6 constanter ac fortiter maledicebat regem et cęsarem cum diis
eorum; angeli vero Domini protegebant beatam Eulaliam. Sic
enim credebat amarissimus iudex, se *exprimere posse quod que-
9 reret, si *pudicam virginem fedius verberasset. Quę beatissima,
dum his verberibus laceraretur, atque talia proclamaret, ad aures
pręsidis pervenerunt quę beata Eulalia dixerat. Ipse quoque eam
12 ad se vocari pręcepit. Et aspiciens in eam decoris et pulchritu-
dinis speciem, infantię eius quasi misericordem se proferens, dixit:
Consule tibi: accede et sacrifica, et diis imola, ac declina a mortis
15 opera. Sed beata Eulalia, dum primis verberibus lacerata | [45b

---

te vanitas misera non seducat P^1 12 imperiale P^1 21 opera] tormenta P^1.

9. 2 more] movere P^1 4 cedis] ac *add.* P^1 8 exprimere] eligere P^1 8 quod] quo P^1 9 virginis P^1 11 presidi *L* 11-12 eam... vocari] se ad eam vocare P^1 12 in *om.* P^1 14 accede et sacrifica *om.* P^1

fuisset, Calpurniano dixit: Quid tibi prodeest, || miser, || [26d
quod *honestatem meam *insana temtasti ordinatione nudari?
18 Corpus quidem meum habes in potestate: animam vero meam
in potestate habere non potes, nisi solus Deus, qui eam dedit.

10 Tunc Calpurnianus, dum videret primis verberibus suum
dispositum minime profecisse, beatę Eulalię dixit. Quę est ista,
3 rogo, constantia, quam quibusdam cognosceris te *adeptam esse
*prestigiis, et ad laudem generis tui diis despicis imolare? Sed
beata Eulalia, ex toto corde in Domino confidens, eadem pręsidi,
6 quę iam fuerat loquuta, respondens, ait: Quur me interrogas
sępius? Dixi et dico tibi: quod vis et quod dicis omnino non
facio, quia christiana sum. Et ut omnia scias, reges vestros cum
9 diis suis maledixi et maledico. Quumque hęc | pręses | [45c
audisset, et de sententia danda puellę moras faceret, Eulalia virgo
beata, perseverans in *constantiam, audaciter plena fide et libe-
12 raliter edocta, ita ut toti audirent, dixit: Calpurniane, da senten-
tiam; regibus enim tuis et diis eorum || eadem, quę dixi || [27a
sępius, repeto: et maledixi et maledico. His verbis auditis beatę
15 virginis, *exacerbatus est vehementer, et accensus Calpurnianus
furore nimio, iussit sibi sequenti die abtari tribunal in foro.

11 Tunc pręcepit ex sententia beatam virginem cruciare, et
vivam flamis cremare. Cui beata Eulalia respondit: Non timeo
3 minas tuas; potens est enim Dominus meus, qui mici in primis
verberibus tuis tolerantiam tribuit, et ab igne, quem nunc pręparas, inlęsam conservare. Calpurnianus pręses dixit: Multum me
6 comoves: et adhuc tuę misereor infantię. Eulalia beata respondit: Misereatur | mici Dominus: nam qualis est mise- | [45d
ricordia tua, maledicte? Calpurnianus pręses militibus suis dixit:
9 Date fustes de arboribus *madefactos cum stirpibus suis, et *ex-

---

9. 17 ordinatione] ordine P^1 18 potestatem *L* animam vero] anima autem P^1.

10. 1 primis] in *antep. L* 2 proficisse P^1 3 te adeptam esse] adepta fuisse *L* 4 imolari 5 confidens in Domino P^1 eandem *L* 6 locuta P^1 Cur P^1 9 suis] eorum P^1 12 edocta *om.* P^1 toti] omnes P^1 13-14 sepius dixi P^1.

11. 1 cruciari P^1 2 flammis cremari P^1 3 meus] Iesu Christus *add.* P^1 4 quem nunc] que nunc mihi P^1 6 commoves P^1 infantiam P^1 Beata Eulalia P^1 7 Dominus] Deus P^1 9 madefactis P^1 istirpibus P^1 et *om.* P^1 12 Afferte P^1

poliantes eam, nudam cedite pręcinctam. Eulalia beata dixit: Hęc
sunt minę tuę, antiquissime? nicil me noces, sed magis confortas.
12 Calpurnianus pręses dixit: || Adferte oleum, et succendite, || [27b
et candentem eius mamillas *perfundite. Eulalia sancta respondit:
Amplificavit me frigidus ignis tuus, et oleum candens non me
15 calefecit, sed calefecit me caritas Christi, quem quero videre.
Calpurnianus pręses dixit: Adferte mici *calcem vivam, et illic
eam mergite, et aquam superfundite. Eulalia beata respondit:
18 Trucidet te ignis ęternus, quemadmodum trucidare disposuisti
puellam Dei. Auxiliabitur mici Dominus, et de manibus tuis libe-
rabit me, quia non pro me sed pro ipso has patior pęnas. Calpur-
21 nianus pręses dixit: Plumbo ollam | implete, et vehementer | [46a
calefactum, ante eam adferte, et super lectum ferreum nudam
externite. Primum quidem pęnam illi ostendite, si forte conver-
24 tatur ad deos: et si sacrificare noluerit, ita eam perfundite.

12 Eulalia vero beata, quę quotidie benedicti Thyrsi pas-
sionem legebat, amplissimo magis roborata ardore, quum pęnam
3 ante se oblatam vidisset, dixit: Deus verax, veni || ad libe- || [27c
randam ancillam tuam: credo enim quod, qui benedicto Thyrso
adhuc gentili misertus es, et ad te eum convertisti, ita et me
6 convertas. Et continuo *obstipuit plumbum: manus quidem tenen-
tium ustulabat; ad beatam vero Eulaliam frigidum perveniebat.
Tunc Calpurnianus, nimio furore arreptus, suis militibus dixit:
9 Virgas adferte, et cedentes eam, fragmentum testulę exhibete, et
eius plagas confricate. Eulalia beata respondit: Miserere, Domine
Iesu Christe, ancillę tuę, et ne infirmes cor meum, sed magis
12 conforta, | quia gehennam quero evadere, et ad te perve- | [46b
nire, qui unus, trinum nomen, es, qui vitam tribuis ęternam.

13 Calpurnianus pręses dixit: Misera, consule tibi ante-
quam extermineris, et sacrifica diis. Eulalia beata respondit:
3 Sacrifica tu et omnes adsistentes tibi, diis vestris: ego autem

---

13 sancta] beata P^1 16 Afferte P^1 22 afferte P^1
23 externite] extendite P^1 si] ne P^1.
12. 1 cotidie P^1 benedicti] sancti P^1 Tirsi *codd.*
2 pena P^1 3 ante se] ante oculos suos P^1 4 quod] ut P^1
Tyrso *codd.* 5 convertis[ti] P^1 7 vero *om.* P^1 9 afferte P^1 fragmentum] fragmen P^1 10 confricate] fricate P^1
beata *om.* P^1 13 unum P^1.
13. 3 vestris] tuis P^1

sacrificabo Domino meo hostiam vivam, me oferens illi, sicut et
ille pro me oblatus est, ut nos de potestate tenebrarum || [27d
6 et de imperio diaboli liberaret. Nam dii vestri, quibus poterint
sacrificiis honorari, quos scimus vanitate *supprestitionis vestrę,
aut ęre *conflatos, aut lapidibus sculptos, aut aliis metallorum
9 generibus figuratos? Qui propterea a christianis non recipiuntur,
quia nisi a vobis habeant custodiam, se custodire non possunt.
Calpurnianus preses dixit: Si ergo deus est in quem credis, quo-
12 modo ut homo in terra passionem sustinuit? Eulalia beata res-
pondit: Suscepit quidem passionem ut homo, quia hominem | [46c
propter nos induit, et pro nostra salute servilem formam adsum-
15 sit, ut nos ad libertatem perduceret. Calpurnianus pręses dixit:
Infirmat te cogitatio tua: ego hęc non libenter audiam. Accede,
et sacrifica diis, ne forte ampliora tibi pręparentur tormenta.
18 Beata Eulalia subridens, ait: Tunc mea magis adiuvas vota,
quando mici ampliora inferes tormenta: fac quod cogitas, ut me
in omnibus in Christo facias esse victricem.

14 || Calpurnianus pręses dixit: Ego te invictam || [28a
numquam dimittam, sed gravissimis te tormentis afficiam. Eulalia
3 beata respondit: Vincere me non potes, quia vincit in me qui
pugnat pro me. Calpurnianus preses dixit: Candelas incendite
et ad genua eius ponite. Eulalia beata respondit: Ustulatum est
6 corpus meum, et fortis inventa sum; sal iube mitti, ut plenius in
Christo possit esse conditum. Tunc Calpurnianus pręses, diabolico
| furore arreptus, dixit: O carnifices, caminum succendite, | [46d
9 et illuc eam mittite donec deficiat. Succenditur ergo caminum
secundum pręceptum pręsidis; ducitur puella, et in caminum
mittitur, atque psallere in fornace cępit ac dicere: Adducentur
12 regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in lętitia
et exultatione.

---

13. 4 sacrifico P^1 5 tenebrarum] erueret *add.* P^1 6 poterit P^1 8 scluptos P^1 aliis] ab aliis P^1 12 passionem in terra P^1 14 induit *om.* P^1 14-15 adsumsit, ...libertatem *om.* P^1 16 a[u]dio P^1 18 Eolalia P^1 mea] me P^1 19 inferes] promittes inferre P^1 ut] hoc *add.* P^1.

14. 2 te *om.* P^1 3 vincit] vincet P^1 5 genuam P^1 8 arreptus] excitatus P^1 O carnifices] Utique *antcp.* P^1 9 et illuc eam mittite *om.* P^1 10 ducitur] ergo *add.* P^1 camino P^1 12 post eam] postea P^1 tibi *om.* P^1.

15 Calpurnianus igitur ante *fores deambulabat *pretorii,
quia proximus locus erat ubi fornax ardebat. Quumque sanctam
3 virginem audisset psallentem, ait suis: Heu! puto victi sumus,
et hęc virgo perdurat || in malis. Sed ne gloriari se putet, || [28b
educite eam, et *scurronem videte, et deducatur, antequam pa-
6 tiatur, decalvata et discincta per publicum, ut eius virginitas
reveletur. Quumque hęc beata Eulalia audisset, ita respondit:
Licet ignominia in terra sustineam *decalvata et discincta, ut
9 | ad deformitatem perveniam, novi enim pro quo hęc pa- | [47a
tior: ille scit quemamodum hoc a te exigat, inimice iustitię. Cal-
purnianus pręses dixit: Ergo, si times ad deformitatem venire,
12 accede et imola diis. Eulalia beata respondit: Ego iam imolo Deo
Domino meo sacrificium laudis et victimam iubilationis. Tunc
Calpurnianus, excitatus crudelissima voluptate, dixit *carnificibus
15 suis: In *ęculeo inponatur, et flammis ex utraque parte adpositis
comburatur. Quam virgo beata sententiam audiens, psallens, ita
dicebat: Probasti me, Deus, igne me examinasti, et non est in-
18 venta in me iniquitas. Et exultabat in Domino. Angelos quidem
iam videbat sibi || adsistentes, sed passionis ipsius perfec- || [28c
tionem sperabant. Tunc, pro *camo capillis suis suffrenata, ad
21 passionem ducitur.

16 Et quum ad locum passionis extra urbem pervenisset,
manibus suis vestem suam ipsa sibi exuens, | *questionariis | [47b
3 tradidit. Sane *pręcinctorium sibi tantummodo pro *pudoris as-
pectu ad *tegimen sui *femoris reservavit. Et quum in ęculeo
imponeretur, extenditur, torquitur, flagellatur: et distentis mem-
6 bris crescebat corpus ad pęnam. Sed quia Christum in victoria

---

15. 1 igitur] preses *add.* P^1 3 victi sumus] victis simus P^1 4 et *om.* P^1 6 descincta P^1 7 hac P^1 8 discincta] descincta et deformata P^1 8-9 ut ad deformitatem perveniam] ad te perveniam P^1 9-10 novi... patior] sed novi pro co hoc patior P^1 10 [a] P^1 iustitię] veritatis P^1 11 deformitatem] *corr. ex* deformetatem P^1 12 inmola P^1 beata Eulalia P^1 12-13 Ego... Domino] Ego inmolo Domino P^1 13 sacrificium] hostiam P^1 victima *L* 14 crudelissima voluptate] crudelissimam volumtatem P^1 15 inponatur] ponatur P^1 flammam P^1 15-16 appositis comburetur *P* 16 sententiam] hac sententia P^1 17-18 in me inventa P^1 19 passionem P^1 20 sperabat P^1.

16. 2 vestem suam] vestimenta sua P^1 exuens] exurens P^1 5 extenditur, torquitur *in marg. man. post.* P^1

fatebatur, nulla poterat tormenta sentire. Nec tanta suppliciorum
*atrocitate quievit ingeniosa crudelitas. Eo amplius corpus puel-
9 lę, deputatis duobus militibus, utriusque lateribus beatissimę
martyris subpositis flamarum facibus, iussit aduri, et per ignis
ambustionem maiori tormentorum genere sanctę virginis membra
12 censuit atrocitate *dissicere. Cui beata martyr Eulalia, ad actu
tormentorum *ludibriis, dixit: Quid tibi prodeest, miser Calpur-
niane, quod tuę crudelitatis *sęvitiam || in me exercere || [28d
15 voluisti? Minas et supplicia tua non pertimesco: christianam me,
et Deo devotam, *fateor. Nota tibi sit facies mea, | ut dum | [47c
ante tribunal Domini mei Iesu Christi tempore iudicii sui vene-
18 rimus, recognoscas faciem meam in illa die, et debitam pro tuis
consequaris meritis ultionem. Multi territi et *conpuncti corde,
his verbis auditis beatę martyris Eulalię, ab idolis recesserunt et
21 Domino crediderunt.

17 Post hęc ergo beata Eulalia, diversis generibus tormen-
torum macerata, pendens in cruce, super his omnibus gloriabatur,
3 commemorans se ipsam, in quibus se ab infantia sua pręparaverat.
Omnibus etiam audientibus se dicebat: Credi oportet unum et
verum Deum Patrem cęlestem; et verum Iesum Christum Filium
6 eius omnipotentem cum Spiritu Sancto adorandum et glorifican-
dum confirmabat, qui est benedictus in secula. Sicque beata Eola-
lia gloriosa, in suo agone festinans, ad Dominum quo celerius ire
9 properabat; de flamma vero ignis ex utraque || parte adpo- || [29a
sita, aperto ore suo, vim rapuit, et auxit incendium. Quo facto,
ex ore eius, in specie columbę, in conspectu | omnium, | [47d
12 sanctę martyris spiritus migravit ad cęlum, scilicet quę Christi
martyrem cęlestibus sedibus nuntiaret. O digna martyr, quę tam

---

16. 10 flammarum P^1 et] ut P^1 ignem P^1 11 virginis *om. L* 12 dis[s]cicere P^1 ad actu] *L corr. man. post. in* ada[u]cta 13 ludibria P^1 miser *om.* P^1 15 me *om.* P^1 16 devotam] votam P^1 *et add. me* 17 mei *om.* P^1 sui iudicii P^1 18 facies mea P^1 debita P^1.

17. 1 ergo] vero P^1 Eolalia P^1 2 crucem P^1 2 gloriębatur P^1 3 ipsa P^1 6-7 et glorificandum *om.* P^1 7 benedictus] Deus *add.* P^1 secula] seculorum *add.* P^1 7-8 Eolalia *om.* P^1 9 flamma vero] flammam P^1 9-10 appositis P^1 10 factum P^1 11 speciem *L* 12 spiritu P^1 quem P^1 12-13 martyrem Christi P^1 13 sedibus] velociter *add.* P^1 quę] qui P^1.

*gratissimum *expectaculum civibus prębuisti, ut prętérita vin-
15 ceres, presentia roborares, sequentia perdoceres: cuius beatum corpus integrum et inlęsum per triduum iussu prędisidis pependit in ligno.

18 Ita nequissimus credebat stultitia crudelitatis suę se posse vel defunctam vincere, quam viventem superare non potuit.
3 Sed cui humana fuerunt obsequia denegata, cęlestia per divinam largitatem adfuerunt merita concessa: nam nix desuper puellę corpus adsparsit, quę et fortitudini profuit et decori, ut crines
6 eius, quas *lictorum sanguinulenta manus fede turpaverat, || [29b adsparsa cęlestia dona, adornaret. Est omnibus notum, Eulalia beatissima etiam hic iam recepisse sui laboris mercedem, ut cor-
9 pus eius, quod ex utraque parte adpositus ignis ardoris sui incendio conflagraverat, nivali | candore coopertum, divina gra- | [48a tia dealbaret.

19 *Furtim itaque a christianis corpus eius aufertur, et cum omni reverentia sepelitur. Ad cuius sepulturam vexatici adve-
3 niunt et curantur. Mox ergo, ubi posita fuerat, Donatus et Felix, sancti, accesserunt, qui et in confessione unanimes fuerunt, et gloriosa eius vestigia per confessionis gratias erant sequuturi.
6 Cui cum alacritate et ingenti exultatione animi, beatus Felix ait: Martyrii palmam prima tu, domina, meruisti. Sed Eulalia beatissima, vultu veluti subridens, iam de victorię suę erat laude secura,
9 sed de comitatum quidem salute sollicita.

20 Cognoscite || inauditam, fratres, et admirabilem || [29c virginis passionem, quam glorię geminatam palmam provexit ad
3 regnum, ut primum hostem carnis vinceret, post adversarium fidei

---

18. 2 defuncta *L* quam] qui *L;* quem P^1 3 fuerant P^1 divina P^1 4 puella P^1 5 quę] quo P^1 6 quas] quasi P^1 fede] feda *L* 7 adsparsa] de *add.* P^1 adornarent *L* 8 beatissimam P^1 suis laboribus P^1 9 adpositus ignis] ignis appositus P^1 10 flagraverat P^1.

19. 2 sepellitur P^1 sepultura P^1 vexatici] et in carcere tenebantur *add.* P^1 2-3 adveniunt et curantur] advenientes adorabant et curabantur P^1 4 et in] in P^1 fuerant P^1 fuerunt, et] in *add. L et delev.* 5 vestigia] consequentur *add.* P^1 per... sequuturi] per confessionis [*corr. ex* confessionem] gratia consecuturi P^1 6 anime P^1 8-9 laude... comitatum] laudem securam comitum P^1.

20. 1 inaudita P^1 admirabilem..., quam] admirabile virginis passione quem P^1 2 profexit P^1

superaret: in devotione laudabilis, in confessione felicior. Sexagesimum fructum virginitatis claritate promeruit, centesimum
6 adepta est | dignitate martyrii; ut priorum merita deco- | [48b
raret, presentes armavit ad fidem, et posteris credulitatis exempla monstravit.

21 Regnante Domino nostro Iesu Christo, qui martyrem suam in pace suscepit; cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

X^a

[Stephani]

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio]II — De Lucillo episcopo a fistula liberato.
2 [Lectio] III — De Euchario presbytero primo a calculo sanato et postea a morte suscitato.
3 [Lectio] IIII — De mortuo suscitato.
4 [Lectio] V — ... Martialem ..
5 [Lectio] VI.
6 [Lectio] VIII.
7 [Lectio] VIIII — De Bassi filia suscitata.
8 [Lectio] X — De puero oleo peruncto et suscitato.
9 [Lectio] XI — De alio parvulo suscitato.
10 [Lectio] XII — Doctor ...
11 [Lectio] XIII.
12 [Lectio] XIIII — De decem germanis in tremore constitutis et salvati pristine, cum Dei gratia restitutos.

Notas litúrgicas marginales de P¹

1' Mane(?) missa dicitur(?) sancti ... ista Passio ... gracie *ad calcem*.

1 1' Lectio ęclesiastica de mirabilibus sancti Stephani martyris Christi ex libris De Civitate Dei beati Agustini ępiscopi; die VII kalendas ianuarias. Deo gratias.

2 In diebus illis, ad Aquas Stabilitanas ępiscopo adferente *Prǫiecto reliquias martyris gloriosissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magne multitudinis *concursus et occursus. Ibique ceca mulier, dum ad ępiscopum portantem duceretur, oravit; flores, quos ferebat, dedit; recepit oculos, admonuit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant prǫibat exultans, viam carpens, et viǫ ducem ulterius non requirens.

---

20. 3 regnum] Christi *add. P¹* evinceret *P¹ et add.* et
6 dignitatem *P¹*.
21. 1 nostro *om. L* 2 gloria] virtus et potestas *add. P¹*.

3 [1] Memorati memoriam martyris, | quę posita est in castello | [48c Sinitensi, quod Hippon[i]ensi [a] colonię vicinum est, eiusdem loci Lucillus ępiscopus, populo precedente atque sequente, portabat. *Fistula, cuius molestia iam diu laboraverat, et familiarissimi sui medici, qui eam secarent, operiebatur manus, illius pie sarcine vectatione repente sanata est; nam deinceps eam in suo corpore non invenit.

4 [2] Eucharius, presbyter ex Spania, Calame habitabat, veteri morbo *calculi laborabat; per memoriam supradicti martyris, quam Possidius illo advexit ępiscopus, salvus factus est. [3] Idem ipse postea, morbo alio revalescente, mortuus sic iacebat, ut ei iam pollices ligarentur; opitulatione memorati martyris, quum de memoria eius reportata esset, et super iacentis corpus missa ipsius presbyteri tunica, suscitatus est.

5 [4] Fuit ibi vir in ordine suo *primarius, nomine Martialis evo iam gravis, et multum abhorrens | a religione christiana. Habebat sane | [48d fidelem filiam et generum, eodem anno babtizatum. Qui quum eum egrotantem multis et magnis lacrimis rogaret, ut fieret christianus, prorsus abnuit, eosque a se turbida indignatione submovit. Visum est genero eius, ut iret ad memoriam sancti Stephani, et illic pro eo quantum posset oraret, ut Deus illi daret mentem bonam, qua credere non *differret in Christum. Fecit hoc ingenti gemitu et fletu, et sinceriter ardente pietatis affectu; deinde abscidens aliquid de altari florum, quod occurrit, tulit; ecce quum iam nox esset, ad caput posuit; tunc dormitatus est. Et ecce ante diluculum clamat, ut ad ępiscopum curreretur, qui mecum forte tunc erat apud Hipponem [b]. Quum ergo eum audisset absentem, venire presbyteros postulavit. Venerunt; credere se dixit, admirantibus atque gaudentibus omnibus, babtizatus est. | Hoc, quamdiu vixit, in ore habebat: Christe, accipe | [49a spiritum meum; quum hęc verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est a iudęis, ultima fuisse nesciret; quę huic quoque ultima fuerunt; nam non multo post etiam ipse defunctus est.

6 [5] Sanati sunt illic per eundem martyrem etiam podagri duo, unus cives, peregrinus unus: sed cives omni modo; peregrinus autem per revelationem, quid *adhiberet audivit; et quum hoc fecerit, dolor continuo conquiescit.

7 Audurus [c] nomen est *fundi, ubi ęclesia constituerat, et in ea memoria martyris Stephani fieret. Puerum quendam parvulum, quum in area luderet, *exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant, rota *obtriverunt, et confestim *palpitavit, expirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriam posuit, et non solum revixit, verum etiam inlęsus apparuit.

8 [6] Sanctimonialis quedam in vicina possessione, quę Aspaliana | [49b dicitur, quum egritudine laboraret, ac despiraretur, ad eandem memoriam tunica eius adlata est; quę antequam revocaretur, illa defuncta est. Hac

---

[a] Ippon[i]ensi *cod.*
[b] Ipponem *cod. passim.*
[c] Auturor *prima manus.*

tamen tunica operierunt cadaver eius parentes, et, recepto spiritu, salva facta est.

9 [7] Apud Hipponem Bassus quidam syrus ad memoriam eiusdem martyris orabat pro egrotante et pereclitante filia; eoque secum vestem eius adtulerat, quum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui [ei] etiam mortuam nuntiarent. Sed quum, orante illo, ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui quum domum redisset iam suorum eiulantibus personantem, et vestem filię, quam ferebat, super eam proiecisset, reddita est vitę.

10 [8] Rursus ibidem apud nos Irenei cuiusdam collectarii filius egritudine extinctus est. Quumque corpus iaceret exanime, atque a lugentibus et lamentantibus *exequię pararentur, | amicorum eius quidam inter | [49c aliorum consolantium verba suggessit, ut eiusdem martyris oleo perungueretur. Factum est, et revixit.

11 [9] Itemque apud nos vir tribunicius, nomine Eleusinus, super memoria martyris, quem suburbano eius est, egritudine exanimatum, posuit infantulum filium, et post orationem, quam multis cum lacrimis fudit, viventem levavit.

12 [10] Quid faciam? Urguet huius operis implenda promissio, ut non hic possim omnia comemorare, quę scio; et procul dubio plerumque nostrorum, quum hęc legerint, dolebunt me pretermisisse tam multa, quę utique mecum sciunt. Quos iam nunc, ut ignoscant, rogo, ut cogitent quam prolixi laboris sit facere, quod me hic non facere suscepti operis necessitas cogit. Si enim miracula sanitatum, ut alia taceam, ea tantummodo velim scribere, quę per hunc martyrem, id est gloriosissimum Stephanum facta sunt in colonia | Calamensi et in nostra, plurimi conficiendi sunt libri, nec | [49d tamen omnia colligi poterunt, sed tantum de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis. Id namque fieri voluimus, quum videremus antiquis similia divinarum signa virtutum etiam nostris temporibus frequentari, et ea non debere multorum notitia deperire. Nondum autem est biennium, ex quo apud Hipponem Regium cępit esse ista memoria, et multis, quod nobis notissimum est, non datis libellis de his, quę mirabiliter facta sunt, illi ipsi, qui dati sunt, ad septuaginta ferme numerum pervenerunt, quando ista conscribsi. Calama vero, ubi et ipsa memoria prius esse cępit, et crebrius dantur, inconparabili multitudine superant.

13 Uzali etiam, quę colonię Betice vicina est, multa pręclara per eundem martyrem facta cognovimus; cuius ibi memoria longe prius quam apud nos ab episcopo Evodio constituta est. | Sed libellorum dan- | [50a dorum ibi consuetudo non est, vel potius non fuit; nam fortasse nunc esse iam cępit. Quum enim nuper illic essemus, Petronia materfamilias, quę ibi mirabiliter ex magno atque diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, langore sanata est, hortati sumus, volente supradicto episcopo Lucillo, ut libellum daret, qui recitaretur in populo, et obedientissime paruit. In quo posuit etiam, quod hic reticere non possum, quamvis ad ea, quę hoc opus urguet, festinare conpellar. [11] A quodam iudęo dixit sibi

fuisse persuasum, ut anolum *capillacio vinculo insereret, quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur; qui anulus haberet sub gema lapidem in renibus inventum bovis. Hoc alligata quasi remedio ad sancti martyris limina veniebat. Sed profecta a Carthagine[d], quum in confinio fluminis Bagrade in sua possessione mansisset, | surgens, ut iter ageret, ante | [50b pedes suos illum iacentem anulum vidit, et capillaciam zonam, qua fuerat alligatus, mirata temtavit. Quam quum omnino suis nodis firmissimis, sicut fuerat, adstrictam comperisset, crepuisse atque exiluisse anulum suspicata est; qui etiam ipse, quum integerrimus fuisset inventus, futurę salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse prẹsumsit, atque illum vinculum solvens, simul cum eodem anulo proiecit in flumine.

14 Non credunt hec, qui etiam Dominum Iesum per integra virginalia matris *enixum, et ad discipulis, ostiis clausis, ingressum fuisse non credunt; sed hoc certe querant, et, si verum invenerint, illa credant. Clarissima fẹmina est, nobiliter nata, nobiliter nubta, Carthagine habitat; ampla civitas, ampla persona, rem querentes latere non sinit. Martyr certe ipse, quod inpetrante illa sanata est, in filium permanentis virginis credidit; | in | [50c eum, qui, ostiis clausis, ad discipulis ingressus est, credidit; postremo, propter quod ista omnia dicuntur a nobis, in eum, qui ascendit in cẹlum cum carne, in qua resurrexerat, credidit; et ideo per eum tanta fiunt, quia pro ista fide animam posuit. Fiunt ergo etiam nunc multa miracula, eodem Deo faciente, per quos vult, et quemadmodum vult, qui et illa, quę legimus, fecit; sed ista nec similiter innotescunt neque, ut non excidant animo, quasi clarea memorie, crebra lectione utuntur. Nam et ubi diligentia est, quę nunc apud nos esse cẹpit, ut libelli eorum, quę beneficia percipiunt, recitentur in populo, semel hoc audiunt, qui adsunt pluresque, qui non adsunt, ut nec illi, qui adfuerunt, post aliquos dies, quod audierunt mente retineant, et vix quisque repperiatur illorum, qui ei, quem non adfuisse cognoverit, indicet quod audivit.

15 | [12] Unum est apud nos factum, non maius quam ille, quę | [50d dixi, sed tam clarum atque inlustre miraculum, ut nullum arbiter esse Hipponensium[e], qui hoc non vel viderit vel didicerit, nullum, qui oblivisci ulla ratione potuerit. Decem quidem fratres, quorum septem sunt mares, tres fẹmine, de Cẹsarea Cappadocie, suorum civium non ignobiles, maledicto matris, recente patris obitu destitute, quę iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali pẹna sunt divinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum; in qua fedissima specie oculos suorum civium non ferentes, quaquaversum, cuique ire visum est, tota pene vagabantur orbe romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater et soror, Paulus et Palladia, multis aliis locis, miseria diffamante, iam cogniti. | [51a Venerunt autem [ante] Pascha ferme dies quindecim, ẹclesiam quotidie et in eam memoria gloriosissimi Stephani frequentabant, orantes, ut iam

[d] Cartagine [Cartago-inis] *cod. semper.*
[e] Ypponensium *cod.*

sibi placaretur Deus, et salutem pristinam redderet. Et illic, et quocumque ibant convertebant in se civitatis aspectum. Nonnulli, qui eos alibi viderant causamque tremoris eorum noverant, aliis, ut quisque poterant, indicabant.

16 Venit et Pascha, atque ipso die dominico mane, quum iam frequens populus presens esset, et locis sancti cancellos, ubi martyrium memoria erat, idem iuvenis orans teneretur, repente prostratus est, et dormienti simillimus iacuit, non tamen tremens, sicut etiam antea per somnum solebat. Stupentibus, qui aderant, atque aliis paventibus, aliis dolentibus, quum eum quidam vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, | sed potius exitum | [51b expectandum esse dixerunt. Et ecce surrexit, et non tremebat, quoniam sanatus erat, et stabat incolomis, intuens intuentes. Ut quis ergo se tenuit a laudibus Dei? Clamantium gratulantiumque vocibus ęclesia usquequaque conpleta est. Inde ad me cum gaudio curritur, ubi sedebam iam *processurus, inruit alter quisque post alterum, omnis posterior quasi novum, quod alius prior dixerat nuntiantes; meque gaudente, et apud me gratias agente, ingreditur etiam ipse cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum, plena erat ęclesia, personabat vocibus gaudiorum: Deo gratias, Deo laudes! nemine tacente, hinc atque inde clamantium. Salutavi populum, et rursus eadem ferventiori voce clamabant. Facto tandem silentio, Scribturarum divinarum sunt | lecta | [51c sollemnis. Ubi autem ventum est ad mei sermonis locum, dixi pauca pro tempore, et pro illius iucunditate lętitię: magis enim eos in opere divino quandam Dei eloquentiam non audire, sed considerare permisi. Nobiscum homo prandit, et diligenter nobis omnem suę fraternęque ac maternę calamitatis indicavit storiam.

17 Sequenti itaque dię post sermonem redditum, narrationis eius libellum in crastino populo recitandum promisi. Quod quum ex dominico Pasche, die tertio, fieret, in gradibus excedere, in qua de superiori loquebar loco, feci stare ambos fratres, quum eorum legeretur libellus. Intuebatur populus universus sexus utriusque; unum stantem sine deformi motu, alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipsum non viderant, qui in eo divinę misericordię factum es[se]t, in eius sorore cernebant. Videbant enim quid in illo gratulandum, quid pro illa esset orandum. Inter hęc, recitato eorum libello, de | conspectu populi eos abire pręcepi, et de tota ipsa causa | [51d aliquanto diligentius cęperam disputare, quum ecce, me disputante, voces alię de memoria martyris nove gratulationis audiuntur. Conversi sunt eo, qui audiebant, ceperuntque currere. Illa enim, de gradibus descendit in quibus steterat, et ad sanctum martyrem orare perrexerat; quę mox, ut cancellos adtigit, conlabsa similiter velut in somnum, sana surrexit. Dum ergo requireremus, quid factum fuerit, unde illut strepitus lętus extiterit, ingressi sunt cum illa in baselica, ubi eramus, adducentes eam sanam de martyris loco. Tum vero tantus ab utroque sexu admirationis clamor exortus est, ut vox continuata cum lacrimis non videretur posse finiri. Perducta est ad eum locum, ubi paulo ante steterat tremens. Exultabant eam similem

fratri, cui doluerant remansisse | dissimilem. et nondum fusas preces | [52a suas pro illa, iam tamen prẹviam volumtatem, tam cito exauditam esse cernebant. Exultabant in Dei laudem voces in verbis. tanto sonitu, quantum nostrẹ aures ferre vix possent. Quid erat in cordibus exultantium nisi fides Christi, pro quo Stephani sanguis effusus est?

18 Cui est honor et gloria. virtus et potestas, in secula seculorum. Amen.

XI[a]

[Eugeniae et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] Or[atio]. [2] Or[atio]. [3] Or[atio].

1 Passio vel vita beatissimẹ Eugenie virginis et comitum eius martyrum, quẹ passa est Alexandria in civitate sub Gallieno Augusto; die VI kalendas ianuarias. Deo gratias.

2 <I>n diebus illis, *septimo [anno] consulatu suo Comodus imperator direxit *inlustrissimum virum Philippum ad Egyptum, ut et *prẹfecturam ageret Alexandrię, | et omnes potestates, quẹ per totum | [52b Egyptum administrabant, eius arbitrio deservirent. Hic itaque cum uxore Claudia, et cum duobus filiis Abito et Sergio, et cum filia Eugenia, ab urbe Roma ad urbem Alexandriam dum venisset, et Romana *gravitate ageret prẹfecturam, atque omnem provinciam Egypti romanis legibus ordinaret, cunctis quidem magicam curiositatem sectantibus finem inposuit; iudeos vero nec nominis nuncupationem habere permisit, christianos autem procul ab urbe Alexandria tantundem esse constituit. Ipse vero plus *licet filosoforum amicus quam *fauctor idolorum, romanis tamen *supprestitionibus, ac si *religiosorum cultor, instabat non rationi. sed traditioni concordans.

3 Eugeniam igitur filiam suam, dum litteris liberalibus perfectissime docuisset, et tam latino eam quam greco eloquio instruxisset, | etiam | [52c filosophiam docere permisit. Erat enim *acrioris ingenii, et tam memorię capax, ut quicquid semel audiendo vel legendo potuisset arripere, in perpetuum retineret. Erat ergo Eugenia pulchra facie et *eligans corpore, sed pulchrior mente, et *eligantior castitate. Igitur quum quintodecimo ętatis suę anno ab Aquilio, Aquilini proconsulis filio, peteretur sponsa, interrogatur a patre, utrum petenti iuveni inlustrissimis orto natalibus consentiret, illa respondit: Maritus moribus, non natalibus eligendus est; ipsis enim postea non parentibus *utendum est. Igitur quum aliis atque aliis poscentibus animo castitatis *obsisteret, pervenit ad manus eius beatissimi Pauli apostoli doctrina; et *licet sub paganissimis parentibus ageret, cępit

tamen esse animo christiana. Et quoniam iussi fuerant christiani ab | [52d Alexandrina urbe discedere, rogabat parentes, ut *vectandi gratia, permitteretur *predia sua, in suburbio Alexandrię posita, circuire. Quumque statim ut poposcerat impetrasset, et ab urbe *properaret ad villam, audivit christianos psallentes atque dicentes: Omnes dii gentium dęmonia, Dominus autem cęlos fecit.

4 Hęc autem audiens Eugenia, suspiravit et flevit, et dicit ad eunuchos pueros suos Protum et Iachintum: Scio vos mecum litteris eruditos et dignas simul hominum, et indignas legimus gestas; filosophorum quoque *sillogismos vano labore constructos, studio scripulosissimo transegimus: Aristotelis argumenta et Platonis ideas, et epicoreorum secreta, et Socratis monita, et stoicorum taciturnitates; et ut breviter cuncta *conplectar, quicquid *poeta cantabat, quicquid orator invenit, quicquid filosophus cogitat, | cuncta hęc sententia excludit, qua psallentes christianos audivimus: | [53a Omnes dii gentium dęmonia, Dominus autem cęlos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu eius, sanctitas et magnificentia in magestate eius. Igitur iubet *conferre sermonem: et Apostolus legitur, et Propheta laudatur; fit concordia fidei, et ut ad *penetrabilia sapientię divinę absque suis separatione perveniant, consilio ardenti definitur. Dominam me, inquit, vobis usurpata potestas attribuit, sed sororem sapientia fecit. Simus ergo fratres, sicut divina providentia ordinat, non sicut se *iactat humana temeritas. Pergamus pariter ad christianos, et ne aliquo casu ab alterutro separemur, crinibus meis tonsuram *adhibeam; et tunc demum ad christianos, sicut ordinavero, properemus.

5 Helenum audio dici ępiscopum, cuius est habitatio illa | in | [53b qua die noctuque audiuntur Deo suo canere, quos etiam nos, quotiensquumque transeuntes, audivimus psallentes. Sed hic Helenus ępiscopus variis dicitur ęclesię occupationibus detineri. His autem, qui in divinis laudibus vacant, Theodorum quendam presbyterem constituit, cuius tanta mirabilia narrantur, ut etiam cęcos suis orationibus inluminet, et dęmones effuget, et infirmantibus adferat sanitatem: *sane ad diversorium huius congregationis, in quo Deo canitur, nulla *patitur venire feminarum. Hoc ego considerans, tonderi me extimo, ut crastina nocturna *profectio ordinata per ipsos nobis transitum prebeat. Vobis itaque duobus iuxta basternam ambulantibus, et cęteris pręcedentibus ad locum deponar a vobis; et vacua pertranseunte basterna, nos tres virili habitu simul ad Dei homines properemus. Placet utrisque consilium; | et sequenti nocte, sicut ordinaverat, | [53c adimpletur.

6 Tantam credentibus sibi Christus gratiam exhibere dignatus est, ut eadem hora, qua ad monasterium pervenerunt, sanctus Helenus superveniret ępiscopus, et qum eo amplius quam decem millia virorum psallentium et dicentium: Via iustorum recta facta est; iter sanctorum pręparatum est. Audiens hęc Eugenia, dixit ad socios suos: Considerate vim carminum, et videtis ad nos respicere quicquid modulatis vocibus psallent. Denique quum de vero Deo noster tractatus in dispositione *mutui sermonis ageretur,

audivimus hoc canere: Omnes dii gentium dęmonia Deus autem noster cęlos fecit. Ecce nunc arripientibus[a] nobis iter salutis, quo recedimus a culturis idolorum, ut ad christianę culturę perveniamus religionem, milia hominum nobis occurrunt, una voce clamatium et dicentium: Via iustorum recta facta est, iter sanctorum pręparatum est. | Interrogemus ergo | [53d quo pergat hic populus; ut si ad hoc habitaculum vadunt, quo nos ire decrevimus, iunganur canentibus turbis, et *utpote ex advenientibus conputati, ingrediamur, ut socii quousque notitiam conlocemur. Igitur quum se iuncxissent psallentibus, inquirunt quis esset senior, qui solus aselli vehiculo uteretur in medio populi sequentis et prącedentis; et audiunt a quodam quod hic esset Helenus ępiscopus ab infantia christianus: qui dum infantulus in monasterio cresceret, tante sanctitatis virtutibus cingebatur, ut si quando missus fuisset ignem e vicino petere, ardentes prunas vestimento deferebat inlęso. Denique ante hos, inquit, paucissimos dies venit huc quidam magus, nomine Zereas, qui verborum *argumentis populum Dei conabatur evertere dicens falsum esse istum ępiscopum, sed se missum a Christo ad docendum. Hic autem erat *versutissimus, et | de Scribturis populum | [54a seducebat. Denique omnis turba christianorum accessit ad hunc patrem nostrum, quem videtis, et dixit ei: Audivimus Zeream dicentem quod ipse sit missus a Christo: constitue diem in quo eum aut recipias tibi socium, aut, si potes, convincas non vera prosequentem.

7 Igitur constituitur dies et locus in medio Heliopolis civitatem: venit Zereas magus cum artibus suis, venit et Helenus ępiscopus cum orationibus suis. Quumque populum salutasset, ait: Nunc probabitis spiritus, qui sunt a Deo. Et conversus ad Zeream, cępit cum eo verborum ingens habere luctamen: sed quia versutus erat nimis, et concludere eum sermonum ratione non poterat, respiciens populum fortiter ledi, quod Zereas quasi superior abscedebat in verbis, modicum silentium postulavit, et ait ad populum: Quid opus est, o filii mei, ut in altercatione nostra aliquis subvertatur infirmi, et cursus intentionis | nostrę non solum iacentes non | [54b sublevet, sed etiam stantes *titubare conpellat. In *promtum est probare quod Dei est; et adiecit: Pauli apostoli in hac parte *monita tenenda sunt: dicit enim Timotheo discipulo: Noli verbis contendere; ad nicilum enim utile est nisi ad subversionem audientium. Sed ne hoc testimonium non quasi *incauti, sed quasi timidi proferamus, accendite ignem in medio civitatis, et in conspectu vestro ingrediamur ambo: et qui adustus ex eo non fuerit, huius vera predicatio esse credatur ab omnibus.

8 Placet enim omni populo: iam enim maxima pars plebis fuerat a mago perversa. Statim denique ignis copiosus accenditur. Quo accenso, imperat beatus Helenus ut ambo simul ingrederentur intrepidi. Ad hęc Zereas: Non, inquit, ita est: sed unusquisque nostrum *singillatim introeat; tu tamen prior ingredere, qui | hoc fieri precepisti. At iste continuo | [54c extensis manibus cęlos adtendit, et fundens cum lacrimis orationem, dixit:

---

[a] *corr. ex* arrepientebus.

[1] Tu scis, Domine Iesu Christe, Filius Dei vivi, qui quartus in camino tribus pueris missis paruisti, quia nulla me humane glorię cupiditas incitavit, sed salus populi, cui me rectorem dare dignatus es, quem diabolus per ministrum suum a recto itinere *revocans, precipitem morti vult tradere. Huius ergo causa salutis flamas constanter ingredior, credens quod te illic inveniam ros super me influentem, ne in aliquo ab igne contingar. Et hęc dicens, consignans se, intrat intrepidus, et in nomine Domini stans illic diutissime in nullo penitus lęsus est. Tunc populus invitum atque reluctantem Zeream flammis inmittit. Qui, quum cępisset aduri, currens beatus Helenus, licet semiustum, vivum tamen eum eripuit, et illum tamen | [54d cum exprobratione turba omnis a finibus regionis huius eiecit. Hunc autem sicut videtis quotidie in Dei laudibus comitatur.

9 Audiens hęc beata Eugenia, ingemuit, et procidens ad pedes eius, qui illi ista retulerat, ait: Obsecro te, ut me illi una cum istis duobus fratribus meis insinues, ex idolis enim converti volumus ad Christum. Et quia simul hoc definivimus, et fratres sumus, etiam hoc ab eodem impetrare volumus, ut numquam nos *patiatur ab alterutro separari. At ille: Silete, inquit, *quoadusque in monasterio, ad quod pergit, paululum requiescat, et dum *oportunum fuerit, ei omnia intimabo. Interea dum adpropinquasset monasterio, ecce egrediuntur illi oviam patri, hymnum Domino dicentes: Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templo tuo. Ingredientibus autem cum ępiscopo et | populis, intrat et Eugenia cum Iachinto et | [55a Proto, comitibus suis, ei tantum nota cum quo sermonem habuerat.

10 Perfectis itaque matutinis laudibus, requievit ępiscopus, et iussit sibi ad sextam prepparare, ut divina mysteria celebraret, ut dum ad sextam cępisset agi, nonam ad refectionem ieiunantium oportune perveniret. Requiescens autem ępiscopus somnium vidit, in quo ad simulacrum fęminę ducebatur, ut illi sacrificaret. Tunc dixi, inquit, in somnio his, qui me tenebant: Permittite mici ut loquar cum dea vestra. Et quum me permisissent loqui, dixi ei: Cognosce te creatura Dei esse, et descende, et noli permittere te adorari. At illa, his auditis, descendit, et sequuta est me, dicens: Non te deseram quousque me creatori meo et conditori restituas. Igitur quum ista in animo | ępiscopi volverentur, accessit ad eum Eotro- | [55b pius, cum quo fuerat loquuta Eugenia, et dixit ei: Tres pueruli fratres unanimiter culturam simulacrorum relinquentes, Christo servientium numero in hoc monasterio sociari se desiderant, et hodie vestigia tua huc prosequentes, ingressi sunt: poscentesque me, cum lacrimis exorarunt, ut mereantur tuę beatitudinis notitia relevari.

11 Tunc beatus Elenus [b] dixit: Gratias tibi, Iesu bone, refero, qui ad me pervenire fecisti huius rei notitiam. Intromissis igitur ad se pueris, fudit orationem; quam dum conplesset adprehendit manum Eugenię, et a suis comitibus *sequestrans eam quisnam diceretur interrogat, vel cuius nationis esset credidit inquirendam. Ad hęc Eugenia: Cives, inquit, romani

---

[b] Elenus [Elenus-i] *cod. inde ab hoc momento.*

sumus, germanitas nobis tribus fraterna coniungitur: unus ex his Protus dicitur, | alius Iachintus nominatur, ego Eugenius nuncupor. Cui | [55c beatus Elenus: Recte, inquit, vocaris Eugenius, quia viriliter agendo, virum perfectum in agone dominico te obtulisti. Scias tamen te mici a Deo Eugeniam demonstratam, et unde veneris, et cuius sis filia, et quid isti tui sint famuli non me passus est Dominus prę̨terire. Sed hoc mihi Dominus revelare dignatus est, quod gratissimum ei in corpore tuo habitaculum prę̨parasti, custodiendo virginitatis prę̨mium, et presentis temporis blandimenta fallacia respuendo. Scito autem te pro castitate multa passuram: sed non te deseret ille, cui te ex integro tradidisti. Ad Protum autem et Iachintum conversus, ait: In corpore servitutis positi, ingenuam dignitatem animi tenuistis fortiter et tenetis. Unde me vobis tacente ipse Dominus Iesus Christus loquitur, dicens: Amen dico vobis, iam non dico | vos ser- | [55d vos, sed amicos. Unde et vos beatus adnuntio, quia concordastis Spiritu Sancto, et unanimiter consentientes salutaribus monitis, simul ad Dei gloriam pervenistis Christi victoriam accepturi, et mercedem *contubernii percepturi. Hę̨c beatus Elenus, nullo alio teste nisi Deo, loquutus est medio, et iussit eam sic in virili habitu permanere; et non eos deseruit, quousque simul babtismatis sanctificatione instructos, monasterio ad quod festinaverant sociaret.

12 Redeamus nunc ad illut tempus, quo Protus et Iachintus, auferentes Eugeniam, abierunt. *Basterna igitur, iumentis perambulantibus et pueris, qui prę̨ibant, vacua pervenit ad matrem. Videntes autem *ę̨minus properantes pueros, et basternam venientem, occurrunt cum gaudio universi; et invenientes *vectatorium vacuum, | omnes simul mugitum dederunt; | [56a fit repente totius civitatis strepitus. Quis enim audire poterat prę̨fecti filiam carissimam perdidisse? Erat itaque planctus *inextimabilis, fletus inmensus: lugebantque universi *inconfuse; parentes filiam, sororem fratres, servi dominam; et tenebat universos meror, et infinita animi tribulatio. Fit per totam provintiam inquisitio, interrogantur *aruspices, inquiruntur *pithones; sacrificiis quoque et sceleratis *subprestitionibus dę̨monia interrogantur, ut ubi devenisset Eugenia indicarent. Hoc solum dicebant omnes, quod eam dii de cę̨lo rapuissent. Credidit factum pater; et fletum ad consolationem revocans, dat *festa responsis, et deorum illam numero consecrans, ex auro puro eius iussit fieri fusile simulacrum; quod ita cę̨pit excolere, ut non minorem honorem illi quam diis cę̨teris exhiberet. | [56b Mater tamen Claudia, et fratres eius Avitus et Sergius, nulla poterant accipere consolationem, sed erant intolerabiliter lugentes eam.

13 Illa vero virili habitu et animo, in prę̨dicto virum monasterio permanebat: quę̨ ita in divinis eruditionibus profecit, ut intra secundum annum omnes pene scribturas dominicas *memorię̨ retineret. Tanta ei erat tranquillitas animi, ut unam eam dicerent ex numero angelorum. Quis enim eam deprehenderet quod esset fę̨mina, quum [e] ita virtus Christi et virginitas

---

[e] quum *man. post. corr. in* quam.

inmaculata protegebat, ut *imitabilis esset etiam viris? Sermo autem eius erat humilis in caritate, clarus in mediocritate, vitio carens, et *facundiam fugiens, omnes in humilitate superabat. Nullus illi ad orationem inveniebatur anterior, tristem consolabatur, lęto congaudebat, irascentem uno sermone mitigabat; | superbientem ita suo edificabat exemplo, ut ovem | [56c subito factam ex lupo, credere delectaret. Tantam autem a Deo consequuta est gratiam, ut *quemquumque in dolore positum visitasset, statim omnis dolor ab eo recederet, et omnis salubritas adveniret. Comites autem eius Protus et Iachintus *imitabantur eam, et erant in omnibus obtemperantes ei.

14 Tertio igitur anno conversionis eius, abbas qui pręerat fratribus in monasterio, migravit ad Dominum. Post cuius abscessum omnibus visum est ut beatam Eugeniam eligerent abbatem. Tunc beata Eugenia, metuens se fęminam contra regulam viris prępponi; item timens ne omnes unanimiter deprecantes sperneret, ait ad eos: Obsecro vos, ut Evangelium in presenti adhibeatur. Quod quum fuisset adlatum, dixit: Quotiensquumque a christianis aliquit eligendum est, Christus est ante | omnia auscul- | [56d tandus. Videamus ergo in hac electione vestra quid ipse Dominus precipiat, ut et vestris iussionibus, et ipsius monitis adtendamus. Et revolvens codicem, venit ad locum, et cępit legere, dicens: Dixit Iesus discipulis suis: Nescitis quia principes gentium maiores sunt his, quibus dominantur, et principatum eorum gerunt? Apud vos autem non est sic; sed si quis in vobis vult esse primus, sit vester ultimus; et si quis voluerit inter vos esse dominus, sit vester servus. Et adiecit: Ecce, inquit, et vestris iussionibus annuens, decrevi primatum suscipere, et Domini preceptis obediens, ultimum me caritati vestrę constituo.

15 Exhilaratur omnium animi ad consensum eius: ipsa autem nomen tantumodo senioris accipiens ne contristare videretur unanimiter postulantes omne opus monasterii, quod infima persona exercere solebat arripuit; | aquam haurire ex puteo, ligna concidere, munditias adhibere. | [57a In eo denique loco habitaculum sibi fecit, ubi ostiarius monasterii manere solebat, ne vel ipso se superiorem ostenderet. *Sane refectionem fratrum sollicite curabat, et psallendi Deo ordinem fortiter custodiebat: tertiam, sextam, nonam, vespertinis et nocturnis atque matutinis temporibus tam cautissime insistebat, ut videretur iam perisse Deo, si horarum vel *quippiam spatii absque divinis laudibus preteriisset. Ita denique circa ora omnium vel auribus erat sollicita, ut nullum *pateretur in iuramenti verba prorumpere, aut in sermone aliquo otioso garrire; dicebat ergo omnibus: Quantam reverentiam exhibeamus Domino servi ex precepto eius ostendimus, si talem apud mentem nostram eius nobis personam constituamus, quę in nullo debeat precepto contemni. Negat enim | quodamodo Domi- | [57b num suum esse qui *prohibita ab eo docetur agere, et iussa neglegit adimplere. His igitur monitis quotidie insistebat, et non diebus, non noctibus a conloquiis divinis et oratione cessabat. Sic itaque in hoc opere Deo esse carior cępit, ut etęcorum oculos aperiret, et dęmones pelleret, et salvaret per eam Dominus quosquumque visitasset infirmos. Sed quia multa sunt

gesta eius, quę *singillatim narrare per longum est, quantum permittit brevitas, accedamus.

16 Matrona quedam Alexandrina, cęteris matronis *prestantior, nomine Melantia, *quartano typo multo tempore fatigata, opinionem eius audiens, venit ad eam. Quam quum beata Eugenia oleo perunxisset, et crucis signum in eius fronte depincxisset, omnem continuo *virulentiam fellis evomuit, et sanissima reddita, ad vicinum monasterii, quod possidebat, | *predium *properabat. Ordinat preterea munera, *scyphos | [57c argenteos tres solidos implens, et hos salutis suę gratia mittit ad beatam Eugeniam. Cui gratanter illa remittens quę miserat, ait: Abundamus et superabundamus omnibus bonis; unde hortor te, carissima Melantia parens, ut hęc indigentibus dones.

17 Audiens hęc Melantia, contristata est, et veniens, cępit eam rogare ut acciperet et ampliora promitteret. Interea fit *assidua circa beatam Eugeniam, et in nullo deprehendens quod esset fęmina, *eligantia decipitur iuventutis. Videns autem iuvenem, puerum putabat esse terrenum; se autem non sanctitate eius, sed aliqua arte existimans fuisse salvatam, in concupiscentia eius labitur, et sui similem extimans, his eam secrete verbis alloquitur: Intolerabilis circa te amor meum pectus *exagitat, | nec | [57d ullum remedium fatigationis meę repperire potui, nisi ut te rerum mearum instituam dominum. Quid temetipsum vanis et impiis abstinentiis maceras, et florem perdis *gratissime iuventutis? Quasi Deus tristes diligat, esurientes suscipiat, delectamenta sua contemnentes foveat, et solis hominum cruciatibus delectetur. Et quur omnis homo idcirco divinis insistit *oraculis, ut lętis *successibus floreat, et tempora iucunda suscipiat? Videmur ergo *abuti donis Dei et *ingrati refundere largitori quod donat. Unde meritis tuis me tibi, crede, dominum prestitisse, ut per me finem his afflictionibus ponas, et lętitiora tempora et iucunda suscipias. Ecce possessionum locupletatio infinita, ecce auri pondus inmensum, argenti ministerium copiosum, familię infinitus est numerus, et dignitas mea et generositas ornat *inlustrium. | Non puto quod iniustitia sit apud Deum, si maritus | [58a esse digneris, et fruaris tempus lętitię, quod tristitię *mancipasti. Hoc anno absque filiis a viro viduata sum: succede pro eodem in facultatibus meis, ut non solum rerum mearum, sed etiam meus efficere dominus.

18 Hęc et his similia dicente Melantia, beata Eugenia monitis salutaribus *obsistebat; et volens sancta Eugenia animam eius de laqueo diaboli liberare, ostendebat ei desideria mundi misera esse, et sic, dum teneri putantur, effugere, atque per unius puncti delectamenta perpetua inducere detrimenta. Nec consentiendum est omnino corporali concupiscentię, quę blanditur, ut maculet, invitat ut teneat, lętitiam promittit ut perdat. Hęc et his similia prosequente Eugenia, Melantia surda aure transiebat. Interea dum Eugenia conaretur Melantiam de laqueo mortis | eripere, et | [58b ageret Melantia quatenus Eugeniam *inretiret, declinans ad maiorem interitum, egritudinem simulat, et ut a sancta Eugenia visitaretur expostulat. Quumque ad eam visitandam ingressa sancta Eugenia sederet intra cubicu-

lum, *obscenis eam amplexibus infelix Melantia temtabat *adire, et sermonibus vanis ad *lasciviam *inclinare.

19 Tunc beata Eugenia armans frontem crucis *tropheo clarissimo, suę vocis strepitu cum gemitu ait: Recte Melantia nomen habere cognosceris: nigredinis enim repleta perfidia, nigra diceris et obscura, socia tenebrarum, amica diaboli, dux pollutionis, *fomentum libidinis, soror anxietatis perpetuę, et mortis filia sempiternę. Recede a servis Christi, *deceptrix et *inlecebrosa malitia; nulla tibi pars, nulla tibi cum famulis Christi societas. Discede a servis Christi, probrosa cordis *insania: magnum enim in te diabolo | habitaculum preparasti. Nos enim aliter militamus. | [58c Habeant enim *opes tuę similes tui: dominos nos delectat mendicare cum Christo: affatim dives est, qui cum Christo pauper est. Fugiant a te imagines concupiscentię: non enim est salutis tuę ista quę te invasit audacia. Draconis habitaculum facta, venenum effundis, sed nos, Christi invocato nomine, venenorum tuorum *virus evadimus, et misericordiam Domini invenimus.

20 Illa vero, his sermonibus auditis, maiori crudelitate accenditur, et deceptionis suę *pudorem non ferens, sperans etiam se prius detegi ad aures *infamię, nisi prius ipsa detegeret, Alexandriam rediit, et publica interpellationis voce talia quędam prefecti cępit auribus *intimare: Iuvenum perfidum, qui se dicit christianum, *incurri; ad me autem illum, dum medendi gratia, quia dicebatur posse infirmantibus prodesse, venire | [58d permitterem, unam ex illis, extimans, quarum *pudore bacchatur, ausus est *inpudenter alloqui, et verbis procacioribus ad crimen hortari. Quid multa? Ad ultimum ut captivam *barbarus *inire congressus est, quę nisi dedissem vocem, atque ad unius, quę intra cubiculum erat; fuissem ancillule liberata, *suffragio sue me libidinis subiugasset.

21 Hęc audiens prefectus vehementer irascitur, et missa ad monasterium *apparitorum multitudine, omnes ferro vinctos deposuit, et quia unus carceris eos non ferebat locus, per diversas custodias dividuntur. Post hęc statuitur dies in quo alii ad bestias, alii ad ignes, alii vero ad diversa supplicia damnarentur. Fit rumor imanis, *inpudens quoque fama totam pene Egypti peragrat provinciam; condemnant omnes; omnes credunt; omnibus veri | simile videtur Melantiam inlustrem feminam mentiri | [59a non posse. Quid multa? Venit dies statutus in quo diversę civitates positę in vicino conveniunt, ut viderent ferarum trahi morsibus corruptores. Introducuntur in catenis et collaribus ferreis cum beata Eugenia, et nullo agnoscente quod esset femina, clamor populi diversis sententiis *ingruebat.

22 Tunc iubentur adduci propinquo sancta Eugenia, ut non per internuntios eam prefectus audiret, sed ex ore eius addisceret veritatem. Abtantur eculei, verbera, ferę, flammę, tortores; et cętera, quę solent abscondita cordis *exculpere, prepparantur. Tunc prefectus Philippus, imperato silentio, ait ad eam: Sic, sceleratissime christianorum, hoc vobis Christus vester tradidit in mandatis, ut operam corruptionibus detis, et pudorem atque verecundiam matronalem | fraudulenta astutia capiatur? Dic nunc, | [59b *furcifer, quę te temeritas conpulit, ut inlustrem Melantiam adpeteres quasi

vilem qualemcumque personam, et ingressus sub specie christiani vel medici, castitatem generosissimam ad lupanarem ignominiam provocares?

23 Audiens hęc beata Eugenia, capite dimisso, ne posset agnosci, talem reddidit prefecto responsum: Dominus meus Iesus Christus, cui ego servio, castitatem docuit, et corporis integritatem custodientibus vitam perpetuam repromittit. Hanc autem Melantiam falsam testem nunc possumus declarare, sed melius est ut nos patiamur mala quam illa, quum convicta fuerit aliquit patiatur, et fructus patientię nostrę depereat. Certe per victoriam principum testetur vestra sublimitas, quod non in eam ipsam retorqueatis sententiam, et hęc fallax testis nicil patiatur mali | et nunc | [59c probabimus in eadem crimen, quod nobis obicit *redundare. At ubi testatus est per principum salutem prefectus, promittens ad omnia, quę postulabat effectum, dixit Eugenia: O Melantia, nigredinis nomen, et tenebrosa malitia, adplicare fecisti *ęculeos, suspendi precipis christianos, damnas, percutis, incendis, venenos accipis: non tamen tales habet famulos Christus quales tu eos esse testaris; tamen adduci precipe ancillam, quam testem nostri criminis esse dixisti, ut ex ore eius possint tua mendacia *refutari.

24 Quumque adducta fuisset ante conspectum iudicis ancilla, cępit dicere: Istum iuvenem inpudicissimum frequenter quidem circa viles personas detectum in adulteriis novimus, sed ipsa *inpunitas ad hoc eum adduxit, ut etiam dominę meę circa primam horam noctis cubiculum *inpudenter ingressus, primo quidem sermonem quasi | pro salutem eius | [59d venerit indicibus, secundo pro sua concupiscentia, tertio etiam ad violentiam, et nisi currissem, et egressam familiam convocassem, quę hodie huius criminis testis sum, more eam *barbarico conpressisset. Tunc prefectus ex familia aliquos iubet adesse, qui ita gestum suo testimonio confirmarent. Quumque adplicarentur, singuli ita esse, ut illa dixerat, testabantur.

25 Tunc iudex vehementer iratus ait: Quid ad hoc, *infauste, dicturus es, quem tot revincunt testes, tantaque indicia manifestant? Ad hęc beata Eugenia respondit: Tempus loquendi, et tempus tacendi. Tempus inquit loquendi est, quia tempus tacendi transivit. Obtaveram quidem crimen *obiectum futuro iudicio reservare, et castitatem meam illi soli ostendere, cuius amoris servanda est: non enim pertimescere vera | casti- | [60a tas potest, quid de se iactet mundialis opinio, simul cum ipso mundo lapsuram. Non enim ad laudem hominum, sed ad honorem Dei, pudicitia a sapientibus regitur, custoditur integritas, et castitas possidetur. Tamen ne glorietur in servis Christi, audax fallacia, paucis *expediam veritatem, non ad *iactantiam humanę declamationis, sed ad gloriam nominis Christi. Tanta enim virtus est nominis eius, ut etiam femine, in timore eius positę, virilem obtineant dignitatem. Neque enim diversitas sexus inveniri potest in fide, quum beatus Paulus, magister omnium christianorum, dicat quod apud Deum non sit discretio masculi et femine: omnes enim in Christo unum sumus. Huius ergo *norman animo ferventiori suscipiens confidentiam, quam in Christo habui, nolui esse feminam. Consideravi enim non esse inimicam honestatis simulationem | per quam femina virum si- | [60b

mulat, sed magis hoc iure puniri, si pro affectu vitiorum vir feminam fingat. Et hoc iure laudandum, si pro amore virtutum *sexus infirmior virilem gloriam imitetur. Idcirco nunc ego, amore divino religionis accensa, virilem habitum sumsi, et virum gessi perfectum, virginitatem Christo fortiter conservando.

26 Et hęc dicens, scidit a capite tunica qua erat induta, et apparuit femina. Statimque tegens, licet scissis vestibus, membra ait ad prefectum: Tu quidem mici secundum carnem pater, Claudia mater est; fratres hii duo, qui tecum sedent, Avitus et Sergius. Ego autem sum Eugenia tua filia, quę pro amore Christi mundum omne cum deliciis suis respui tamquam stercus; et ecce Protus et Iachintus eunuchi mei cum quibus scholam Christi ingressa sum. Christus autem tam idoneus mici extitit, ut et victricem libidinum, et omnes | pollutiones, a me evadere fecit per mise- | [60c ricordiam suam, cui credo me usque ad finem iugiter permansuram. Agnoscit itaque pater filiam, sororem fratres, servos dominam. Currunt ad eam statim, et fundentes lacrimas in conspectu populi, amplexibus eius incumbunt. Nuntiatur factum Claudia matri. At illa statim cursu rapidissimo cum omni familia ad spectaculum properat. Deferuntur vestimenta auro texta, et licet invita, induitur, atque in excelso tribunali inposita, in sublime adtollitur, et ab omni populo conclamatur: Unus Deus, Christus, unus et verus Deus christianorum. *Sane sacerdotes et religiosi, qui cum multo populo christiano circa *anfitheatrum erant, ut dum fuissent interfecti hii, qui accusabantur, ab eisdem sepelirentur, ingrediuntur, Deo hymnum dicentes, atque omnes una voce clamantes: Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute, dextera tua, Domine, | percussit inimicos. | [60d

27 Tollitur ergo in *triumpho Eugenia, et ne tanto gaudio populi deesset probatio castitatis, visus est ignis de cęlo descendere, qui ita circumdedit Melantię domum, ut nec vestigium alicuius rei, quę ad eam pertinebat, remanere potuisset. Fit gaudium populi cum timore Dei; Eclesia vero Dei, quę iam quasi vidua octavo anno clausa fuerat, reseratur. Revocatur christianorum populus; babtizatur prefectus in *fascibus constitutus; babtizantur filii eius, babtizatur Claudia mater eius, et plurima multitudo paganorum convertitur, ac restituuntur *previlegia christianorum, et mittit prefectus relationes ad Severum imperatorem de christianis, et memorat satis romane reipublice christianos prodesse, ideo debere eos absque persequutione aliqua in urbibus habitare. | Consentit relationibus im- | [61a perator, et fit tota Alexandrina civitas quasi una eclesia. Eratque omnibus civitatibus gaudium, et dignitas christiani nominis florescebat. Hac occasione omnis pene Egypti provincia ab idolorum errore conversa est.

28 Sed quia semper sanctitatem *emulatio insequitur inimici, et contra bonitatem pugnat malitia, consilio diaboli, aliqui exhonorati Alexandrię, cultores idolorum, accipientes egre quod Filippus christianis privilegia tribuisset, huiusmodi coram imperatoribus querellam deponunt: Status publice rei conturbatur a Filippo, quique, cum novem annis in fascibus constitutus inreprehensibiliter administraverit, nunc decimo anno perdidit omnia. Deni-

que deorum inmortalium deseruit cerimonias, et omnem civitatem ad culturam cuiusdam hominis, quem iudęi occiderunt. convertit. | Non est | [61b legibus vestris ulla reverentia, *passim quisque, ut voluerit, templa veneranda ingreditur, non ut colendi benivolentiam prętendant, sed ut dicant infinitas blasphemias: saxos, non deos esse, quos colimus, aut metalla, potius quam divini numinis signa.

29 Hęc et his similia multa dicta sunt in *consistorium Severo et Antonio augustis. Unde comoti direxerunt ad eum huiusmodi *decreta: *Diu *parens noster Comodus condam augustus, non ut prefectum, sed ut regem, te Alexandrię ordinavit, et constituit, ut dum vitam maneret, successorem in nullo susciperes. Unde his beneficiis eius superaddere cupientes, statuimus ut aut diis omnipotentibus solitam culturam *exhibeas, aut deposita dignitate, etiam propriis facultatibus *cedas. Accepta hac auctoritate simulat egritudinem quousque universa distraheret. quę potest ipse habere, | et per omnem provinciam ęclesiis et pauperibus erogaret. | [61c Ipse autem prefectus in timore Dei, et in cultura Christi, etiam alios confortabat in Christo. Interea omnis Alexandria conspirat in ępiscopatum eius, et cępit eum respublica habere prefectum, quia successor ei nondum venerat, et ęclesia habere prefectum, quia merito fidei eum sibi elegerat sacerdotem.

30 Quid multa? Mittitur Filippo successor Perennius, qui successor in preceptis acceperat, ut si ita esset, ut sese querella dictaverat. Filippum interficeret. Sed quum hoc Perennius successor implere non posset, quia universus populus civitatis in amore Filippi veluti quibusdam vinculis videbatur adstrictus, inmisit ei aliquos, qui se fingerent christianos. Quique ingredientes ęclesiam, percusserunt eum in oratione dominica constitutum. Post hęc traduntur percussores prefecto Perennio. Ille autem conscius iussioni suę, quasi audiendos custodie mancipavit. | Post paucos autem | [61d dies dicit eos principum indulgentia relaxatos. Beatissimus vero Filippus post percussuram tribus diebus esse in corpore permissus est, non ob aliut nisi corda dubia confortanda. Duravit autem in ępiscopatum anno uno et mensibus tribus, et cum tropheo confessionis et martyrii perrexit ad Christum. Iuxta Nitriam itaque, ubi sancta Eugenia monasterium Christi virginibus conlocaverat. et fabricaverat ęclesiam Christo, illic suum iussit humari corpusculum, in quo loco beatissima Claudia *xinodocium fecit, et *predia, quę peregrinantium susceptionibus deserviret, instituit. Ipsa autem cum Abito et Sergio, filiis suis, et cum beata Eugenia, remeant Romam.

31 Igitur filios Filippi cum omni gaudio *senatus receperit romanorum, et unum proconsulem Cartaginis, alium vicarium Africe dirigunt. Itaque quum ad beatam Eugeniam multę romanę matronę vel virgines convenirent, | et quascumque sibi notas vel amicas efficeret Christo | [62a facile crederent, et in virginitate dominica permanerent, quedam ex genere regio virgo, Va[s]silla nomine, Gallieni augusti neptis, cupiebat ad eam pertingere; sed quia causa nominis christiani ad eam ire non poterat, rogat per internuntium fidelem, ut eam de religione christiana instrueret. Tunc

beata Eugenia convocans ad se beatissimos comites suos Protum et Iachintum, dicit eis: Accingimini ad militiam, ad quam vos vocat milites Christus; dono vos Bassille sub specie muneris offeram, ut vos eam Christo Domino faciatis ancillam. Fit itaque huius muneris gratia, et suscepit eos Vasilla quasi famulos, quos quasi apostolos adorabat. Vacabat autem cum eis omni hora, et quasi eunuchos habens servitio, non diebus non noctibus a conloquiis divinis et oratione cessabat.

32 Igitur Cornelius, quum esset | in urbe Roma, sacrę legis | [62b antestis, pervenit ad eum latenter, eo quod beata Ba⌈s⌉silla in timore Dei, procurante misericordia et gratia Christi, pene omnibus noctibus mutuis secum beata Eugenia fruebantur aspectibus. Sanctus autem Cornelius papa omni vespere sabbati dabat eis noctem in hymnis pervigilem, et pullorum canoribus quiete noctis exclusam agebat eis sacrosancta mysteria, et ita confirmabat eas omnibus noctibus sabbatorum. Omnibus itaque vid⌈u⌉is christianis conventus erat ad beatam Claudiam: omnibus autem virginibus ad beatam Eugeniam. O quantas per Eugeniam virgines Salvator invenit; quantas per Basillam Christus sponsas obtinuit! Quantę per Claudiam viduitatis bonum promta volumtate servarunt; quanti iuvenes per Protum et Iachintum Christo Domino crediderunt.

33 Valeriano itaque et Gallieno imperatoribus, orta est *seditio de christianis, eo quod Ciprianus | Cartaginem verteret, Cornelius | [62c Romam. Et data est auctoritas ad Paternum *proconsulem, ut Ciprianum occideret. Cornelius vero, quia multorum nobilium urbis Rome *latebras *fovebatur, evasit. Eo tempore videns Eugeniam venientem ad se Ba⌈s⌉sillam, osculans eam ait: Hodie mici Dominus revelare dignatus est quod pro eo roseo sanguinis tui flore, perfusa in confessione Christi, sis decoranda. Et Bassilla ad Eugeniam ait: Et mici inquit dignatus est Dominus demonstrare quod coronam dupplicem merearis: unam quam in virginitatis agonem apud Alexandriam adquisisti, alteram quam nunc in effusione tui es sanguinis perceptura.

34 Hęc sibimet referentes exilarantur, et Christo gratias referunt. Tunc beata Eugenia, expandens manus suas, dixit: [2] Domine Iesu Christe, altissimi Filius, qui ad salutem nostram venisti per virginem, per virginitatis prẹmium | omnes, quas mici tradidisti, perduc ad regnum | [62d cęlorum. Residentibus autem sanctis virginibus Christi, qui erant cum Eugenia et Bassilla, hęc eas beata Eugenia adloquitur voce: Ecce vindemię tempus, in quo uvę fertiles succidantur, ut a pampineis levitatibus separate, *poculis cęlestibus *exprimantur. Et vos vitis meę *propagines, et meorum viscerum butrones, estote parate virginitatis enim est virtutis indicium. Deo proxima, similis angelorum, parens vitę, amica sanctitatis, magistra securitatis, domina gaudii, dux itineris salutaris, virtutis *fomentum, spei *adminiculum, et subsidium caritatis. Nicil itaque nobis elaborandum est, nicilque ita est *enitendum, nisi aut cum virginitate vivamus, aut, quod est gloriosius, pro virginitate etiam moriamur. Quę sunt enim huius mundi fallacissima blandimenta, qua cum gaudio | temporali veniunt, et | [63a

cum perpetuo merore discedunt. faciunt momentaneum risum, et ęternum fletum *infligunt; tribunt fugitivos flores ut marciores perseverantes *advectent: mentiuntur securitatem transeuntis temporis, ut perpetuis cruciatibus tradant? Ideoque, carissime virgines, quę mecum in agone virginitatis fortiter cucurristis, permanete in amore Domini melius quam cępistis: tempus flendi pro tempore absque errore aliquo sustinete, ut gaudia ęterna cum omni possitis delectatione suscipere: ego enim commendavi vos Spiritui Sancto, cui credo quod vos in regno suo integras inlibatasque constituet. Nolite itaque ex hoc faciem meam corporaliter querere, sed exemplum meum, ante oculos habentes monita mea, quotidie mente conplectite.

35 Et his atque huiusmodi monitis eas instruens, osculata est universas. | Et flentes, ut forti essent animo consolabatur. Dicentibus | [63b autem sibi vale, Ba[s]silla et Eugenia, oratione facta, discedunt. Eeodem die perrexit una ex ancillis Bassillę ad Ponpeium sponsum eius, et dicit ei: Quod te sponsum dominam nostram Ba[s]sillam novimus ab imperatore meruisse sextus et eo amplius annus est, quam tu in tenero ętatis tuę flore, ut postea acciperes, distulisti. Sed *patruelem eius Elenum scias esse christianum, et hanc ab Eugenia ita factam esse christianam, ut tibi omnino non nubat. Nam et duo eunuchos Protum et Iachintum simulavit se donc illi offerre, quos illa dominos excolit, et quotidie pedes eorum ac si deorum inmortalium osculatur, quia ipsi auctores sunt artis magice, quam christiani comittunt. His auditis Pompeius occurrit statim ad Elenum patruelem eius, qui et nutritor eius [erat] et tutor, et dicit ei: Intra hoc triduum | nubtias meas celebrare disposui: qua re fac me videre sponsam | [63c meam, quam mici domini rerum invictissimi principes fieri coniugem preceperunt. Ille, his auditis, agnovit proditum fuisse *negotium, et ait ad eum: Quousque anni transirent infantię eius *tutelam illi pro germanitate patris eius, et pro ipso nutrimento exercui; nunc vero quia sui cępit esse arbitrii, in sua vult esse potestate. Unde si Bassillam videre desideras, eius erit arbitrii, non mei imperii.

36 Audiens hęc Pompeius, vehementius cępit ardere, et pergens ad Bassille domum, ut nuntiarentur ianitoribus imperabat. Cui ista sunt a Bassilla responsa: Causam me videndi penitus nullam te habere cognoscas: neque videndi neque salutandi. Abscedit tristis et anxius, et diversas matronas mittit ad eam, quibus quasi suadentibus ut sponsum suum Bassilla reciperet. Quas suadentes tali sermonis narratione adloquitur: | Hoc | [63d sapientes ab insipientibus differunt, quod insipientes nec mala recusare nec bona petere arguuntur. Sapientes autem sic bona appetunt, ut ad meliora contendant. Si enim bonum est ut sponsum meum hominem moriturum accipiam, quanto magis melius est, ut creatorem meum non rennuam inmortalem. Gratuletur ergo et gaudeat, quod amori eius Deum solum pręposui, et illi corpus meum integrum fideliter conservare statui. Video enim omnia presentis temporis gaudia repentini finis vinculo esse constricta, et quodam modo desinendo decipere. Pergunt ad *occasum statim ut oriuntur ętitię

temporales, et ut facies prati *vernantis cuncta, quę floruerint, deflorescunt. Unde quibus sapientia placet, respiciant ad ea, quę ex ore meo audiunt, et diligenter oculis suę mentis intendant, ut non solum ad meliora currentes non revocent, sed ipsi relinquentes res | caducas et miseras, salubria | [64a sectentur et fortia, et tollentes spem suam ab homine, de solo Deo omnipotente confidant, qui unigenitum Filium suum de cęlis misit ad terras, ut ostenderet nobis quod vere debeamus amare, nam amorem sincerum, inpollutum et integrum eius virginitatis virtutibus exhibentes, tunc incipiunt vivere, quum putantur in morte devenisse. Nemo ergo ex vobis extimet me ignorare quem diligam: est enim unigenitus Christus Filius Dei vivi, qui nobis ex virginem veniens, ipse quoque virgo permansit. Intravit denique in utero virginis quasi Deus, natus est quasi homo, adoratus est quasi rex, tinguitur ut discipulus, docet ut magister, temtatur ut fragilis, vincit ut omnipotens, venditur ut servus, redemit ut dominus, extimatur ut propheta, unguitur ut christus, patitur quasi noxius, moritur quasi homo, resurgit ut Deus. Et ne aliqua dubietatis vestigia fingerentur | viden- | [64b tibus multis testibus ascendit in cęlos: nam hii, qui se vidisse eum in cęlos ascendentem, suo testimonio confirmarunt; cęcis visum restituerunt, infirmantibus salutem revocaverunt, dęmonia fugaverunt, leprosos mundaverunt, et mortuos suscitaverunt. Hęc omnia gesta sunt, ut agnosceremus animas nostras satis a Deo diligi, et fortiter concupisci, ita ut participes regni sui eas faciat in cęlis, quas se amare in terris agnoverit.

37 Hęc dicente Bassilla, omnes pęne matronę in amore Christi succense sunt, ita ut, si fieri potuisset, nulla earum voluisset ad domum propriam reverti. Denique nulla earum dignata est reddere Pompeio responsum. Tunc Pompeius, omni usus *favore senatorum, prostravit se coram imperatoribus, dicens: Subvenite romanis legibus vestris, sacratissimi imperatores, et deos novos, quos Eugenia secum adduxit de Egypto ab hac urbe separate: diu est enim quod hii, qui christiani dicuntur, reipublice nocent, | qui inridunt legum vestrarum, sacrosancta cerimonia et | [64c omnipotentes deos nostros ac si vana simulacra despiciunt; *iura quoque ipsius nature pervertunt, separant coniugii gratiam, sponsantes sibi adsociant, et dicunt iniquum esse si sponsum suum sponsa accipiat. Quid faciemus, piissimi imperatores? Inventi sunt dii, qui homines nasci prohibeant, et quibus ista iubebunt, si nati non fuerint, quibus valeant imperare. Ubi repparatio romanorum virium, ubi erunt romani exercitus, ubi *rediviva certamina, vel pro quibus victrices dexterę vestrę hostium cervices inclinant, si iam uxores habende non sunt, si sponsas amittimus et tacemus?

38 Hęc et his similia multa prosequente Pompeio, decrevit Gallienus augustus, ut aut sponsum suum Bassilla reciperet, aut gladii anima adverteretur: Eugenia enim aut diis inservire, aut interire | crudeliter | [64d iussit, et dedit generalem legem, ut quicumque christianus sacrificare idolis contemsisset specialiter puniretur. Interea invenitur Bassilla, ut recipiat Pompeium sponsum suum, atque per multos dies diversis persuasionibus fatigatur, hinc matronę atque alię, hinc virgines atque adfines et pro-

ximi, hinc etiam *vetulę quibus mos est licentius persuadere, quę cupiunt.

39 Quid multa? Omnibus obstitit fortiter, et suę constantię ostendit inmutabilitatem. Verum quoniam ex genere regio erat, et publice audiri non poterat intra domum suam pro amore virginitatis et Christi gladio transververata est. Quia interfecta tenentur Protus et Iachintus, et iubentur Iobi aut ipsis sacrificare, aut de ipsis sacrificium exhibere. Sed orationem illis facientibus, simulacrum Iobis, ad quod ducebantur sacrificare, cecidit | ad pedes eorum, et ita cominutum est. ut quid fuerit non pareret. | [65a Non virtute divinę sed magice arte hoc inputans, iubet eos decollari Nicetius urbis Romę prefectus, qui etiam, *accersitam Eugeniam ad se, cępit de magicis artibus ab ea *flagitare sermonem. At illa constanter os suum aperiens, dixit: *Polliceor tibi quid nostra ars vehementior magis est, nam magister noster habet patrem sine matre, et matrem absque patre. Denique sic eum peperit mater, ut masculum penitus ignoraret. Sic eum genuit pater ut feminam omnino nesciret. Hic ipse habet uxorem virginem, quod illi quotidie filios creat, iam innumerabilis filios peperit, quotidie carnem suam eius carni coniungit, oscula eius circa eum sine intermissione copulantur in animo suo, invicem in amore perdurant, et tanta integritate consistunt, ut omnis virginitas ex eorum | coniugio *dirivetur. | [65b

40 Audiens Nicetius hęc obstipuit, et ne ad imperatorem pertingeret quod eam libenter audiret, iussit eam duci ad templum Dianę, et ita spiculator inminens dixit ei: Redime vitam tuam et *patrimonium tuum. Eugenia, et sacrifica deę Dianę. Tunc beata Eugenia, expandens manus suas, cępit orare et dicere: [3] Domine Deus, qui cordis mei archana cognoscis, qui virginitatem meam *sinceram in tuo nomine conservasti, qui me Filio tuo, Domino meo, sociare dignatus es, qui Spiritum Sanctum in me regnare fecisti, adesto mici nunc in confessionem nominis tui, ut confundantur omnes, qui adorant hoc idolum, et qui gloriantur in simulacris suis. Et dum hęc oraret fit terremotus in eodem loco, et ita templi ipsius fundamenta mersa sunt cum idolo, ut nihil aliquid remaneret nisi sola ara, quę erat ante ianuam templi, ad quam stabat sancta Eugenia.

41 Hęc in insula Licaonia gesta sunt | coram omnibus, qui | [65c sequebantur agonem Eugenię. Fit *concursus romani populi, et varia adclamatio: alii dicunt innocentem. alii magam. Nuntiatur ista prefecto, et prefectus imperatori. Tunc imperator iubet eam, ligato saxo, precipitari in Tiberim. Statimque saxum disruptum est. Beata vero Eugenia ita super sedens fluviali aqua, ferebatur ut omnibus credentibus Christo appareret illum fuisse cum Eugenia, ne obsorberetur, qui fuerat cum Petro in mari, ne mergeretur. Inde sublata, in fornacibus termarum Severianarum mittitur, quę sic statim extinctę sunt, ut etiam ipse termę ulterius calefieri omnino non possent. Mittitur post hęc in custodia tenebrosa, ubi per vigintim dies clausa deficeret, et negato cibo vel potu, et lumen penitus non videret. Sed ibi tantus quotidie fulgebat splendor, ut dum apertus fuisset locus post vigintim dies, beata illic Eugenia quasi lumen aliquod radiaret. | [65d Apparuit autem illi Salvator cum ingenti lumine intus in abditis, qui cotidie

eam reficiens atque confortans, dixit ei: Noli timere, Eugenia, ego sum salvator tuus, cui tota et integra semper mentis devotione servisti: eodem te die in cęlo suscipiam quod ipse descendi ad terras. Ipso autem die Natalis Domini missus est spiculator, qui illam in custodia positam percuteret. Tunc sublatum est corpus eius a christianis, et positum est non longe ab urbe, in via, quę appellatur Latina. Claudia vero mater eius dum ad eius sepulcrum fleret, apparuit ei Eugenia vigilanti, et dixit ei: Gaude et letare, mater Claudia, quia et me introduxit Christus in exultatione sanctorum, et patrem meum in patriarcharum gaudio conlocavit. Teipsam quoque, dominica die adveniente, in refrigerio sempiterno suscipiet. Comenda ergo filiis tuis, fratribus meis, ut custodiant crucis signaculum per quod effici | [66a mereantur nostri participes.

42 Factum est autem ut, veniens ad domum Claudia, instrueret filios suos iuxta quod monita fuerat. Die autem dominica, mysteriis celebratis, in oratione posita, emisit spiritum. Quam filii iuxta sororem suam sepelientes, ita in timore Dei perfecti esse cęperunt, ut multorum ad se converterent animos paganorum. Denique de ipso Capitolio, paratos ad sacrificandum homines sua exhortatione, tollentes ad ęclesiam, adduxerunt. Quos babtismatis sanctificatione purgatos, in suo gremio divina aula suscepit, et quotidiana damna inferentes diabolo, atque quotidiana lucra Eclesię conferentes, per multos annos Christo vixerunt, et cum bono vitę *profectu de hac lucę ad siderea regna migraverunt, Patrem et Filium cum Spiritu Sancto in unitate glorię confitentes.

43 Cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum Amen.

XII[a]

[Iacobi «fratris Domini»]

1 | Vita vel Passio sancti Iacobi apostoli et fratris Domini, | [66b sumta de Storia eclesiastica sancti Eusebii Cęsariensis ępiscopi; die quinto kalendas ianuarias. Deo gratias.

2 In diebus illis, iudęi Iacobum fratrem Domini *imanitatem nequitię suę verterunt, cui ępiscopalis in Ierosolymis delata ab apostolis fuerat sedes. Susceperat, inquit, ęclesiam cum apostolis frater Domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus est Iustus, ab ipsius Domini temporis perdurans usque ad nos; et multi quidem Iacobi vocati sunt, sed hic ex utero suę matris sanctus fuit: vinum et siceram non bivit, sed neque animal manducavit; ferrum in caput eius non ascendit; oleo non est perunctus; balneis non est usus; huic soli licebat ingredi Sancta Sanctorum; neque laneo utebatur indumento, sed tantum *sindone; solus ingrediebatur templum, et

iacebat | super genua sua, orans pro populi indulgentia, ita, ut oran- | [66c do, *callos faceret in genibus ad modum cameli, semper genua flectendo, nec umquam ab oratione cessando. Itaque pro incredibili continentia et summa iustitia appellatus est Iustus. Et ob alias, quod est interpretatum monumentum populi et iustitia, sicut et prophete indicaverunt de eo.

3 Quidam ergo de septem heresibus, quę erant in populo, interrogabant eum quod esset ostium Iesu? At ille dicebat: Hunc esse salvatorem; ex quibus aliquanti crediderunt quia Iesus est Christus. Ille autem hereses, quas supra diximus non crediderunt neque resurrexisse eum neque venturum esse, ut retribuat unicuique secundum opera sua. Qui vero crediderunt, per Iacobum crediderunt. In quibus, quum multi etiam ex principibus credidissent, perturbatio erat iudęorum et scribarum ac phariseorum, dicentium: Nicil iam superest quin omnibus populus credat in Iesum quod ipse est Christus.

4 | Convenientes igitur ad Iacobum, dicebant ei: Oramus te | [66d ut revoces populum, quia ecce errat in Iesu, putans quod ipse sit Christus. Deprecamur ergo te, ut *suadeas omnibus convenientibus in die Paschę de Iesu; tibi enim omnes *obtemperamus, et de te testimonium ferimus, quia iustus es, et personam nullius accipis. Ascende itaque excelsum locum pinne templi, ut, in *edito positus, appareas omnibus, et verba tua audiantur a cunctis, quia in diebus Paschę convenit et iudęorum et gentilium multitudo.

5 Statuerunt igitur supradicti scribę et pharisei Iacobum supra pinnam templi, et voce magna clamantes, ad eum dicunt: Virorum iustissime cui omnes nos *obtemperare debemus, quoniam populus errat in Iesu, qui crucifixus est, enuntia nobis quod sit ostium Iesu. Tunc Iacobus ad eos ingenti voce respondit: Quid me interrogatis de | Filio hominis? | [67a ecce ipse sedet in cęlo a dextris summe virtutis, et ipse venturus est in nubibus cęli. Quumque hac responsione et testimonio Iacobi multis satisfactum esset, et libenter audissent, quę Iacobus protestatus est, cęperunt glorificare Deum, et dicere: Hosianna, Fili David. Tunc rursum ipsi scribe et farisei cęperunt ad invicem dicere: Male fecimus tale testimonium prestare Iesu; sed ascendamus et precipitemus hunc deorsum, ut cęteri terreantur, et non ei credant. Similiter et magna voce clamaverunt, dicentes: O, et Iustus erravit. Et conpleverunt Scribturam, que in Salomone scribta est, dicentem: Auferamus iustum, quia inutilis est nobis.

6 Ascenderunt ergo et precipitaverunt eum, et cęperunt eum urgere[a] lapidibus. Quo deiecto, non solum mori non potuit, sed conversus, et super genua sua procumbens, dicebat: Rogo, Domine Deus Pater, remitte eis peccatum: non enim sciunt quid faciunt. Quumque eum talia orantem desuper lapidibus | perurgerent,[b] unus ex sacerdotibus de filiis Recab, | [67b fili Recabin, de quibus Ieremias propheta testatur, exclamavit, dicens:

---

[a] urguere *prima manus.*
[b] perurguerent *prima manus.*

Parcite, queso, quid facitis? Pro vobis orat iustus iste, quem lapidatis. Et unus ex ipsis, *fullo, arrepto fuste, in quo res exprimere solent, cerebro eius inlisit, et tali martyrio consummatus est, ac sepultus in eodem loco prope templum. Hic est, qui extitit veritatis testis iudeis et gentibus, quia Iesus est Christus.

7 Cui est honor et gloria, virtus et imperium in secula seculorum. Amen.

XIII[a]

[Iacobi «fratris Domini» *(iterum)*]

1 Passio beatissimi Iacobi apostoli et fratris Domini, qui passus est in Ierosolyma; die v kalendas ianuarias. Deo gratias.

2 In diebus illis, Iacobo apostolo *presidente cathedram eclesie Ierosolymorum, orta est perturbatio iudeorum, scribarum et phariseorum. Et conprehendentes Iacobum, posuerunt super pinnaculum templi, dicentes: Oramus te, virorum obtime et iuste, quoniam ad diem iustum sanctum Paschę | convenit omnis multitudo populi Srael, non solum de civi- | [67c tatibus [vicinis], sed ex aliis, que longe sunt posite. Qui omnes hanc de te habent adsertionem, quod sis ita iustus, ut par iustitie tue inveniri non possit. Ideoque fac sermonem ad omnes, ut non errent, dicentes Iesum Nazarenum Christum esse Filium Dei.

3 Tunc, Iacobus, accepta occasione, voce magna clamavit ad omnem populum, dicens: Viri sraelite, audite. Ad hoc in sublimi loco levatus sum, ut testimonium dicam de Iesu Nazareno, quem crucifixerunt scribe et pharisei, dicentes quod magus esset, et non esset verus Dei Filius. Ille autem verus est Dei Filius, qui est antequam celum et terram fieret, ex Patre genitus; hic nostris temporibus ex semine David ex virginali utero hominem natum adsumsit. Qui natus est sub Herode rege, passus est crucem sub Pontio Pilato preside, hic tertia die resurrexit a mortuis, et dedit nobis discipulis suis potestatem in suo nomine cecos inluminare, demones effugare, curare omnes | infirmos, et mortuos suscitare. Quumque pro- | [67d basset nobis se in veritate surrexisse a mortuis, comemorans omnia, que nos docuerat ante passionem suam, ita ut cibum summeret, et in manus suas signa clavorum crucis ostenderet, ac memoraret quod esset ascensurus ad Patrem suum in celis, nos vero eius discipuli contristaremur, ille vero prohibuit tristitiam nostram, dicens: Gaudete, quia vado ad Patrem, et mitto vobis Spiritum Sanctum Paraclitum.

4 Igitur, videntibus nobis, post quadraginta dies resurrectionis sue, ascendit in celos. Quumque illum stuperemus euntem, apparuerunt nobis duo angeli, dicentes: Hic Iesus, qui ablatus est a vobis, sic veniet, sicut

vidistis eum euntem in cęlis. Post non multos vero dies, sedentibus nobis, et docentibus populos quod vere sit Deus, et de Deo natus, subito venit super nos Spiritus Sanctus, sicut lux de cęlo, et ununquemque nostrum ita inflamavit, ut omnium nobis gentium linguas aperiret, | et unicuique | [68a genti sua lingua loqueremur magnalia Domini nostri Iesu Christi Filii Dei vivi.

5 Tunc ascendentes ad eum pharisei, dixerunt: Nos te rogavimus ut errorem populo tolleres de Iesu; tu autem ampliasti. Quibus Iacobus dixit: Ego errorem tuli, et veritatem ostendi. Sed quum hęc agerentur, et viderent omnes gratulari in predicatione eius, et credere in Iesu, precipitaverunt eum ex alto. Et corruens, stabat fortis, et nicil lęsum habens, melius prędicabat. Tunc iratus quidam ex phariseis, perticam fullonis arripuit, et dedit fortiter in capite eius, et eiecit cerebrum eius. Quumque populi vellent eos conprehendere, qui hęc fecerant fugierunt. Populi autem cum omni honore sepelierunt eum ibi iuxta templum, credentes Christum Filium Dei vivi: in quo loco colitur ex eo sancta passio usque in hodiernum diem.

6 Regnante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

XIIII[a]

[Iohannis]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] Or[atio].

1 | Adsumtio sancti Iohannis apostoli et evangeliste; die IIII | [68b kalendas ianuarias. Deo gratias.

2 Melito servus Christi, ępiscopus Laudocię, universis ęclesiis catholicorum in Domino Deo ęternam salutem. Volo sollicitam esse fraternitatem vestram de Leucio condam, qui scribsit apostolorum Actus Iohannis[a] evangeliste, et apostoli sancti Andre, et Thome[b] apostoli; qui de virtutibus quidem, quę per eos Dominus fecit, vera dixit; de doctrina vero multa mentitus est. Dixit enim docuisse eos duo principia, quod *execratur Eclesia Christi, quum ipse sanctus Iohannes apostolus in capite evangelii sui unum testetur principium, in quo semper fuerit Verbum, per quod universa creata sunt, visibilia et invisibilia. Leucius autem dicit eos docuisse duo principia: boni et mali; et bona a bono, mala vero | a | [68c malo principe sub⌈s⌉titisse; quum constet malum nicil esse substantiale, sed

---

[a] *corr. ex* Iohannes.
[b] Tome *cod.*

actuale, et penitus nullam esse creaturam neque visibilem neque invisibilem, quę possit mala intelligi per naturam.

3 Sive enim angelus malus, sive homo malus a Deo bonus factus est; et ideo malus, quia contra creatoris sui volumtate presumsit, nam et angeli et homines, qui mali esse noscuntur, a iusto Deo damnantur. Iustus autem Deus iniustitiam punit, quam non oriendo angeli vel homines, sed agendo incurrisse noscuntur. Prohibita enim a Domino servus si perpetraverit, et iussa non fecerit, iuste puniendum se esse cognoscit. Quique, quum se ipsum pro sua pręsumtione humiliaverit, et ex toto corde dixerit: Peccavi tibi, Domine, miserere mei, subveniet ei statim pietas Domini et qui per iustitiam iusti iudicis puniendus extiterat, per misericordiam ad indulgentiam revocatur. Ergo, ut vere te peccatorem ostendas, Deum creatorem honora; honoras autem Deum, | si te solum culpaveris, quum | [68d delinquis, et non adscribis creatori quod peccas, ut ex omni parte tuam pręsumtionem *arguas, non tui *quęraris opera conditoris. Si enim vere neglegentem te accusaveris ac delinquentem, et veram Deo obtuleris pęnitentiam, ad veram poteris indulgentiam pervenire.

4 Hęc Leucii causa memoraverim, qui, mendacio plenus, apostolos Dei asseruit docuisse duorum contrariorum principium hominis extitisse facturam, *animam a bono Deo conditam, carnem a malo, et necessitate carnis animam involvi peccatis. Quod si ita esset, qui non peccat, omnino non poterat vivere. Sicut enim qui non manducat, aut non bibit, aut non *digerit, aut non dormit, sine dubio vivere non posset, ita etiam qui non fornicatur, aut qui non invidet, aut qui non furatur, aut qui | non aliquid | [69a crimen admittit, non posse vivere mostraretur. At vero, quum doceatur homo sine fornicatione vivere, qui sine victu et vestitu vivere non potest, constat eum ita conditum a bono creatore, ut sine criminibus *queat subsistere, quum absque alimoniis non possit omnino constare. Denique clausum carcere, temtum in vinculis, deportatum exilio, absque criminibus vivere posse cognoscimus, cum absque cibo et potu, et degestione et somno, penitus non posse vivere conprobemus. Nunc autem ad sancti Iohannis apostoli et evangeliste transitum flectamus *articulum, et ad Deum de hac luce qualiter migraverit explicemus.

5 Secundam post Neronem persequutionem christianorum Domitianus *exercuit; unde factum est ut sanctus Iohannes apostolus tolleretur de Efeso, et in Pathmos insula in exilium mitteretur, in qua insula Apocalypsin [e], quam ei Dominus revelavit, | manu sua conscribsit. Domi- | [69b tianus autem eodem anno, quo iussit sanctum Iohannem *exiliari, a *senatu romano interfectus est. Et quoniam Deo curę fuit de apostolo suo, ex totius senatus *consulto hoc definitum est, ut quicquid Domitianus fieri voluit, quassaretur. Hinc factum est, ut sanctus Iohannes, qui voluptate Domitiani deportatus cum iniuria fuerat, cum honore ad Efesum remearet. Occurrit autem ei omnis populus virorum ac mulierum, omnes exultantes et dicentes:

---

[e] Apocalipsin *cod.*

Benedictus qui venit in nomine Domini. Quum autem ingrederetur civitatem. Drusiana, quę semper eum sequuta fuerat, et de adventu eius desiderio fatigata extiterat efferebatur mortua. Tunc sanctus Iohannes, videns flentes pauperes et parentes atque viduas simul cum orfanis, clamantes et dicentes: Sancte Iohannes apostole, ecce Drusianam efferrimus, quę, sanctis monitis tuis obtemperans, nos omnes *alebat, serviens Deo in castitate et humilitate, et quotidie desiderabat reditum tuum, dicens: | Si videam | [69c apostolum Dei oculis meis antequam moriar; ecce tu venisti, et te videre non potuit.

6 Tunc beatus Iohannes iussit deponi feretrum, et coram omnibus iussit resolvi corpus eius, et voce clara ait: Dominus meus Iesus Christus excitat te, Drusiana: surge, et pedibus tuis revertere ad domum tuam, et prępara mici refectionem. Ad hanc vocem surrexit, et cępit ire, sollicita de iussione apostoli, ita ut videretur ipsi Drusianę quia non de morte. sed de somno excitasset eam. Factus est autem clamor populi per tres horas, dicentis: Unus Deus, quem prędicat Iohannes: unus est et verus Dominus Iesus Christus.

7 Altera vero die Craton filosofus in foro proposuerat de contemtu mundi huiusmodi *expectaculum: Duos iuvenes fratres *ditissimos fecerat, distrato patrimonio suo, gemas emere singulas, ut eas in conspectu omnium frangerent populorum. Quod quum facerent pueri, contigit transitum habere apostolum, et convocans ad se Cratonem filosofum, ait: Stultus est iste | mundi contemtus, qui hominum ore laudatur, et condemnatur | [69d divino iudicio; sicut vana medicina est, ex quo non absciditur morbus, ita vana doctrina est. ex quo non vitia curantur, sed corpus. Magister itaque mens iuvenem cupientem ad vitam ęternam pertingere, his verbis instruxit, quibus diceret, ut, si vellet perfectus esse, venderet omnia sua, et daret pauperibus; quo facto, thesaurum in cęlis adquireret, et vitam, quę finem non habet, inveniret. Cui dixit Craton: Humane cupiditatis fructus, in medio hominum positus, confractus est; sed si vere Deus est magister tuus, et vult hoc fieri, ut pauperibus erogetur *census pretii harum duarum gemarum, fac eas redintegrari, ut quod ego feci ad famam hominum, tu facias ad gloriam eius fieri, quem tuum esse magistrum comemoras.

8 Tunc beatus Iohannes, colligens fragmenta gemarum, et ponens eas in manu, elevavit oculos suos ad cęlum, et ait: [1] Domine Iesu Christe, cui nicil inpossibile est | qui fractum mundum per lignum concupis- | [70a centię, per lignum crucis tuę in tuis fidelibus restaurasti; qui nato cęco oculos, quos natura negaverat, reddidisti; qui mortuum Lazarum et sepultum, post quartum diem ad superos revocasti, et omnes morbos, omniaque *egrimonia, virtutis tuę verbo curasti, adesto nunc super istos lapides pretiosos, quos ignorantes fructus elemosyne ad plausus hominum confregerunt. Tu, Domine, per manus angelorum tuorum modo recupera, ut pretio earum misericordię usus expletus, faciat credentes tibi pervenire, ad tuum imperium, qui cum Patre et Sancto Spiritu vivis et regnas in secula seculorum. Quumque respondissent fideles, qui cum apostolo erant, et dixissent

Amen, ita *solidata sunt fragmenta gemarum, ut nec signum aliquod de eo, quod fractę fuerant, remaneret.

9 Tunc filosofus Craton, simul cum his iuvenibus et cum universis discipulis suis, pedibus eius advolutus, credidit et babtizatus est | [70b cum omnibus, et cępit fidem Domini nostri Iesu Christi publice predicare. Tunc duo illi fratres, venundantes gemas, quas vendito patrimonio suo emerant, pauperibus tradiderunt. Et cępit infinita turba credentium adherere apostolo. Tunc duo honorati civitatis Efesorum, horum sequentes exemplum, vendentes omnia, quę habere poterant, et dantes universa egentibus, sequebantur apostolum Domini per civitates euntem, et verbum Domini prędicantem. Contigit autem, ut intrantes urbem Pergamum, viderent servos suos sericiis indutos vestibus procedentes, et in gloria seculari fulgentes. Unde factum est, ut sagitta diaboli percussi, tristes efficerentur, quod se in uno pallio viderent egentes, suos vero servos potentissimos atque fulgentes.

10 Sed hos, diaboli dolor intellegens, apostolus ait: Video vos et animos mutasse et vultos, propter hoc quod doctrinam Domini nostri Iesu Christi sequuti, omnia, quę habere potuistis, pauperibus contulistis. Unde, si vultis recuperare omnia, quę in auro | et argento et lapidibus | [70c pretiosis habuistis, deferte mici virgas rectas in singulis fascibus. Quod quum fecissent, invocato nomine Domini, conversę sunt in auro. Item dixit eis: Deferte mici lapides minutos a litore maris. Quod quum fecissent, invocata Trinitate Domini, conversę sunt in gemis. Tunc dicit eis sanctus Iohannes apostolus: Ite per septem dies inter aurifices et gemarios, et, dum probaveritis verum aurum et veras gemas, nuntiate mici. Euntes autem ambo, post septem dies reversi sunt ad apostolum, dicentes: Domine, omnium artificum *officinas circuivimus, qui omnes dixerunt tam purum aurum et tam obtimum numquam se vidisse; sed et gemarii eandem dixerunt, tam obtimos lapides et tam pretiosos se numquam vidisse.

11 Tunc dicit eis sanctus Iohannes: Ite, et redimite vobis terras, quas vendidistis, quia cęlorum *predia perdidistis. Emite vobis sericias vestes, ut pro tempore | fulgeatis sicut rosa; sic dum flos eius et odorem | [70d pariter et ruborem ostendit, repente marcescit. Suspirastis enim in servorum vestrorum aspectu, et vos, effectos pauperes, gemuistis. Estote floridi, ut marcescatis; estote divites temporaliter, ut in perpetuo mendicetis. Numquid non valet manus Domini, ut faciat servos suos divitiis affluentes, et inconparabiliter splendentes? Sed certamen statuit animorum, ut credant se eternas habituros divitias, qui pro eius nomine temporales opes habere noluerint.

12 Denique narravit nobis magister noster de quodam divite, qui epulabatur quotidie, et fulgebat in auro et purpura; ad cuius fores iacebat mendicans Eleazarus, qui cupiebat vel micas, quę de mensa eius cadebant accipere, et nemo illi dabat. Contigit autem ut in uno die ambo deficerent, et ille mendicans duceretur in requiem, quę est in sinu Abrahe; | ille | [71a autem dives mitteretur in flamma incendii: unde, elevans oculos, vidit

Eleazarum sedentem in sinu Abrahe, et exclamavit, dicens: Pater Abraham, mitte Eleazarum, et intiguat digitum in aqua, et refrigeret os meum, quia crucior in hac flamma. Cui respondens Abraham, dixit: Memento, fili, quia recepisti bona in vita tua, Eleazarum vero similiter mala; nunc vero iste consolatur, tu vero cruciaris; et in his omnibus *chaos magnum inter nos et vos firmatum est, ut neque inde huc neque hinc illuc aliquis transire possit. At hęc ille respondit: Sunt mici quinque fratres; obsecro ut exurgat aliquis, qui moneat eos neque huc deveniant in hac flama. Cui Abraham ait: Habent Moysen et prophetas: audiant eos. Ad hęc ille respondit: Non, Domine, nisi surrexerit aliquis, non credent. Cui dixit Abraham: Si Moysi et prophetas non credunt, neque si quis ex | mortuis resurrexerit, | [71b credent.

13 Hos autem sermones suos Dominus et magister noster virtutum firmabat exemplis. Nam, quum dicerent ei: Quis inde huc venit, ut credamus ei? ille ait: Deferte huc mortuos, quos habetis. Quumque adportassent coram illo tria corpora mortuorum, veluti dormientia exitata sunt ab eo, et dabant fidem cunctis sermonibus eius. Sed ut quid ego de Domino meo referam, quum in presenti sint, quos in eius nomine suscitavi vobis presentibus, in cuius nomine et paralyticos curatos vidistis, et leprosos mundatos, et cęcos inluminatos, et homines a dęmoniis liberatos? Sed has virtutum *opes habere non possunt, qui voluerint divitias habere terrenas. Denique vos ipsi, quando ad infirmos intrastis, invocato nomine Iesu Christi, salvati sunt; fugastis dęmonia, etiam exęcatis lumen tribuistis. Ecce ablata est hęc gratia a vobis, et facti estis miseri, qui eratis fortes et magni. Et quum tantus | timor esset in dęmoniis, ut iussu vestro | [71c obsessos homines derelinquerent, modo vos timebitis dęmones? Amator enim pecunię servus est *Mamone. *Mamona autem dęmonis nomen est, qui lucris carnalibus prędest et dominator his, qui diligunt mundum. Ipsi autem amatores mundi non possident divitias, sed ipsi a divitiis possidentur.

14 Nam quum sit unus venter, et sint reposita tanta, quę mille hominum ventribus satis sint, et quum sit unum corpus, et sint tantę vestes, quę mille hominum corporibus prebere valeant indumenta, utique quod uti non potest custoditur, et cui custodiatur omnino nescitur, dicente Sancto Spiritu per prophetam: Vane conturbatur omnis homo, qui thesaurizat et ignorat, cui congregat ea. Nudos nos fuderunt in lucem partus mulierum, egentes cibo, amictu et poculo: nudos nos recipiet terra, quos edidit: in comune possidemus cęli divitias. Splendor solis diviti et pauperi ęqualis est; similiter et lunę | lumen et siderum, aeris quoque temperies et | [71d pluviarum guttę, et ęclesię ianua, et fontis sanctificatio, et remisio peccatorum, et participatio altaris, et ęsca corporis, et potus sanguinis sancti, et chrismatis unctio, et gratia largitoris, et visitatio Domini, et indulgentia universi peccati; in his omnibus, absque personę acceptione, ęqualis est dispensatio conditoris.

15 Neque enim aliter dives aliter pauper his utitur donis, sed miser,

et infelix homo, qui vult plus aliquid habere [d] quam sufficit. Nascuntur enim hinc calores febrium, rigores frigorum, dolores varii in cunctis corporum membris, et neque ęsca cibari potest, nec poculo satiari, ut cognoscat humana *aviditas non sibi pecunias profuturas, quę repositę custodibus suis sollicitudinem diurnam et nocturnam incutiunt, et nec unius hore spatio quietos eos aut securos esse patiuntur. Nam dum custoditur a furibus domus, dum | possessio colitur, dum aratris intendunt, dum solvunt | [72a *fiscalia, dum ędificant promtuaria, dum lucris student, dum potentiorum se impetus mitigare nituntur, dum minus potentes se nudare contendunt, dum iras suas quibus possunt inferunt, et inlatas in se vix tolerare possunt, dum blandimento carnis adsentiunt. dum ludere *tabulis, et *spectaculis non perhorrescunt, dum polluere et pollui non metuunt, subito exeunt de isto seculo *rei et nudi, sola secum peccata portantes, pro quibus sunt pęnas passuri perpetuas.

16 Hęc dicente sancto Iohanne apostolo, efferebatur mortuus iuvenis a matre vidua, qui triginta dies habebat quod uxorem acceperat. Veniente autem turba, quę *exequias faciebant, simul cum matre eius vidua iactaverunt se ad pedes eius. Et omnes pariter rugitus, planctus, fletus, gemitusque mittentes, rogabant ut in nomine Dei sui, sicut | Drusianam, | [72b ita et hunc iuvenem mortuum suscitaret. Tantus autem omnium extitit fletus, ut etiam ipse apostolus vix se a fletu et lacrimis temperaret. Tunc prosternens se in oratione, diutissime flevit; et exsurgens ab oratione, expandens manus suas ad cęlum, ac tacitam precem diutissime fudit. Hoc quum fecisset tertio, iussit solvi involutum corpus, et ait: O iuvenis *Stacte, qui nescisti creatorem tuum, nescisti salvatorem omnium, nescisti amicum verum, et ideo hostem pessimum incurristi, pro ignorantia tua lacrimas Domino meo simul et preces effudi [e], ut exsurgas a mortis vinculo resolutus, et istis duobus, Attico et Eugenio, adnunties quantam gloriam perdiderunt, et quantam pęnam incurrerunt.

17 Tunc exsurgens Stacteus, adoravit apostolum, et cępit increpare discipulos eius, dicens: O homines, quę vos subito amentia decepit a sancto proposito declinare? Vidi angelos vestros flentes, et Satane | angelos | [72c in vestra deiectione gratulantes. Iam regnum paratum vobis, et ex coruscantibus gemis, *zetas instructas, plenas gaudiis, plenas epulis, plenas deliciis, plenas vitę perpetuitatis, plenas lumine ęterno, plenas delectationibus, amisistis: et adquisistis vobis loca tenebrarum plena draconibus, plena stridentibus flamis, plena cruciatibus et intolerabilibus pęnis, plena *putoribus, plena doloribus, plena angustiis, plena timore, et tremore horrifico. Amisistis loca plena, floribus inmarcessibilibus, plena *mulcentia, plena vocibus organorum: et adquisistis loca in quibus die noctuque, non cessat mugitus et ululatus, et luctus. Iam nicil aliut vobis superest nisi ut rogetis apostolum Domini, ut sicut me resuscitavit ad vitam, ita quoque vos resuscitet ab

---

[d] habere *cod. antep. verbum illeg., sed delev.*
[e] *corr. ex* effuodi.

interitu ad salutem, et animabus vestris, qui iam de libro vitę delete sunt, in libro vite iterum scribantur.

18 Tunc iste ipse, qui suscitatus fuerat, prosternens | se cum | [72d omni populo et cum Attico et Eugenio, omnes pariter exorabant apostolum, ut intercederet pro eis apud Deum. Quibus sanctus apostolus hoc dedit in responsis, ut per triginta dies Deo pęnitentiam offerrent, in quo spatio hoc maxime precarentur: ut virgę aureę ad suam naturam redirent; similiter et lapides ad vilitatem, qua natę fuerant, remearent. Factum est autem ut, triginta dierum transacto spatio, quum neque virgę mutarentur in ligno, neque gemę mutarentur in petre, venientes Atticus et Eugenius ut dicerent apostolo: Semper misericordiam docuisti, semper indulgentiam predicasti, et precipisti, ut homo homini indulgeret, homo homini parceret. Et si homo homini indulgere vult, quante magis ipse cum sit Deus homini indulget et parcet. In peccatum nostrum contulimus, et quod oculis concupiscentibus mundum amavimus, oculis flentibus, pęnitemur. Oramus te, Domine, oramus, apostole, ut indulgentiam, | quam semper promisisti verbis, | [73a factis ostendas.

19 Tunc beatus Iohannes flentibus et pęnitentibus universis, etiam pro his intervenientibus, dixit: Dominus noster Iesus Christus his sermonibus usus est, dum de peccatoribus ageretur, ut diceret: Nolo mortem peccatoris, sed volo potius ut convertatur et vivat. Nam dum nos Dominus doceret de pęnitentibus, Dominus Iesus Christus ait: Amen dico vobis, quia magnum gaudium est in cęlo angelis, super unum pęnitentem et convertentem a peccatis suis: et amplior lętitia illis est, quam super nonaginta et novem, qui non peccaverunt. Unde volo vos scire, quia Dominus accepit vestram pęnitentiam. Tunc, conversus ad Atticum et Eugenium, dixit: Ite et reportate virgas ad silvam unde eas adsumsistis, quoniam ad suam sunt naturam reversę, et lapides, quoniam petrę effectę sunt, ut fuerunt. Quod dum fuisset impletum, receperunt gratiam quam amiserant, ita ut etiam fugarent dęmones | sicut prius; infirmos curarent, et cecos | [73b inluminarent, et virtutes multas per eos Dominus faceret.

20 Quum autem omnis civitas Efesorum, *imo omnis provincia Asię[t] Iohannem excolerent et predicarent, accidit ut cultores idolorum excitarent *sedictionem. Unde factum est ut Iohannem traherent ad templum Dianę, et urguerent eum, ut feditatem sacrificiorum offerret. Tunc beatus Iohannes ait: Ducam vos omnes ad ęclesiam Domini nostri Iesu Christi, et invocantes nomen Dianę vestrę facite cadere ęclesiam eius, et consentiam vobis: si autem hoc facere non potueritis, ego invocabo nomen Domini mei Iesu Christi, et faciam cadere templum hoc, et cominui idolum vestrum. Quod quum factum fuerit, iustum vobis videri debet, ut relicta supprestitione huius rei, quę a Deo meo convicta est et confracta, ad ipsum convertamini.

21 Ad hanc vocem conticuit populus, et licet essent pauci qui contra-

---

[t] Asyę *cod.*

dicerent huic definitioni, pars tamen maxima consensum adtribuit. | [73c Tunc beatus Iohannes blandis alloquiis exhortabatur populum, ut a templo longe se facerent. Quumque universi ex interiori parte foris exissent, voce clara coram omnibus dixit: Ut sciat hęc omnis turba, quia idolum hoc Dianę dęmonium est et non Deus, corruat cum omnibus manufactis idolis, quę coluntur in eo, ita ut nullam in hominibus lęsionem faciat. Continuo ad hanc vocem apostoli omnia simul cum templo suo idola ita corruerunt, ut efficerentur sicut pulvis, quod proicit ventus a facię terrę. Conversi sunt autem eadem die duodecim milia gentilium. excepto parvulis et mulieribus, et babtismate sunt consecrati virtute.

22 Tunc Aristodemus, qui erat pontifex omnium idolorum, repletus spiritu nequissimo, excitavit *sedictionem in populo, ita ut populus contra populum pararetur ad bellum. Sed beatus Iohannes ait: Dic mici, Aristodeme, quid faciam, ut tollam indignationem de animo tuo? Cui Aristodemus dixit: Si vis ut credam | Deo tuo, dabo tibi venenum bibere; ⸗ [73d quo dum biberis, si non fueris mortuus, apparebit verum esse Deum tuum. Cui apostolus ait: Venenum si dederis mici bibere, invocato nomine Dei mei, non poterit nocere me. Cui Aristodemus ait: Prius est ut videas bibentes, et statim morientes, ut vel sic possit cor tuum ab hoc poculo formidare. Cui beatus Iohannes respondit: Iam dixi tibi, tu paratus esto credere in Dominum meum Iesum Christum, dum me videris post veneni poculum sanum.

23 Perrexit itaque Aristodemus ad proconsulem, et petiit ab eo duos viros, qui pro suis erant sceleribus decollandi, et statuens eos in medio foro, coram omni populo, in conspectu apostoli fecit eos bibere venenum. Qui mox ut biberunt spiritum exha[la]runt. Tunc Aristodemus dixit: Audi me, Iohannes, et aut recede ab ista doctrina qua a deorum cultura revocasti populum, aut accipe et bibe, ut ostendas omnipotentem esse Deum tuum, | si, postea quam biberis, potueris incolomis permanere. | [74a

24 Tunc beatus Iohannes, iacentibus mortuis his, qui venenum biberant, intrepidus et constans, accepit calicem, et signaculum crucis faciens in eo, dixit: Deus meus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, cui omnia subiecta sunt, et cui omnis creatura deservit, et omnis potestas subiecta est et metuit et expavescit; quum nos te in auxilium invocamus, cuius audito nomine serpens conquiescit, draco fugit, silet vipera, et rubeta illa, quę dicitur rana, torpescit, scorpius extinguitur, regulus vincitur, et sfalangius nicil noxium operatur, et omnia venenata et adhuc ferociora repentia et animalia noxia terebrantur, et omnes adversę salutis humanę radices arescunt: tu extingue hoc venenosum virus, et extingue operationes eius mortiferas, et vires, quas in se habet, evacua, et da in conspectu tuo omnibus his, quos tu creasti, oculos ut videant, aures ut | audiant, et cor ut | [74b magnitudinem tuam intellegant.

25 Et quum hęc dixisset, os suum et totum semetipsum armavit signo crucis, et bibit totum quod erat in calice. Et postea quam bibit, dixit: Peto ut propter quos bibi, convertantur ad te, Domine, et salutem, quę apud

te est, te inluminante mereantur percipere. Adtendentes autem populi per tres horas Iohannem vultum habere hilarem, et nulla penitus signa palloris aut trepidationis habentem, clamare cęperunt: Unus Deus verus est, quem Iohannes colit. Aristodemus autem nec sic credebat, sed populus obiurgabat eum. Ille autem conversus ad Iohannem, dixit: Inest mici adhuc dubietas; sed si istos, qui hoc veneno mortui sunt, in nomine Dei tui excitaveris, emundabitur ab omni dubietate mens mea. Populi autem insurgebant in Aristodemum dicentes: Incendemus te et domum tuam, si ausus fueris ultra apostolum Dei in tuo sermone elaborare. Videns autem Iohannes acerrime sedictionem fieri, petiit silentium, et omnibus audientibus, ait: | Primo est quam debemus de virtutibus divinis imitari patientiam, | [74c per quam ferre possimus incredulorum insipientiam; unde si adhuc Aristodemus ab infidelitate[g] tenetur, solvamus nodos infidelitatis eius, et licet tarde, faciamus eum agnoscere creatorem suum. Non enim cessabo ab cpere, quo medella eius possit vulneribus provenire, ut sicut medici habentes inter manus egrum, variam medellam indigentem, ita etiam nos, si adhuc curatus non est, de id quod factum est, aliut faciamus, quod factum non est.

26 Et convocans ad se Aristodemum, dedit ei tunicam suam, ipse vero pallio amictus, cępit stare. Cui ait Aristodemus: Ut quid mici dedisti tunicam tuam? Dicit ei apostolus: Ut vel sic confusus a tua infidelitate discedas. Cui Aristodemus ait: Et quomodo me tunica tua faciat me ab infidelitate mea recedere? Cui respondit apostolus. Vade, et mitte eam super corpora defunctorum, | et dices ita: Apostolus Domini nostri Iesu | [74d Christi misit me, ut in nomine eius exurgatis, ut cognoscant omnes, quia et vita et mors famulantur Domino Iesu Christo.

27 Quod quum fecisset Aristodemus et vidisset eos exurgere, adorans Iohannem, festinus perrexit ad proconsulem, et cępit clamosa voce dicere: Audi me, proconsul, memorem te puto quod contra Iohannem frequenter iram tuam excitavi, et multa mala contra eum egi: unde vereor ne iram eius experiar; est enim Deus sub speciem hominis latens. Nam venenum bibens, non solum ipse incolomis perseverat, sed etiam eos, qui a veneno mortui fuerant, per manus meas tunicę eius tactu suscitati, vivent, nulla secum signa mortis habentes. Dicit ei proconsul: Et quid vis ut faciamus? Aristodemus respondit: Eamus, et, advoluti genibus eius, veniam postulemus, et quicquid nobis iusserit faciamus. | Tunc venientes simul, | [75a prostraverunt se apostolo, indulgentiam flagitantes; quos ille suscipiens orationem cum gratiarum actione obtulit Deo; precepitque eis unius hebdomade ieiunare. Quo expleto babtizavit eos; qui quum babtizati fuissent cum universa parentela et adfinitate sua et famulis suis, fregerunt omnia simulacra, et fabricaverunt basilicam in nomine sancti Iohannis, in quo ipse sanctus Iohannes adsumtus est hoc ordine:

28 Quum esset annorum nonaginta et septem, apparuit ei Dominus

---

[g] *corr. ex* infedelitate.

Iesus Christus cum discipulis suis, et dixit ei: Veni ad me, quia tempus est, ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis. Surgens autem Iohannes cępit ire, sed Dominus dixit ei: Dominica resurrectionis meę dię, qui post quinque dies futurus est, ita venies ad me. Et quum hęc dixisset, cęlo receptus est. Veniente itaque die Dominica convenit multitudo in ęclesia, quę | in eius fuerat nomine fabricata; et a primo pullorum cantu agens | [75b mysteria Dei, omnem populum usque in hora diei tertia adloquutus est.

29 Post hęc iuxta altare iussit foveam fieri quadratam, et terram eius foris ęclesiam proici. Et descendens in eam, expandens manus suas ad Deum, dixit: Invitatus ad convivium tuum[h] venio, gratias agens, quia me dignatus es, Domine Iesu Christe, ad tuas epulas invitare, sciens quod ex toto corde meo desiderabam te; vidi faciem tuam, et quasi de sepultura suscitatus sum. Odor tuus concupiscentias in me excitavit ęternas. Vox tua plena suavitate melliflua, et adloquutio tua inconparabilis eloquiis angelorum. Quotiens te rogavi, ut ad te venirem, et dixisti mici: Expecta, ut populum liberes crediturum mici? Et custodisti corpus meum ab omni pollutione, et animam meam semper inluminasti, et non dereliquisti me, quum irem in exilium et redirem, et posuisti in ore meo | verbum veritatis | [75c tuę, commemorans me testimonio virtutum tuarum. Et scribsi ea opera, quę oculis meis vidi, et ea verba quę audivi ex ore tuo auribus meis.

30 Et nunc, Domine, comendo tibi filios tuos, quos tibi ęclesia tua virgo, vera mater per aquam et Spiritum Sanctum regeneravit. Suscipe me, ut cum fratribus meis sim, cum quibus veniens, invitasti me; aperi mici pulsanti ianuam vitę; principes tenebrarum non occurrant mici, nec veniat mici pes superbie, et manus extraneę a te non contingant me; sed suscipe me secundum verbum tuum, et perduc me ad convivium epularum tuarum, ubi epulantur tecum omnes amici tui. Tu es enim Christus Filius Dei vivi, qui cum Patre tuo et cum Spiritu Sancto vivis et regnas ante omnia et nunc et semper et in ęterna secula seculorum.

31 Et quum omnis populus respondisset Amen, lux tanta apparuit super apostolum per unam fere horam, ut nullus eum sufferret aspectus. Postea vero inventa est illa fovea plena. | nicil aliut in se habens | [75d nisi manna, quem usque hodie gignit locus ipse. Et fiunt virtutes orationibus eius, et ab omnibus infirmitatibus et periculis liberantur omnes, et precum suarum consequuntur effectum.

32 Regnante Domino Iesu Christo: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

---

[h] tuum *repet. sed delev.*

XV[a]

[Iacobi «fratris Iohannis» et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

1 L[ectio] II[a].
2 Dominica infra octavarum L[ectio] I[a].
3 [Lectio] III[a] *(?)*
4 [Lectio] VI[a].
5 [Lectio] VII[a].
6 [Lectio] VIII[a].
7 Finit.
8 Per octavas L[e]c[ti]o I[a].
9 [Lectio] II[a].
10 [Lectio] V[a].
11 [Lectio] VI[a].
12 [Lectio] VII[a].
13 [Lectio] VIII[a].
14 [Lectio] IX[a] (sic).
15 [Lectio] X[a].
16 [Lectio] XI[a].

1 Passio sancti Iacobi apostoli, fratris sancti Iohannis, et comitum eius, qui passi sunt Ierosolyma[a]; die III kalendas ianuarias. Deo gratias.

2 In diebus illis, apostolus Domini nostri Iesu Christi Iacobus, frater beati Iohannis apostoli et evangeliste, omnem Iudęam et Samariam visitabat. Ingrediens per synagogas, secundum scribturas vero sanctas ostendebat omnia a prophetis prędicta, que in Domino nostro essent Iesu Christo impleta. Accidit autem quendam Hermogenem magum ut discipulum suum, Filetum nomine, mitteret ad eum: qui, quum advenisset cum aliquantis phariseis ad Iacobum, conabatur | adserere quod non verus | [76a esset Dei Filius Iesus Christus nazarenus, cuius se Iacobus apostolum memorabat.

3 Iacobus autem, in Spiritu Sancto fidenter agens, omnes adsertiones eius evacuavit, ostendens ei ex divinis scribturis hunc esse verum Filium Dei. Reversus autem ad Hermogenem Filetus, dixit ei: Iacobum, qui se servum Christi Iesu nazareni asserit, et apostolum eius, scias superare non posse. Nam in nomine eius vidi eum dęmones ex *obsessis corporibus eicientem, vidi eum cęcos inluminantem, leprosos mundantem. Asserunt etiam amicissimi mei vidisse Iacobum mortuum suscitantem. Sed quid multis *moramur? Omnes scribturas sanctas memoriter retinet, ex quibus ostendit non esse alterum Filium Dei nisi hunc, quem iudei crucifixerunt. Placeat ergo tibi consilium meum, et veni ad ipsum, et postula tibi indulgentiam ab eo. Quod si non feceris, scias tibi artem tuam magicam in nullo penitus profuturam. Me autem scias ad ipsum reverti, et petere ut eius merear esse dicipulus.

4 | Hermogenes autem hęc audiens, repletus est zelo, et fixit | [76b Filetum ita, ut se movere non posset, et dicebat ei: Videamus si Iacobus tuus solvet te ab his vinculis. Tunc misit Filetus festinanter puerum suum

---

[a] Iherosolima [=Ihrslma-ae] *cod. semper.*

ad Iacobum, qui, quum venisset et nuntiasset ei, statim sudarium suum misit ad eum, dicens: Accipiat eum, et dicat: Dominus Iesus Christus erigit elisos, et ipse solvet conpeditos. Statim autem ut de sudario eius tetigit eum his qui eum adtulerat resolutus est a vinculo magi, et currens, venit ad Iacobum, *insultans ei in maleficiis. Hermogenes autem magus, dolens quod ei insultaret, arte sua excitavit dęmones, et misit eos ad Iacobum, dicens: Ite et ipsum Iacobum mici hunc adducite simul etiam et Filetum discipulum meum, ut vindicar in eo, ne mici ceteri discipuli mei taliter incipiant insultare.

5 [1] Venientes autem dęmones ubi Iacobus orabat, ululatum in aere habere cęperunt, dicentes: Iacobe, apostole Dei, miserere nostri quia antequam | veniat tempus incendii nostri, iam ardemus. Dicit eis Iaco- | [76c bus: Ut quid venistis ad me? Dicunt ei dęmones: Misit nos Hermogenes, ut te et Filetum ad ipsum perduceremus. Mox autem ut ingressi sumus, angelus Dei sanctus catenis igneis ligavit nos, et cruciamur. Dicit eis Iacobus: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti exsolvet vos angelus Dei, ita ut revertentes ad Hermogenem, non eum ledatis, sed vinctum huc illum ad me adducatis.

6 Qui, quum abissent, ligaverunt eum de *restibus manus a *tergo, et ita eum adduxerunt, dicentes: Misisti nos ubi incensi sumus et torti, et intolerabiliter consummati. Interea, quum ad Iacobum fuisset adductus, dicit ei Iacobus apostolus Dei: Stultissime hominum, cum inimico generis humani rationem te habere: quare non consideras quem rogasti, ut mitteret tibi angelos suos ad lęsionem meam, quos ego adhuc non permitto ut furorem suum tibi ostendant? Clamabant quoque ipsa dęmonia, dicentes: | Da nobis eum in potestate, ut possimus et tuas iniurias vindicare | [76d et nostra incendia. Dicit eis Iacobus: Ecce Filetus ante vos stat: quur eum non tenetis? Dicunt ei dęmones: Nos non possumus nec formicam contingere, quę in loculo tuo est. [2] Tunc beatus Iacobus dicit ad Filetum: Ut cognoscant scholam Domini nostri Iesu Christi hanc esse, ut discant homines bona pro malis reddere, ille te ligavit; tu eum solve. Ille te vinctum a dęmoniis ad se conatus est adducere; tu eum, captum a dęmoniis, liberum abire permitte.

7 [3] At ubi solvit eum Filetus, confusus et humilis et deiectus Hermogenis cępit stare. Dicit ei Iacobus: Vade liber ubi volueris: non est enim disciplinę nostrę, ut invitus aliquis convertatur. Dicit ei Hermogenes: Ego novi iras dęmonum; nisi dederis mici aliquid, quod mecum habeam, tenebunt me, et diversis pęnis interficient. | Tunc dicit ei Iacobus: | [77a Accipe tibi baculum itineris mei, et cum eo perge securus quocumque volueris. Et accipiens baculum apostoli, abiit ad domum suam, et posuit super cervices suas, et super cervices discipulorum suorum, *zabernas plenas codicibus, et adtulit ad apostolum Dei, et cępit eos ignibus concremare. Dicit eis Iacobus: Ne forte odor incendii eorum *vexet incautos, mitte intra zabernas petras simul cum plumbo, et fac eas dimergi in mari. Quod quum fecisset Hermogenes, reversus, tenere cępit plantas apostoli, rogans

eum, et dicens: Animarum liberator, accipe pęnitentem, quem invidentem et detrahentem hactenus sustinuisti. Respondens Iacobus, dixit: Si veram Deo pęnitentiam obtuleris, veram eius indulgentiam consequeris. Dicit ei Hermogenes: In tantum, Deo veram pęnitentiam offero, ut omnes codices meos, in quibus erat inlicita prę̨sumtio, abiecerem, et omnibus simul abrenuntiaverim artibus inimici.

8 Dicit ei apostolus: Nunc vade | per domos eorum quos ever- | [77b tisti, ut per te revoces Domino suo quos tulisti. Doce hoc esse verum quod dicebas falsum: et hoc esse falsum quod dicebas verum. Idolum quoque adorabas, et divinationes, quas tibi putabas ab eo responderi, confringe. Pecunias, quas de malo opere adquisisti, in bonis operibus expende, ut sicut fuisti filius diaboli imitando diabolum, efficiaris filius Dei imitando Deum. [4] Qui quotidie etiam ingratis prestat beneficia, et se blasphemantibus exhibet alimenta. Si enim quum malus esses circa Deum, bonus circa te extitit Dominus, quanto magis erit circa te benignior, si malus esse cessaveris, et bonis ei cęperis operibus conplacere?

9 Hęc et his similia dicente Iacobo, in omnibus obtemperavit Hermogenes, et ita cępit in Dei esse timore perfectus, ut etiam virtutes per eum plurimę fierent a Domino. [5] Videntes igitur iudęi quia hunc magum, quem invictum putabant, ita convertisse, ut etiam omnes discipuli et amici eius, | qui solebant ad synagogam convenire, Iesu Christo per Iacobum | [77c credidissent, obtulerunt pecunias centurionibus duobus, qui prę̨erant Ierosolymis, Lisie et Theocrite, et tenuerunt eum, et miserunt in custodiam.

10 Facta autem a populo seditione, dictum est debere eum educi, et secundum legem audiri. Tunc pharisei dicebant ei: Ut quid prędicas Iesum hominem, quem inter latrones crucifixum omnes scimus? [6] Tunc Iacobus, repletus Sancto Spiritu, dixit: Audite, viri fratres, et omnes, qui vos Abrahe filios esse scitis. Promisit Deus patri nostro Abrahe quod in semine eius hereditentur omnes gentes: semen autem eius non est super Smael, sed super Srael; Smael enim cum sua matre Agar eiectus, a portione seminis Abrahe exclusus est, et dictum est Abrahe a Deo: In Isaac[b] vocabitur tibi semen. Amicus autem Dei Abraham pater noster apellatus est, antequam circumcisionem acciperet, antequam sabbatum coleret, antequam legem aliquam divinę constitutionis sciret. Amicus autem factus est non circuncidendo se, | sed credendo in Deum hoc quod in semine eius | [77d hereditentur omnes gentes. Si ergo Abraham amicus factus est credendo, constat fieri inimicum Deo, qui non credit Deo [7].

11 [8] Dixerunt autem iudęi: Et quis est, qui non credit Deo? Iacobus respondit: Qui non credit quod in semine eius hereditentur omnes gentes; qui non credit Moysi dicenti: Suscitabit vobis Dominus prophetam magnum: ipsum audietis tamquam me per omnia quę̨cumque preceperit vobis. Hoc autem promissum Esaias[c] prędixit quo ordine fieret. Ait enim: Ecce

---

[b] Ysaac *cod.*
[c] Esayas *cod. semper.*

virgo in utero accipiet et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emanuel, quod [est] interpretatum nobiscum Deus. [9] Ieremias autem dicit: Ecce veniet redemtor tuus, Ierusalem, et hoc eius signum erit: Cęcorum oculos aperiet, surdis reddet auditum, et voce sua excitabit mortuos. Ezechiel[d] autem adsignat, dicens: Veniet rex tuus, Sion[e], veniet humilis, et restaurabit te. Daniel autem dicit: Sicut filius hominis ita adveniet, et ipse obtinebit principatus et potestates. David autem dicit vocem Filii Dei dicentis: Dominus dixit ad me, filius meus es tu; | et Patris vox de Filio dicit: | [78a Ipse invocabit me, pater meus es tu, et ego primogenitum ponam illum excelsum apud reges terrę. Ad ipsum David sermo Domini loquitur, dicens: De fructu ventris tui ponam super sedem meam.

12 De passione autem eius dicit Esaias: Sicut ovis ad occisionem ductus est; et David in persona eius dicit: Foderunt manus meas et pedes meos, et dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, et conspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et in alio loco idem David ait: Dederunt in ęsca mea fel, et in siti mea potaverunt me aceto. De morte autem eius dicit: Caro mea requiescet in spe: quia non derelinquis in inferno animam meam, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Vox autem filii ad patrem dicit: Exurgam adhuc et tecum sim; et iterum: Propter miserias inopum et gemitus pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. De ascensione autem eius dicit: Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem; et iterum: Ascendit super cherubin et volavit; et iterum: | Ascendit Deus in iubilatione. | [78b Item Anna mater sancti Samuelis dicit: Dominus ascendit in cęlos, et tonat. [10] Et multa alia inveniuntur in lege de ascensione eius testimonia. Nam quod sedeat ad dexteram Patris, idem per David ait: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis; et quod venturus sit iudicare terram per ignem, dicit propheta: Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit; ignis in conspectu eius ardebit et in circuitu eius tempestas valida.

13 Hęc omnia in Domino nostro Iesu Christo impleta sunt, quę transacta sunt; et quę nondum facta sunt implebuntur, ita sicut prophetata sunt. Ait enim Esaias: Surgent mortui, et resurgent qui in monumentis sunt. [11] Si interroges quid erit quum resurrexerit, dicit David audisse se Deum loquentem quid erit, nam, ut probetis ita esse, audite quid dicat: Semel loquutus est Deus, duo hęc audivi quia potestas Dei est, et tibi, Domine, misericordia, quia tu reddes singulis secundum opera eorum. Unde, viri fratres, unusquisque vestram penitentiam agat, et non recipiat secundum opera sua qui se scit participem esse eorum, qui cruci adfixerunt eum, qui totum mundum a cruciatibus liberavit. | Nam sputamento suo oculos | [78c cęci nati aperuit, et ut probarentur ipse esse, qui Adam de limo terrę formaverat, lutum fecit de saliva sua, et inposuit super loca oculorum eius, quos non cęcaverat infirmitas, sed defuerant per naturam. [12] Nam interro-

---

[d] Ezechihel *cod.*
[e] Syon *cod.*

gavimus Dominum nostrum Iesum Christum, dicentes: Quis peccavit, hic an parentes eius, ut cęcus nasceretur? Et respondit nobis, dicens: Nec hic peccavit, nec parentes eius, sed ut manifestaretur opera Domini in eo, id est, ut manifestus fieret artifex, qui eum fecerat, quod ipse fecerat [f], quod minus fecerat.

14 Nam et hoc, quod pro bonis mala recepturus esset, prędictum est in persona eius per David quum diceret: Retribuerunt mici mala pro bonis, et odium pro dilectione mea. [13] Denique postea quam paralyticos curavit, leprosos mundavit, cęcos inluminavit, fugavit dęmones et mortuos suscitavit, omnes una voce clamaverunt: Reus est mortis; et quod a suo discipulo tradendus erat, hoc ordine prędictum est per David: Qui edebat panes mecum, ampliavit adversum me supplantationem. | Hęc omnia, viri | [78d fratres, filii Abrahe prędixerunt, loquente per eos Spiritu Sancto. Nunc, si hęc non credimus, poterimus evadere perpetui ignis supplicium, aut non merito puniendi erimus, quum gentes credant vocibus prophetarum, et non credamus nos patriarchis et prophetis nostris? [14] Erubescenda et punienda tot factis et sceleribus crimina, lacrimosis vocibus lugeamus, ut pęnitentiam nostram pius indultor accipiat, ne illa nobis veniant, quę evenerunt contemtoribus pro quibus dicit: Aperta est enim terra, et deglutivit Dathan [g], et operuit super synagogam de Abiron. Exarsit ignis in synagoga eorum, et flama comedit peccatores.

15 Hęc et his similia dicente Iacobo, tantam gratiam Dominus apostolo suo contulit, ut omnes una voce clamarent: Peccavimus, iniuste egimus; da remedium, quid faciamus? Quibus Iacobus ait: Viri fratres, nolite desperare. Credite tantum et babtizamini, et delentur omnia peccata vestra. [15] Post aliquantos autem dies, | tunc Abiathar pontifex anni ipsius, | [79a videns tantum populum Domino credi[di]sse, repletus zelo, per pecunias excitavit sedictionem gravissimam, ita ut unus ex scribis fariseorum, mitteret funem in collo eius, et perduceret eum ad pretorium Herodis regis. Herodes autem, filius Archelai [h] regis, iussit decollari eum.

16 Quumque duceretur ad decollationem, vidit paralyticum iacentem, et clamantem sibi: Sancte Iacobe, apostole Iesu Christi, libera me a doloribus, quibus omnia membra mea cruciantur, et ait ad eum: In nomine crucifixi Domini mei Iesu Christi, pro cuius fide ducor ad decollationem, exurge sanus, et benedic salvatorem tuum. Et protinus surrexit, et cępit, gaudens, currere, et benedicere nomen Domini Iesu Christi. [16] Tunc ille scriba fariseorum, qui funem ei in collo misit, et traxit eum, mittens se ad pedes eius, nomine Iosias, cępit ei dicere: Obsecro te, ut des mici indulgentiam, et facias me nominis sancti participem. Intellegens autem Iacobus visitatum cor eius a Domino, dixit [ei]: Tu credis quia | Domi- | [79b nus Iesus Christus, quem crucifixerunt iudęi, ipse est verus Filius Dei

---

[f] *corr. ex* feceret.
[g] Datan *cod.*
[h] Arcelai *cod.*

vivi? Et ait Iosias: Ego credo, et in eo est fides mea ex hac hora quia ipse est Filius Dei vivi.

17 Tunc Abiathar pontifex fecit eum teneri, et dixit ei: Si non discesseris a Iacobo, et maledixeris nomen Iesu, cum ipso decollaberis. Dicit ei Iosias: Maledictus tu, et maledicti omnes dies tui. Nomen autem Domini mei Iesu Christi, quem Iacobus predicat, est benedictum in <secula>. Tunc Abiatar iussit pugnis cẹdi os eius, et missa relation<e> de eo ad Herodem, impetravit ut simul cum Iacobo decolla<retur>. Ventum est autem ad locum ubi <capite> decollandi erant, et dixit Iacobus spiculatori: Prius qu<am> nos decolles, facito nobis aq<uam> dari. Et adlata est ei la <gena> plena cum aqua. Tunc d<ixit> ad Iosiam: Credis in Patre <et Filio> et Spiritu Sancto? At ubi dixit Iosias, Credo, perfudit eum Iacobus, et dixit ei: Da mici pacis osculum. Quumque osculatus esset eum, posuit manum super caput eius, et benedixit eum, et fecit signaculum crucis | Christi in fronte eius, atque ita perfectus in fide Domini | [79c nostri Iesu Christi, cum apostolo, una hora simul martyr effectus, perrexit ad Dominum.

18 Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

XVI

[Columbae]

1 **P**assio sanctẹ ac beatissimẹ Columbe virginis et martyris Christi, que passa est in civitate Senonas sub Aureliano imperatore; die pridie kalendas ianuarias. Deo gratias.

2 <**I**>n diebus illis, adveniens Aurelianus <i>mperator de partibus orientis, quum paganus esset, et idola <c>oleret, ingressus est civitatem <Se>nonas die VIII kalendas ianuarias, <c>epit inquirere, quis ibi esset <christi>anus. Cui ex *officio nuntiatum <e>st Columbam quandam christianẹ <...> religionis deservire. Quumque hoc audisset, iussit eam suis conspectibus presentari. Quumque presentaretur, dixit ad eam: Quẹ vocaris? Respondit: Columba. Aurelianus dixit: Quem deum colis? Columba respondit: Nullum alium colo nisi | unum Deum, qui fecit cẹlum | [79d et terram, et omnem hominem ad imaginem suam formavit, et dedit nobis Spiritum suum Sanctum, ut confirmet nos in Eclesia catholica, in religioso actu perseverare. Aurelianus imperator dixit: Recede ab hac stultitia, et ad veram scientiam revertere, et sacrifica diis. Columba respondit: Dii, qui sunt manufacti, pereant, sed et ipsi, qui adorant eos: mici enim Christus Deus meus perpetuam vitam donare dignatus est.

3 Aurelianus imperator dixit: Quum sis puella iuvenis, facilia verba loqueris; sacrifica diis, ut salveris. Columba respondit: Non habes auditum

quia, qui pie volut vivere in Christo, semper persequutionem patiuntur in hoc seculo, et pęna mortis non timent, sed cum sanctis heredes erunt, et vivent in ęternum? Aurelianus imperator dixit: Doleo tibi, quum sis puella iuvenis quasi annorum sedecim, et pulchra nimis: sacrifica diis, ne te turpiter inlusam vivam incendam. Columba respondit: Maior est Deus quam tu qui potens est mici dare tolerantiam.

4 | Tunc Aurelianus imperator iussit perquiri iuvenem, et pre- | [80a cepit eam recludere in anfiteatrum. Tunc invenerunt iuvenem turpissimum, et dixit ei: Vade, homo iuvenis, in *anfiteatrum, ubi inclusa est virgo Columba. Audiens autem ille iuvenis, gavisus est gaudio magno, quod data esset illi potestas in virginem, nomine Columbam. Et ingressus est cellam, in qua sancta Columba inclusa tenebatur. Et dixit ad iuvenem sancta Columba: Quid cum tanta ferocitate ad me venis, homo? Numquid possum tibi resistere, aut reppellere te a me? Sed patientiam habe, et sic audi verba mea, et noli mici vim facere, quia christiana sum: ne irascatur tibi ipse Dominus meus, et moriaris.

5 Conpunctus autem ille iuvenis non tetigit eam; et ecce, ursa, fugiens de cavea anfiteatri, ingressa est cellam, in qua sancta Columba inclusa tenebatur, et, aspiciens iuvenem, adprehendit eum, et deposuit eum in terra. Ursa autem intendebat in faciem sancte Columbę | quid iuberet | [80b de eo. Tunc beata Columba dixit ad ursam: Adiuro te per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut non lędas eum in aliquo, sed permitte me loqui cum eo. Tunc ursa adiurata dimisit eum, et posuit se in ipso ostio, ne, aut ille dimissus fugam peteret, aut alius posset intrare. Tunc Columba dixit ad iuvenem: Ecce, fera, audito Christi nomine, dat honorem Deo, et tu, homo infelix, in tanto scelere inveniris? Aut promitte te christianum fieri, aut, si nolueris, devorabit te fera. Tunc iuvenis clamavit voce magna, dicens: Qui Christum non fuerit confessus, sanus hinc non discedat. Tunc iuvenis, egressus de cella, clamabat per totam civitatem, dicens: Sciatis, populi romani, non esse alium deum, nisi quem Columba colit.

6 Tunc ira accensus Aurelianus imperator, misit ad *anfiteatrum, ut Columbam exhiberent. Euntes autem milites, invenerunt eam orantem simul cum ursa, et, redeuntes, dixerunt: Non possumus eam tibi exhibere, quia ursa intus est cum ipsa. | Tunc Aurelianus imperator iussit, ut ligna | [80c exhiberent, et ignis incenderetur, ut ursa et Columba simul arderent. Quumque populi ignem succenderent, ursa cepit rugire, et fremitum dare. Dixit autem sancta Columba ad ursam: Noli timere neque pavere, quia hodie neque incendio cremaveris nec capieris, sed morte tua, ubi te dies tuus invenerit, morieris. Tunc illa ascendit tectum domus, et egressa foris per medias turmas populi civitatis portas exivit, et ad silvam perrexit.

7 Adclamantes autem populi, dixerunt ad imperatorem, ut super ignem aquam infunderent, ne Columba viva arderet. Post ignem extinctum, iussit Aurelianus Columbam exhiberi, ad quam et dixit: Quę est ars tua vel maleficia, ut feras silvestres tecum pariter essent? Columba respondit: Nulla maleficia novi, nisi Christum Dei Filium colere, qui mici misereri dignatus

est. Aurelianus imperator dixit: Iam tibi testatus sum, ut Christi nomine non nominares: | quod si fecisses, morte turpissima morereris. | [80d Columba respondit· Melius est felicius mori, quam infeliciter vivere. Infeliciter enim vivit, qui a lege Christi separatur, et precepta eius non obaudit. Tunc Aurelianus imperator, ira accensus, iussit eam duci extra civitatem, dicens: Columbam, quę divinis legibus adsensum noluit adcomodare, ut omnipotentibus diis debita sacrificia clementer exhiberet, gladio percuti iubeo.

8 Quumque egressi fuissent milites, et deducerent eam miliarium unum semis extra civitatem, rogavit eos, ut eam permitterent orare, qui fecerunt ita. At illa *anabolagium suum novum dedit eis. Orante illa, insonuit vox de cęlo, dicens: Veni Columba, aperti sunt tibi cęli. Congaudet paradisus, devictis omnibus conluctationibus tuis; stat Dei Filius, qui tibi coronam in capite ponat, et suscipiant te angeli Dei. Tunc milites contendebant, | qui eam decollaret. Unus autem, eiusdem civitatis miles, | [81a nomine Baruca, dedit aliis denariis viginti, et permiserunt eum; et abstulit caput eius.

9 Acta sunt autem hęc aput Senonas civitatem, die pridie kalendas ianuarias, sub Aureliano imperatore.

10 Regnante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

XVII[a]

[Iuliani atque Basilissae et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] Hic incipe.
[2] Or[atio].
[3] Fratres carissimi: Matutinis horis qui adfuerunt audierunt. Nunc vero quod residuum est vestris sacris auribus denuntiamus.
[4] Or[atio].

Notas litúrgicas marginales de P[1]

[1'] K(aput). [2'] K(aput). [3'] K(aput).

1 Vita vel Passio beatissimorum martyrum Iuliani et Basilissę, et comitum eorum, qui passi sunt Antiochia[a] in civitate sub Martiano preside; die VII idus ianuarias. Deo gratias.

| Ω ΒΩΝΗ ΑΗΧΤΩΡ ΤΗΑΛΩΝΥ ΜΥΓΗΛΛΩ ΤΘΑ ΥΝ ΠΡΗΧΗ | [81b ΜΗΥ ΜΗΜΗΝΤΩ. ΑΜ[en] [b].

---

[a] Antiocia *cod.*

[b] *Estas palabras escritas en griego figurarían ya sin duda en el manuscrito del cual copiaba Fudura, el copista de nuestro manuscrito. Es un texto latino*

2 Beati martyres seculum relinquentes, hoc nobis ex *agiliarum munus titulo tradiderunt, quo *gesta passionum suarum secum ferre non potuerunt, sed luctantibus firmum reliquerunt exemplum; effecti sunt errantibus via cęcis lumen, titubantibus credulitas. Omnia *prorsus virtutum suarum signa declarat gremio sanctitatis includunt. De hac ergo arca iustitię nullus exire poterit, nisi qui incredulus permanet.

3 Vos autem, qui hęc auditis vel legitis, credite nobiscum omnia possibilia esse credentibus; ideoque sine aliqua hesitatione nonnisi hereditarium nobis bonum, quod imitemur, martyres reliquerunt. Obsecro itaque vos omnes, | qui hęc audituri vel lecturi estis, ut intento corde audia- | [81c tis, quanta sit gloria mundum relinquere, et per angustam viam eorundem sanctorum *sequipedas esse; ut legendo eorum gesta, vera esse discatis quę in evangelio veritas protestatur, dicens: Beati qui viderunt et crediderunt. Nos enim quod vidimus oculis nostris, martyrum gesta scribsimus, unde et nobis aliquid beatitudinis credimus profuturum; vos autem melior expectat gloria, qui auditis, et creditis posse implere Dominum in sanctis suis, hęc quę hic scribta cognoscitis. [1] Beati igitur Iuliani martyris non primum passionem *intimabo, sed qualiter ab infantia sua Deo carum exhibuerit non silebo. Hęc nunc audientes, credite dictis nostris, ut credendo discatis qualis sit merces credulitatis.

4 Hic beatus Iulianus, *nobili exortus *familia, *inlustris erat in seculo: quem parentes, unicum *pignus *viscerum suorum, dulcem susceperant *subolem, quem omni doctrina et | sapientia ita imbuerant, ut non | [81d dialeticum eum, non rethoricum fugeret ingenium, omniumque auctorum mundi sapientiam, ac si bonus athleta Christi de thesauro sui cordis cabtivam tenebat. Et sic denique *utebatur mundo, quasi non uteretur: legerat enim magistrum omnium christianorum, Paulum apostolum, dicentem: Preterit enim figura huius mundi. Et neque cum ipso mundo inmundus periret, sicque Deo carum exhibebat, ut sapientiam huius mundi, stultitiam reputaret. Obtabat enim pretereunte mundo, sine sollicitudine esse cum Christo. Erat enim amator fidei: ęclesię sancte quotidie liminibus adherens; sanctorum *ergastula nullo intermittebat die, quo sanctos Dei ad videndum percurreret; quasi bonus *negotiator thesaurum reponebat in corde omnium electorum *imitans actus, studens in singulorum virtutes gratiam sanctitatis. Florebat inclausa visceribus eius perfecta caritas, quę foras mittit timorem, et ita se ab omnibus vitiis et concupiscentiis | [82a mundi castraverat, ut recte Deo clamaret: Quamdiu sum in hoc mundo, peregrinor a Domino. Et quia apud homines latere volebat, quod Christo placere cupiebat, celabat propositum, celabat et sanctum desiderium.

5 Hunc parentes quum viderent tantam animi intentione christiane

---

escrito en caracteres griegos, que dice: «O BONE LECTOR, TELLONI MISELLO TUA IN PRECE MEI MEMENTO AM(EN)». — *Agradezco a mi buen amigo Dom Anscario Mundó, OSB., el haberme procurado la solución de este que para mí era un enigma: Arndt-Tangl dió la transcripción de este texto en la pl. 36 de su obra* «Schriftafeln zur Erlernung der lateinischen Paläographie» (Berlín 1904-1906).

religionis cultoribus adherentem, convocant ad se venerabilem iuvenem, et his verbis hortantur: Dulcissimum nobis et venerabile pignus, audi genitorum tuorum salubre consilium, quod per venerabilem beatum apostolum Paulum, magistrum omnium christianorum, dictis spiritualibus edocemur, qui ait: Volo iuvenes nubere, filios procreare, patres familias esse, nullam dantes occasionem maligno. Pro qua re, non solum ut nobis consentias deprecamur, quantum ut legi dominicę obediens esse cognoscaris. Ad hęc beatus Iulianus, respondens parentibus, dixit: Nec volumtatis nec etatis tempus est, ut faciam quę hortamini. Ad hęc parentes responderunt: Annorum es circiter decem et octo, | et quomodo ergo te excusare poteris | [82b ne coniugium sortiaris? Nolumus ut de tempus *causeris; volumus enim te unius mulieris ese virum, ut procreatione filiorum concessa, quum pater fueris, ex uno consensu vacetis Deo, cessantibus vel *digestis *incitamentis carnis; ut una cum volumtate quum tibi sociata fuerit, salutaribus *monitis adhereatis Domino. Hęc agebant parentes eius qualiter eorum semen suscitaretur, quod iam finem se habere credebant, nisi ipsius procreationem suscitaretur. Quumque parentum molestias non sustineret, vel amicorum et adfinium suasiones perhorresceret, tunc beatus Iulianus, suadentibus se hoc responsum dedit: Nec promittendi est mici *facultas, nec negandi potestas. Hoc quod hortamini potestate Domini mei conmito. Pro qua re dierum septem indutias peto, secundum quod ipse dignatus fuerit salutaribus monitis inspirare, a me responsum accipietis. Hęc audientes parentes eius erant nimio tedio afflicti, et cogitationibus tabescebant | quoadus- | [82c que dies statutus veniret, in quo responsum filii reciperent.

6 Venerabilis vero puer in spatio dierum extitit, die noctuque in orationibus pervigilans, postulans a Domino ne virginitatem promissam ulla qualibet occasione *violaret. Septimi igitur diei, adveniente nocte, quum corpus maceratum ieiuniis sopor advenisset, adest Dominus, consolatur fidelem servulum, probatam sibi mentem corroborat: et ista precepta ut faciat iubet, talique comonitione eum adloquitur, dicens: Exurge, ne timeas; nec suasiones verborum, nec volumtates parentum perhorrescas. Accipies enim coniugem, quod te non polluendo a me separet, sed per te virgo perseverans, et te et ipsam in cęlis virgines recipiam. Multa enim mici per vos castitas dedicabitur: Multi iuvenes et virgines per vestram doctrinam vel vitam in cęlestem exercitum probabuntur. Adero etiam tibi habitans in te, ut omnes voluptates carnis et hostem libidinum conteram, | atque | [82d ipsam, quam tibi coniunctam cognoveris, convertam ad meum amorem, tuamque *sequipedam esse faciam. Ibique me, in cubiculo vobis pręparato, videbitis cum angelicis choris et innumerabile multitudine virginum sanctorum utriusque sexus, quia quos natura fecit dispares, una fides eos in me esse facit ęquales, quorum tu imitator cognosceris esse.

7 Et hęc dicens, tetigit eum Dominus, et ait: *Viriliter age, et confortetur cor tuum in Domino. His virtutibus corroboratus venerabilis puer, exurgens, gratias referebat Domino, dicens: Gratias tibi ago, Domine, qui es scrutator cordis et renum, qui a me species et delectamenta mundi longe

fecisti, ut adpropiem tibi corde credulo, castitate iuvante et in me regnante, ad id quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quę preparasti his, qui te ex toto corde sequuntur; qui mici dignatus es esse via, | *immo tu in me esse verum iter, et eis, qui castitatem | [83a diligunt, et integritatem mentis et corporis amplectuntur. Tu nosti, Domine, quia ex die, qua in te renatus sum, usque in hanc horam, quam me arcessire dignatus es nicil preposui amori tuo, nisi hoc solum desidero, ut [hoc], quod ex ore meo procedit, tu confirmes; quia me tunc credo incipere quando finio.

8 Impleta oratione egreditur e cubiculo lętus; vultus sui lętitia parentibus tristitias auferens, ait ad eos: Ecce sicut desiderastis, quia ex divino preceepto cognovi coniugium mici non esse pecatum sed gratiam, faciam quę hortamini. Exilarantur genitores eius, sperantes procreationem filiorum. Quid multa? Inquiritur puella, quę illi similis esse posset in facultatibus, nec *degener in moribus. Procurante misericordiam Domini Iesu Christi, qui hoc munus, et hoc ordinavit coniugium, talis invenitur puella, quę et | facultatibus locuples esset, et nobilitate generis quoequalis, | [83b nomine Basilissa, quę et ipsa unica parentibus filia dinoscebatur esse. Fit sermo, ut *vulgi consuetudo est. Suscipiunt parentes puellę sermonem; et, ut se habet nobilitas, ordinatur nubtiarum tempus: firmantur omnia quę tabule solent continere matronarum; constituitur dies coniunctionis. Beatus vero Iulianus ita diem nubtiarum expectabat quasi bonus adleta: devicta libidine regi cęli studere placebat. Quid multa? Venit dies statutus, in quo vicinę civitates ad nubtias invitarentur, quę secum unaqueque civitas adduxerat vulgi diversa delectamenta luxurię, per qua tenere mentis ętates excitarentur in cupidinis fluxu. Sonant platcę *organorum fremitu: diverseque voces musicorum resultat: multitudo virginum aureis ornamentis crispantibus crinibus; ad quorum cantilenam et suavissimę vocis coros ducebant | ita, ut si homo ferreus esset, delectamentis luxurię resolve- | [83c retur. Inter tantas ac tales acies paganorum desudabat athleta Iulianus, Christi bellator, et nemini occulta cordis sui manifestabat, nisi soli Domino, a quo spem victorię promissam retinebat.

9 Producitur sponsa de thalamo; suscipit lętus: cumque lęteretur in Domino, vulgo se letum ostendebat, et in corde suo psallebat Domino, dicens: Ure renes meos et cor meum, Domine, ne in me antiquissimus serpens libidinis suę suscitet bellum. Adpropiat hora, qua ad *torum coniugii properarent. Traditaque sibi virgine, venerabilis iuvenis, certus de Domino, cubiculum ingreditur: in quo cubiculo, oratione facta, a beato Iuliano talis odor liliorum et rosarum apparuit, ut videretur virgini in tali loco esse posita, in qua solent lilia et rosę *vernantis temporis sitientibus se suavem odorem gratię *propinare. Datur silentium noctis, et ait virgo ad sibi coniunctum iuvenem: Miram rem sentio, quam et si tu sentis, ne mici neges. | Cui venerabilis Iulianus respondit: Quę sentis fideliter narra. Cui | [83d virgo dixit: Quum sit tempus hiemis, et omnium rosarum et liliorum in matura terra gravida nondum pariat, ita mici in hoc cubiculo odor omnium

*famulatur, ut hic suavissimis odoribus satiata horream, nec penitus desiderem tori coniunctionem. Cui beatus Iulianus ait: Odor suavissimus, qui tibi apparuit, nec tempus habet nec finem: qui temporibus dat tempora; qui singulis temporibus dat gratiam, quam ministrent: ipse est Dominus Iesus Christus, qui est amator castitatis, qui integritatem corporis custodientibus vitam reddet eternam. Nam si huius *monita mecum velis suscipere, ut eum tota intentione diligamus, et virginitatem concessam invicem custodiamus, efficiemur in hoc seculo vasa eius munda, in quibus inhabitet et in futuro cum ipso regnabimus, nec ab invicem separabimur. Ad hec beata Basilissa respondit: Et quę melior laus est, nisi virginitatem custodiendo, vitam adipisci eternam? | Quod credo ita esse, ut possideam | [84a quę protestaris, obto tibi consentiens esse, ut possideam ęternum sponsum Dominum Iesum Christum. Hęc ea dicente, beatus Iulianus procidens ad orationem, pavimento adherebat, clamans et dicens: Confirma hoc Deus quod operaris in nobis. Hęc audiens, virgo similiter fecit.

10 Et ecce subito fundamenta cubiculi comota sunt, et lux inenarrabilis *emicuit, ita ut luminaria, quę preerant cubiculo, illius lucis magnitudine velarentur. Et sicut scribtum est, ut adimpleretur quod dictum est: *Spectaculum facti sumus huic mundo, angelis et hominibus. Fit ergo in cubiculo illo spectaculum magnum spirituale. Ex una parte sedebat rex ęternus Christus, cum multitudine innumerabilium candidatorum; et ex alia parte innumerę multitudines virginum utriusque sexus, quarum principatu virgo gloriosa Maria tenebat. A parte regis clamabatur: Vicisti, Iuliane, vicisti; a parte reginę clamabatur: Beata es Basilissa, quę sic consensisti salutaribus monitis, | et fallacia et blandimenta mundi res- | [84b puens, ad ęternam gloriam festinasti. Iterum a parte regis clamabatur: Milites mei, qui vicerunt antiqui serpentis libidinem, de pavimento leventur, et intento corde in toro, quod eis pręparatum esse dinoscitur, librum vitę ęternę superpositum legant. Et una voce ex utraque parte sedentes responderunt: Amen. Et advenientes duo albis induti, circa pectora habentes aureas zonas, et singulas coronas in manibus tenentes, elevaverunt eos, dicentes: Surgite quia vicistis, et in numero nostro conputati estis, aspicite sursum et quod videtis in toro, qui vobis est pręparatus, legite et cognoscite, quia fidelis est Dominus in verbis suis. Et tenentes eis manus levaverunt eos. Et ecce superpositus erat liber splendidior septies argento, aureis litteris scribtus, et in circuitu tori quattuor seniores, habentes in manibus suis fialas aureas plenas aromatibus, diversum odorem reddentes. Et respondens unus ex eis, dixit: In his ecce quattuor fialis continetur fides vestra. Ex his enim quotidie | in conspectu Dei odor suavitatis ascendet. Pro qua | [84c re beati estis, quia seculi blandimenta ⌈falsa⌉ vicistis, properantes ad id quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Accede nunc, Iuliane, et lege, quid unita Trinitas iubet. Et accedens, sic cępit legere: Iulianus, qui pro amore meo mundum contemsit, deputetur in eorum numero, qui cum mulieribus non sunt quoinquinati. Basilissa vero, quę integro corde ei sociata dinoscitur deputetur in numero virginum, in

quibus est virgo Domini Maria principatum tenens. Et hęc dicens, clausit librum, et iterum dixerunt milia milium angelorum: Amen, una voce exultantes. Et iterum dixit ad eos: In hoc libro, quem videtis, scribti sunt casti et sobrii, veraces et misericordes, humiles et mansueti, caritatem habentes non *finctam, adversa tolerantes, in tribulatione patientes, et qui super amorem Christi nicil prętulerunt, | non parentes, non patrem, | [84d non matrem, non uxorem, non filios, non agros, non facultates, vel cetera, quę sunt in hoc mundo impedimenta animę. Et qui nec ipsas animas suas dubitaverunt tradere in mortem pro nomine eius, in quorum numero et vos esse meruistis.

11 Et statim visio, quam videbant, ab oculis eorum ablata est. Tunc exultantes in Domino, beati virgines reliquum spatium noctis pervigiles in hymnis et canticis peregerunt. Quid multa? Inluxit dies, quo vulgus, qui convenerat, *bacchatu lętitię ferebatur. Expectabant videre quasi quos iunxerant in seculo, nescientes neque intellegentes, sanctum fuisse celebratum mysterium. Et cęperunt esse spiritu, non carne, fructificantes: et ita mysterium divinę gratię in se conlatum occultabant, ut solum a Domino Iesu Christo et angelis sanctis sciretur, quod agebant. Et quia Dominus non privavit bonis ambulantibus in innocentiam, | ita divino dono | [85a procuratur, ut intra pauci temporis spatium, eorum genitores de hac vita migrarent; derelinquentes idoneos *supprestites, per quos cęlorum regno non fraudarentur; erant enim et ipsi fidelissimi christiani. Tunc beati virgines, temporis spatia sibi concessa, lęti suscipiunt a Domino licentię suę possessuri victorię palmam, quo possint a patrimonio terreno migrare in superna cęlorum. Et quia multum laboris est per ordinem prosequi eorum venerabilem vitam, de tantis operibus pauca prosequendo narremus.

12 Fit consensus, quo non solum de sua salute solliciti, sed etiam multarum animarum curam suscipiunt. Dividunt *domicilia, et duę lucernę super candelabrum in excelso fundantur, quibus rex ęternus oleum lętitię subministrat, et per eos sanctam doctrinam *ignaris cordibus infundens, *ignifero verbo *tribulos et spinas peccatorum exurens. | Undique | [85b vox illa suavis Domini per os sanctorum Iuliani et Basilisse invitabat, dicens; Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego requiescere faciam. Instituunt sancta monasteria, in quibus messes animarum de seculi spinis et tribulorum suffocationibus rapiebant. Nec erat qui posset audire de ore sancti Iuliani verbum, et aliqua mora retineretur converti ad Dominum. Relinquebant igitur viri uxores, filii parentes, sponsi sponsas; *patrimonia quoque terrena propter vitam ęternam pro stercore deducentes Delicias affluentes et divitias pauperibus erogantes, viam angustam arripiebant, nec quisquam eorum aratro manum superpositam aspiciebat retro. Eratque beatus Iulianus sanctę congregationis circiter decem millium monachorum Pater. Et sicut scribtum est: Generatio vadit et generatio venit, quanti migrabant ad cęlum tanti convertebantur ad Dominum. Nec quisquam dinumerare poterat tantarum animarum | multitudinem, quę | [85c per sanctum Iulianum perfecte migraverunt ad cęlum. Similiter et per

beatam Basilissam multitudines virginum et mulierum, de *scaloribus seculi liberatas, castissimas animas prẹmitebat ad cẹlum. Erantque cum beato Iuliano sanctorum sancta convivia: sed et per sanctam Basilissam fulgebat in virginibus et mulieribus castitatis excelsior victorię palma. Et quia tunc omnibus innotuit eorum venerabilis vita vel conversatio. Domino iuvante per nos declarata est. Nunc vero ad illut tempus veniamus, quo martyrium adepti sunt; prosequentes, et declaremus eorum gloriosissimas palmas.

13 [1] Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum furor persequutionis invaluit Hẹc *opinio *peragravit omnem provinciam Egypti. Qua opinione conperta, beati virgines invicem se adloquuntur; tunc beatus Iulianus cum beata Basilissa talem precem in conspectu Domini effundunt, ieiunio et fletu insistentes· [2] Domine Deus, qui es occultorum cognitor, et mentium testis, scrutator cordis et renum; te deprecamur, | ut lętum | [85d super nos inlumines vultum. et pium et exaudibilem prestes auditum. Non enim dormis neque dormitas, qui custodis in utroque sexu castitatis agonem, in quo tu ipse, Christe, lętari cognosceris. Ne patiaris gregis tui integritatem vitiari; ne habeat potestatem insatiabilis lupus, gregi sancto tuo semper infestus; ne in nullo des licentiam ad dissipandum murum fortitudinis rigoris et signum fidei, quod in servos et in ancillas tuas per nos sequipedas contulisti. Cura tibi sit, Christe, de nobis et de illis, quia plus valet dextera tua ad erigendum, quam fortitudo persequutoris ad deiciendum. Considera, et scrutare singulorum et singularum vires, et secundum prescientię tuę donum omnes perduc ad illam regionem vivorum, ubi nulla sollicitudo est moriendi, sed regnat vera beatitudo vivendi. ut in die illa, qua venturus es magnus et manifestus. Presta, Domine, ut omnes famulos et famulas tuas, per quos nos tibi militare fecisti, integros | in cons- | [86a pectu tuo utrosque constituas; ut recte exultantes dicamus: Ecce nos, et pueri, quos dedisti nobis, nemo perivit ex eis.

14 Et quum finem orationis implerent, redeunt ad propria domicilia. Ea die tempus quiete noctis advenit, et beatam Basilissam ita per visum adloquutus est Dominus: Basilissa, nominis tui digna, quę orasti, hẹc me implere delectat; ut omnia vasa. quę mici per te mundavi, quum adhuc hic es in hac vita, tu eas prẹmittas ad cẹlestia regna. Habebis enim *dimidii temporis spatium, quo possis ex omni loco, quo seminasti, triticum colligere. et reconditum esse laboris tui tu ipsa sequaris, claves adeptura horrei pleni pinguedine animarum sanctarum, ex quo quotidie odor suavitatis ascendent in conspectu sanctorum angelorum. Iulianus vero ut bonus athleta *pugnabit. et vincent: nec enim aliquando vinci potest, in quo castitas regnat. Erit enim mici per eum multitudo adquirendarum animarum. Multa enim eum oportet pati pro nomine meo: multasque | virtutes | [86b et signa ostendam in conspectu inimicorum eius; priusquam me invocet, dicam: Ecce adsum.

15 Hẹc audiens sancta Basilissa, evigilans, lętabatur in Domino, vultu splendido ut sol radians in orto suo: et per ordinem omnia enarravit beato Iuliano. Et congregans sanctarum multitudinem virginum, sic eas adloqui-

tur, dicens: Audite vos omnes, gaudium meum, et corona capitis mei, sanctę virgines; Domino nostro vota reddamus, et sacrificium laudis corde contrito et humiliato hostiam iubilationis imolemus, quia dignatus est nobis revelare mysteria abscondita: viam et tempus acceptum terminabit, quo castificatas animas consignemus illi, dilatione concedens, ut unaqueque nostrum considerans cellaria cordis sui, si est abundantia bonorum operum eructuantia ex hoc in illut; hoc est, si in hoc seculo peregrinantes, recte de hac vita migremus ad ęternam, ut nulla in nobis habeant vel cognoscant opera sua illę potestates, quę animas pergentes ad cęlum retinent et scrutantur; | ut nicil in nobis suum invenientes refereantur et timeant, | [86c videntes nobiscum sanctum Dei adiutorium pergere, et spiritum sanctitatis congaudentem. Considerate et prescrutamini arcana pectoris vestri, ut dum tempus habemus, liceat animam ab omni vitio culparum defecatam, splendidi licoris actu comprobatam, suo restituere creatori. Hanc enim obtinuimus a Domino petitionem, ut omnes vos ante persequutionem vel vastationem inimici inmaculatas animas prępmittamus ad regna cęlorum, ubi est sponsus Dominus Iesus Christus. Pro qua re vos hortor, o sanctę sorores, ne quid malitię fermentum in corde vestro remaneat, sed omnes donantes vobis invicem, quę habetis adversus aliam aliquid, ut perfectam coronam integritatis animę et corporis vestri suscipiatis; meque matrem integro numero salutis vestre victricem reddatis: hoc scientes, quia nicil valet virginitas carnis, ubi habitat iracundia cordis.

16 Hęc prosequente sancta Basilissa, statim locus in quo erant congregatę | contremuit, et columna lucis in medio earum apparuit, super | [86d se *titulum habens scribtum, et vox ex columna processit, cum splendore nimio et odore suavitatis; signum quoque crucis emicuit, dicens: Baselissa[c], nominis tui auctrix, quod scribtum videris lege. Tituli autem scribtura sic continebatur: Hęc dicit primus et novissimus: Omnes essę virgines, quibus tu ducatum prebes, vasa munda et accepta sunt oculis meis, nec quisquam in eis potest reprobum aliquid repperiri, quas tu lima iustitię, et igne probationis, ut aurum purissimum, exhibuisti; et adiecit: Venite ad prępmia vobis prępparata. Et hęc legens, visio ab oculis eorum sublata est. Tunc omnes gratias referunt Domino, qui testimonio suę maiestatis animas sanctas declaravit. Beata vero Basilissa exultans in Domino, dixit: Gratias tibi, Domine Iesu Christe, qui in nobis pugnas carnis ita vicisti. Et adiecit: *Insulto tibi, diabole, quia insidiarum tuarum fructum perdidisti. | [87a Insulto tibi, diabole, quia vasa dicata Deo nullis artius abdicasti. Insulto tibi, diabole, magister mendacii, quia ex grege mici credito nullus est, qui tecum pereat. Insulto tibi, ebrietas, quia sobria pectora vincere non potuisti. Insulto tibi, amor mundi, quia aratro adprehenso intentas mentes, ad tuum amorem revocare non potuisti. Insulto tibi, diabole, quia perfecta querentes, nullis artibus, nullis *machinis valuisti retinere. Tu solus tua confusione utere; tu solus tua pęna letare, videns predam de manibus tuis

---

* *corr. ex* Basilissa.

ereptam ad regna cęlorum ascendere, unde tu cecidisti. Gaudete mecum, o virgines Christi, quia regnant in nobis signa virtutum. Contemtus mundi regna cęlorum accepit. Renuntiatio parentum consortium meruit angelorum. Parvi temporis tribulatio eternam meruit requiem. Humilitas sicut cedrus in Libano exaltata est, et sicut cypressus in montibus Ermon. Devicta libidine castitas *fecundatur. Nulla est ex nostris | inimicis audacia, | [87b qua pergentes animas ad suum creatorem retineat et scrutetur. Omnes erubescunt, quia nicil in nobis proprium agnoscunt.

17 Hęc cum gaudio dicens, cępit vineam Domini rore iustitię maturatum recondere fructum. Et ita divina providentia adimpletum est, ut intra tempus promissum omnes migrarent ad Dominum. Beata vero Basilissa, secura de reposito fructu, hora diei sexta in oratione constituta, sopor adiit, et vidit omnem sanctarum virginum numero *circiter mille, niveis *cycladibus indutas, et regalibus zonis *amictas, crucem dominicam gestantes; omnes una voce dixerunt beatę Basilissę: Hoc a Domino responsum accepimus, ut tecum regem Dominum adoremus. Et te omnes expectamus [a], ut tu nos offeras Christo, cui nos adquisisti. Evigilans ergo beata Basilissa, de partus sui gloria lętabatur, et cum lętitia ita referebat sancto Iuliano. Domini misericordia, ita conpletum est, ut constitutis illis in oratione, sancta Basilissa migraret ad Dominum, quam beatus | Iulianus tra- | [87c didit sepulture dignissime, et die noctuque orans, memorię eius *excubias spirituales adimplens.

18 Ipse cum choro sanctorum florebat. O gratia Dei concessa, ut nullus esset, qui non alterum alteri pręcederet in virtutibus! Multa enim signa sanitatum per eum, vel eius discipulos, Dominus operabatur. Nullum ibi invenit sol irascentem nec reliquit. Quod si, ut solet, si aliquis alicui in verbo superbus fuisset, non manducabat cibum, humilitati et fletu insistens, quousque caritatem *innecteret. Et hoc studio laborabant, ut orationum fructu Deo sacrificium laudis offerrent. Lętabatur pater in hoc studio filiorum. Tunc unusquisque se dicebat incipere quando finiebat. In hac sancta congregatione numquam diabolus aliquem potuit *inretire. Hec agebantur in civitate Antiochia, quę est *metropolis Egypti. Quid multa? Vim persequutionis invaluit.

19 [3] Adveniente Martiano pręside in civitate *Antiochia, ita furor sacrilegus exardescebat, | ut non villa, non vicus, non civitas rema- | [87d neret, ubi non idolum erigeretur, ut si quis emere vellet aut vendere, primo idolis imolaret. Urguebatur civitas iussu pręsidis, ut unusquisque in domo sua imaginis Iovis erigeret. Ipse autem Martianus cum uxore sua et unico filio erat dux perditionis. Interea audivit pręses beati Iuliani fidem, et quia multos secum in hac religione habebat socios, qui se pararent ad mortem, quam idolis imolarent; tunc iratus diabolus convocans *assessorem suum, iubet ut beatum Iulianum conveniret cum omnibus suis, secundum precepta invictissimorum principum, ut diis imolarent, ne cum contemtoribus diver-

[a] *corr. ex* expectemus.

sas luerent pęnas. Assessor vero una cum *corniculario, vel principe, et primatibus civitatis pergit ad locum ubi sanctus Iulianus Domino vacabat, in quo loco multitudo sacerdotum vel omnium ministrorum et levitarum Eclesię confugerant, rabiem persequutionis declinantes, omnes parati ad mortem. | Nuntiatur hęc sancto Iuliano esse assessorem iudicis cum | [88a principe et primatibus civitatis *preforibus; tunc sanctus Iulianus ait ad sanctam congregationem: Nunc, fratres, oremus quia adpropiaverunt persequentes nos, qui querunt velut aqua obsorbere nos: videamus igitur quod responsum daturi sunt nobis. Tunc sanctus Iulianus armans frontem crucis vexillo, et scuto fidei firmans pectus, iubet introire eos, et quia erat prior civitatis filius, digne ei exhibebat honor ab ordine civitatis suę.

20 Tunc assessor iudicis sic erupit: Puto non te latere Iuliane, sacratissimorum principum decreta, quibus mundo subveniunt, et iubent ut una sit apud omnes homines deorum cultura. Nam Dominus meus Martianus pręses, audiens nativitatis tuę nobilis familię ortum, hoc pro sua sapientia decrevit, ut secundum moderationem legum, cum gratia conveniaris: quam legem dominorum principum pręcepta habeo tibi recensendam, ex quibus salutiferis dictis, veritate | conperta, reddas te generi tuo, ut | [88b et propriis bonis utaris, et amicitias principum consequaris. Cui beatus Iulianus respondit: Sapientiam tuam non credo fugere, quia serpens non movetur ex propria sede, nisi ex ore incantantis verborum cognoverit carmen. Et sicut non proficit, nec valet movere serpentem qui carmina nescit, ita nec decreta principium, nec filosophia iudicis, quę temporalis esse cognoscitur, valere poterit christicolas mentes ad dęmonum inclinare culturam. *Assessor dixit: Ergo contemnis et despicis, et indignum ducis audire principum iussa? Iulianus sanctus dixit: Audiant principum iussa, qui ipsis militant; nos vero, qui Dominum regem habemus in cęlo, terrenum iudicem non habemus. Assessor dixit: Et hoc potes gestis edicere? Sanctus Iulianus dixit: Gestis aliquid consequantur, qui in hac vita spem habent; nobis autem, quibus Christus crucifixus est, quid nobis cum *foro? Assessor dixit: Ut video, desperasti de te, ut non vivas; vel huic multitudini, quam tecum | adgregasti, miserere. Iulianus sanctus dixit: Huius multi- | [88c tudinis volumtas simul mecum in Dei pendent arbitrio: nam qualem me vides loquentem, tales sunt et isti tacentes. Unus est Dominus, quem confitemur, qui est Christus Filius Dei vivi. Assessor dixit: Hęc quę prosequeris, renuntio domino meo prędidi. Iulianus sanctus dixit: Quod verius cognovisti occultare non debes. Nos parati sumus temporalem mortem suscipere, ut in ęternum vivamus, quam viventes temporaliter ęternę pęne mancipemur. Assessor dixit: Audio etiam ępiscoporum et omnem clerum tecum adgregatos; numquid et ipsi discipuli tui effecti sunt? Sanctus Iulianus dixit: Discipuli non sunt, sed patres; per ipsos enim veram nativitatem suscipimus: pro qua re satis dignum est, ut filii cum patribus, et parentes cum filiis pergant ad regna cęlorum.

21 Rediens assessor Martiano pręsidi, omnia intimavit quęcumque fuerant gesta. Tunc Martianus pręses, consilio diaboli armatus, | [88d

hanc dedit auctoritatem, ut Iulianus solus suę audientię reservaretur. Multitudinem vero sanctorum in eodem loco, quo degebant, in Dei laudibus igne copioso cremari precepit, quod statim impletum est, et omnes ibidem igne consumti sunt. In quo loco talis divina gratia conlata est, usque in hodiernum diem, ut omnibus pretereuntibus, quos tempus psallendi certissimus invenerit tertia, sexta, nona, vespertino et nocturno tempore, ita audiunt psallentium multitudinem, ut si quis in his temporibus advenerit, quaquumque fuerit infirmitate possessus, sanus abscedat.

22 Nuntiatur Martiano impletum fuisse quod iusserat, et beatissimum Iulianum sub custodia *degenere. Tun exarsit inimicus, et sequenti die tribunal sibi prępparari iubet in foro. Ilico prędisis iussio adimpletur: concurrit undique omnis ętas, omnisque sexus, ut beatum Iulianum in cuius | amore pendebat, viderent cum diabolo dimicantem. Tunc prędses sub | [89a voce illa terribili iubet beatum Iulianum suis conspectibus sisti. Quem quum offerrent iudici, intuitus in eum Martianus prędses, dixit: Tu es Iulianus, praeceptorum principum rebellis, et divinorum *numinum contumax? tu es qui innocentium multitudinem magicis artibus adgregasti, et omnium mentes inmutas? Ad hęc beatus Iulianus studebat silentium. Ad quem iterum Martianus dixit: Ut video, reatu tuo oppresus, nicil ad ea, quę interrogo, respondis. Iulianus sanctus dixit: Ego nec rebellis nec sacrilegus umquam fui; sed legem divinam observo, pro qua re tua inania contemnuntur mandata; nam quod me tacentem miraris, tecum loqui confundor, quem video sic mendaciis obvolutum. Nam horum imperatorum lex quomodo potest esse sacra, quę sacrilegium operatur? Martianus prędses dixit: Doleo super te, | quod sic magicis artibus occupatus sis, ut non intellegas, quan- | [89b tam vim habeant principum iussa, per qua obediens consequitur laudem, et principum meretur amicitias; inobediens autem, sicut tu esse dinosceris, pęne subiacet, et mortis heres efficitur. Nam audivi te tam nobilis familia exortum, ut adhuc natalibus tuis parcere dinoscar: pro qua re horto te ut filium meum, ut ad laudem generis tui diis thura offerre lętus properes.

23 Hęc audiens beatus Iulianus, dixit: Preses, malitia tua cęcatus, non recto ordine prosequeris, ut intelligere possis, quę sit laus generis mei: Tu mici suades, ut diis, quos colitis, thura offeram, ut gloriam et principum amicitias merear adipisci. Vos dinoscimini multorum deorum dearumque esse cultores; nos autem Trinitatis unicę cultores esse manifestamur. Dii vestri aut lapidei sunt, aut ęrei: si autem ęrei sunt, satis his meliores sunt cucumę, quę ad usus hominum ex ipso metallo fiunt; | si lapidei | [89c sunt respuendi sunt, quia ex ipsis sternuntur plateę civitatis ad evacuandum lutum. Omnes ergo deos, quos colitis, ex quolibet metallo, aut *conflati, aut sculpti dinoscuntur, et dicitis eos sacrificiis et thure placari, ut per hęc sint propitii his, qui eos colunt. Nos autem, qui Deum unum colimus, dicitis nos magicis artibus esse occupatos; pro qua re torqueri nos iubetis, verum Deum confitentes. Unde debes scire quod nescis, quia sicut non est societas luci et tenebrę, nec firma habitatio agni cum lupo; ita nec potest fides nostra subiugari imperio vestro. Martianus dixit: Mici verbis non

iussum est agere tecum; sed audi quid iubeant invictissimi principes, ut ex eorum lege cognoscas quid te agere oporteat.

24 Iulianus sanctus dixit: Quid iubeant audivimus; quid ergo me oporteat facere, consilio salutari definitum est. *Nefas est ergo grege, premisso pastorem, minime sequi. Cui Martianus dixit: Illi propter errorem suum dignam | consequuti sunt mortem: tu autem, ut evadas tor- | [89d menta, que contemtoribus debentur, et ut generi tuo. et natalibus tuis restituaris, hoc elaboro. Iulianus sanctus dixit: Labora pro te, vel pro tuis, quos diabolus sibi fecit heredes: pro me autem ille sollicitus est, qui me de limo terre formavit. Martianus preses dixit: Sic tecum debeo agere, quasi cum infirmo *cardiaco medicus, quoadusque sanitatem recipias. Quod si te sanum reddidero, magnam mici amicitiam apud principes conlocabo, nam et ipsi Domini mei multum tue *vesanie condolent. Iulianus sanctus dixit: Numquam auditum est, ut cecus inluminet videntem, aut morbidus curet sanum, aut errans corrigat recto itinero gradientem. Martianus preses dixit: Ergo ut dicis, cecus, morbidus sum, et errans, qui saluti tue cupio *consultum, et tu solus obtines sanitatem? Iulianus sanctus dixit: Hec omnia in te dominationem habent. Quod si velis te agnoscere, non te horrebat | medicus noster, per quem omnes christiani verissimam | [90a obtinent sanitatem. Quos autem colitis, demones esse manifestum est, qui in se credentes, perdere possunt, liberare autem non possunt.

25 Hec audiens Martianus preses, exclamabat tortoribus suis: Extendatur ad verbera, ut vel sic stultitia eius omnibus manifestetur. Beatus Iulianus dixit: Non est stultitia Deum nosse, sed gloria. Tu vero, secularibus oppressus *inlecebris, quid sit *congruum non agnoscis. Martianus dixit: Extendite eum, et fustes rigidos et nodosos adferte, et omnia membra eius fortiter dissipate. Quumque hoc fieret, unus de cedentibus, ictu percutiens, oculum amisit, et hic erat de necessariis presidis, qui etiam et imperatoribus notissimus fuit. Hec videns Martianus, fremuit ut leo, dicens: Tantum prevaluit magica tua, ut nicil sentias, et aliorum oculos evellas? Iulianus sanctus dixit: Martiane, vides quia hoc est, quod superius dixi. quia cecus, morbidus, et errans es. | Tandem, amota sevitia tua, qua | [90b in me *baccharis, audi que *prepono. Martianus dixit: Si pro salute tua, audiam te libentissime. Iulianus sanctus dixit: Convoca omnes, quos habes deorum et dearum probatissimos sacerdotes, et invocent nomina deorum suorum super oculum evulsum, ut restituant cultori suo visum. Quum autem non valuerint, ego nomen Domini mei Iesu Christi invocabo, et non solum evulsum oculum, sed cordis oculos ei inluminabo.

26 Tunc Martianus, tam vera ratione confusus, iubet omnes pontifices idolorum adesse, dicens ad eos: Ite, et inmortales deos sacrificiis optimis honorate, ut huic rebelli suo Iuliano ostendant virtutem suam: homini vero necessario oculum reformantes, et ipsum sue culture inclinent. Ingrediuntur lapides ad lapides, lapidum iussa implentes. Qui quum ritu illo nequissimo demonia appellarent, hoc accipiunt responsum in templo: Recedite a nobis, nequissimi sacerdotes; nos igni perpetuo mancipati sumus. Nam

tantum valet Iuliani deprecatio ad Dominum, | ut a quo die ad hoc | [90c *patibolum raptus est, nobis pęna centuplicata sit, et quum in tenebris clausi retineamur, quomodo homini lumen reddimus, quod ipsi non habemus? Hoc responsum accipientes in templo, egrediuntur falsa promittentes. Beatus vero Iulianus, quem nicil latebat, oratione facta, dicit ad presidem: Martiane, festina celeriter, ingredere templum, vocant te dii tui. Et licet non volumtate, sed invitus, quum ingrederetur ianuam templi, vidit omnia simulacra ęris, cristallina et *eletrina et aurea, vel vitrea, atque ex omni metallo sculpta quę amplius quam quingenta dinoscebantur, ita cominuta et in pulverem redacta, ut quia fuissent penitus non parerent. Tunc Martianus cęcatus a diabolo, clamare cępit, et dicere: O maleficia! sic prevalentia potuisse carmina, ut et vires deorum superent, et pretiosa *numina in pulverem redigant? Sed hic deorum patientia laudabilis es: | ad | [90d hoc sibi iniurias inrogatas sustinent, ut rebelles suos patiendo sibi subiugent. Hunc autem videamus si pollicitationis suę implet effectum, ut oculum ictu percutientis extinctum, sola invocatione nominis Dei sui valeat reformare.

27 Tunc Martianus prises ad beatum Iulianum dixit: Patientissimos deos te superasse gloriaris, quorum pietate circa te minime esse cognoscis: nunc vero promissum tuum imple, ut in Christi nomine, quem colis, oculum extinctum restituas. Sed ne hoc magicis artibus exerceas, *lutio te perfundi iubeo, per quod omnem maleficium fugari cognoscitur. Beatus Iulianus dixit: Hoc quod facturus es, non ad iniuriam meam, sed ad laudem Domini mei proficiet, ut et oculum pristinę sanitatis restituat, et putens lutium in *odorem convertat nectareum. Quumque eum perfunderent, ita conpletum est, ut a sancto Iuliano predictum est, ut non luto[e], set balsamo putarent eum esse perfusum. | Ad quod miraculum, licet incredulus, tabe- | [91a scebat.

28 Tunc sanctus Iulianus super oculum extinctum crucem dominicam faciens, et nomen Domini invocans, ita ei statim oculus restitutus est, quasi nicil fuisset passus. Sed hęc omnia magicis artibus, non Dei virtute, factum esse credebat Martianus. Ille vero, qui oculum recepit, clamabat: Verus Deus christianorum, ipse solus colendus, ipse solus est adorandus, quem Iulianus colit. Quem dum talia prosequentem prises audiret, gladio animadverti iussit. Quem nullus *ambigit, roseo sanguinis sui rubore perfusum, inter martyres Christi consecratum.

29 Sanctum vero Iulianum, diversis pęnis afflictum, et ferreis vinculis per membra omnia oneratum, sub voce preconis circumire civitatem precepit, dicens: Hęc merentur deorum rebelles, et principum contemtores. [2'] Quumque venissent ad locum, ubi filius iudicis litteris studebat, tunc ait puer ad condiscipulos suos: Rem video inauditam. Qui dixerunt: | [91b Quam? Et ait: Ecce video reum illum christianum, quem milites ducunt, multitudinem albatorum cum illo loquentem; coronam ex lapidibus pre-

---

[e] luto *corr. ex* lutio.

tiosis et auro super caput eius tenentes, cuius fulgur aëris istius obscurat lumen, cum alios tres viros, albescentibus comis, aureoque vultu, in similitudine aquilarum, super eum excubias celebrante[s]. Et hoc mici videtur, quia dignum est huic tali Deo credere, qui sic suos tuetur, et tali decore circumdat. Nam credite mici, fratres, quia in huius confessione delector, et talia pati desidero, si volebat deus eius esse Deus meus.

30 Hęc audientes condiscipuli eius vel magister, turbati sunt: quem blando sermone corripientes, ab hac intentione revocare volebant. Timebant enim, quia unicus erat patri. Et adiecit puer: vere magnus est Deus christianorum, in quem credere decrevi, qui credentes in se non deserit. Quę est gloria huius mundi? Ut uter vento extensus, qui plenus apparet oculis, et intus est vacuus, ita et gloria huius seculi, in qua nos temporalem | [91c habemus licentiam, et ęternam Dei potentiam non cognoscimus. Volumus dominari, et dominatorem verum, qui est in cęlis, corde incredulo volumtarię non agnoscimus. Quanto meliora sunt nobis iumenta vel canes, qui, voces vel iussa dominorum suorum agnoscentes, iniuriam morsibus et calcibus vindicant? Nos vero rationabiles homines facti, creatorem nostrum, colendo lapides et ligna, non agnoscimus. Sufficiat mici hucusque errasse, iam non errabo. Quod mici defuit, ostensum est; tempore accepto inveni: quare non elaborem, ut adquiram tempus sine tempore, et fruar lucem sine fine, contemnendo divitias labiles, ęternas adquiram? Nam impedimenta huius mundi separant a Deo[t]: potestas vero temporalis successione finitur, et vita ipsa morte excluditur. Illi ergo credere debeo Deo sancto, in cuius regno si militem, nullus mici successor venit: cuius ęternitati si sociatus fuero, mortem numquam permitesco. Hęc est vera gloria et nobilitas generis, | pro eo pati, quem quum torquebor, numquam | [91d amittam, quem quum confitebor, numquam derelinquam.

31 Hęc dicens prędisidis filius, proiecit volumina librorum, et ipsas vestes, quibus indutus erat, dicens: Polluta sunt vestimenta mea, et me ad Dei hominem properare necesse est: nudum me maternus uterus huic seculo fudit: quod mundi est, mundo derelinquam. Et hęc dicens, per plateam civitatis cursum arripuit, quoadusque ad locum, ubi sanctus Iulianus torquebatur, veniret. Ita enim iusserat iniquissimus Martianus: ut per omnes plateas et vicos civitatis diversis affligeretur pęnis. Tunc puer, prostratus pedibus sancti Iuliani, proclamabat, dicens: Te agnosco Patrem secundę nativitatis, quę mici Dominus ostendit: Martianum vero genitorem meum, veritatis inimicum, abnego et despicio. Tibique adherens, obto pro Christo salvatore, quam usque in hunc diem ignoravi, similia pati. Hęc videntes ministri pęnarum, vel milites, tabuerunt admirantes: stupuerunt | contriti, et sermo eorum in sensu defecit. Doctor vero stu- | [92a diorum fugere cępit. Tota quoque civitas utriusque vulgi natura ad spectaculum tante rei concurrebat; omnes videntes tremor invasit, cognoscentes prędisidis filium sancto Iuliano sic adherentem, talia proclamantem, sic

---

[t] a Deo] adeo *cod.*

vulnera eius osculantem, obstupescebant, dicentes: Universi populi, qui convenistis, cognoscitis me quod ego sim pręsidis filius, qui cum impio patre sanctorum veneranda corpora, licentia paternę potestatis elatus dissipabam. Hęc, ignorans Deum, feci; at ubi Deum cognovi, imo cognitus sum a Deo, diis abrenuntio, patrem et matrem abnego, divitias superfluas respuo, Christum confiteor, Iuliani beatissimi sequipedam me testor. Quid tardatis ministri vel milites? Ite, renuntiate parentibus meis, me verum Deum cognoscere, huic adherere, quem verum Dei cultorem agnovi.

32 Innotuit omni civitati, totamque provinciam fama peragravit. Nuntiantur | hęc patri eius et matri; qui, hęc audientes, sicut | [92b cera ab igne tabescebant. Et quia innumerabilis venerat populorum[g] multitudo, iubet filium suum, a sancto Iuliano segregari, et sibi restitui. Domini vero misericordia ita adfuit precibus sancti martyris Iuliani, ut si quis vellet extendere manum suam, ut eum separaret a complexu sancti Iuliani, statim contraherentur manus et brachia eorum.

33 Repperit pater factum, et iubet eos simul ad se perduci. Quumque eius aspectibus sisterentur, ait ad beatum Iulianum: Spei meę fructum magicis artibus auferre contendis, et tenerum pectus inlicitis carminibus genitorum affectum negare conpellis? Hęc dicente pręside, advenit et mater eius cum innumerosa familia utriusque sexus, circiter quinque milia: crinę soluto, uberibus nudatis, voces dabant ad cęlos. Tunc pręses hęc videns, scissis vestibus, lacerata facię, ad sanctum Iulianum clamabat: Iuliane crudelis, aspice dolorem patris et matris; aspice tantę familię planctus, | [92c et magicis artibus solve innocentem, ut et nobis unicum reddas filium, et huic tantę familię restituas dominum, ut et ego pro te imperatoribus suggeram, ut, culpa vacante, liber abscedas. Iulianus sanctus dixit: Suffragia tua opus non habeo, nec ab imperatoribus tuis dimitti desidero. Sed hoc rogo Dominum Iesum Christum, ut una cum isto agno de luporum visceribus nato, vel cum omnibus, qui crediturí sunt, martyrio conpleto suscipiat in eorum numero, quos tu in innocentiam viventes, igne consummasti. Nam ecce adest mecum qui fuit natus ex te, modo mecum credendo renatus; etatem habet, ipse tibi responsum det, ipse genetricis aspiciat lacrimas, ipse uberibus, quibus nutritus est, doleat morsibus et cede consumtis.

34 Ad hęc venerabilis puer respondit: Contingere etiam solet, ut de spinis rose nascantur; nec amittere tamen odorem suavitatis rosa nata de spinis poterit; necesse est ut *frutex, qui genuit rosas, spinarum suarum non amittat | aculeos: et in tenebris nati ad lucem veram concur- | [92d rent, ut consueti estis; pungite, et me odorem suavitatis credentibus permittite propinare. Vobis obaudiant, qui perire parati sunt; me imitentur qui de tenebris ad lucem convertuntur. Ego pro Iesu Christo Domino meo vos parentes abnego; vos pro deorum vestrorum culturam, filium tormentis affligite, ut per istam temporalem mortem, vitam adquiram ęternam. Nam nec possum in vos pius esse, et in me crudelis existere: nec vestrum amo-

---

[g] *man. post. corr. in* populis.

rem prępono ęternę lętitię. Quid moraris incredulus[h] pater? et non quasi verus Abraham, adprehende gladium, et Christo filium victimam offer. Aut si te viscerum pietas vincit, dirige me ad sęvissimum principem, ut ornamenta martyrii pęnis adimpleat. Vani et inanes sunt *singultus vestri, et falsę lacrimę. Ab hac confessione pietatis nulla me vestra exhortatio poterit revocare. In hac parte omnis | definitio philosophię cessat. | [93a Discedite a me. Paternum nomen et maternum Christi nomine non prępono.

35 Hęc audiens pręses exclamavit dicens: Custodia *privata recludantur, et quę necessaria sunt opes subministrentur. Audiens hęc beatus Iulianus, dixit: Hęc, quę tu dicis pręparari tibi, consen[tien]tibus inpendi iube. Audiens hęc pręses Martianus, fremuit ut leo, extimans pęna terreri, quos blandimentis superari non valuit. Iubet eos in carceris ima retrudi, ubi damnatorum membra diuturno tempore consumta, horribilium vermium examen ebulliebat, odor omni odore nequior. Illic introducuntur beati martyres, quos precedens gratia Domini locum horrendum delectabilem reddidit, et tenebras convertit in lucem, exhibens cereorum officia, nectareum odorem reddens, ebulliens pęna evanuit.

36 Hęc videntes milites circiter vigintim, qui eos custodię mancipandos adduxerant, conversi ad invicem, dicunt: | *Pudoris nobis non | [93b est, ut ferreum possideamus pectus: numquid iustum est ut ab hac tali luce ad tenebras revertamur, a vita ad mortem, ab odore nectareo ad horrendas effusiones sanguinum, a tali patre monente ad iudicem irascentem, a veritate ad mendacium, a sobrietate ad ebrietatem, a castitate ad libidinem? Turpe est enim reverti, et esse quod fuimus, et neglegere salutem, quam invenimus. Hęc dicentes, ad pedes volvuntur sancti Iuliani, laudantes et confitentes Christi nomen. Tunc beatus Iulianus cum venerabile puero gratias domino referunt. Audiens hęc Martianus pręses, pręponit custodię crudelissimos custodes, quo[ad]usque muneribus pręparatis, omnibus pęnas inferret. Beatus vero Iulianus, sollicitus de salute eorum, quos Christo adquisierat, orabat Dominum ut procuraret qualiter gratia babtismi firmarentur. Et hoc, non sine Deo, alium magnum donum in eadem civitate concessum est.

37 Ante tempus autem persequutionis, imperatores Diocletianus et Maximianus | priorem civitatis illius unice diligebant, quia ex ge- | [93c nere Carini imperatoris descendebat. Hic defunctus cum uxore sua, septem filios perfectos christianos *subprestites dereliquit: quos imperatores, retinentes ob amorem patris eorum, iusserunt eos sine aliqua persequutione christianę religioni deservire. Hii habuerunt secum sanctum presbyterem, qui eis sancta mysteria celebrabat. A Domino visitantur, et iubentur una cum presbytero carcerem petere, ut gratiam babtismi venerabilis pueri et milites consequerentur. Statim sancto precepto obędiunt; mox vero ut ad carcerem venerunt nocte, vident angelum Domini pręeuntem, qui tetigit ianuam carceris, et omnia claustra aperta sunt. Et orantes simul cum beato

---

[h] *man. post. corr in* incredule.

Iuliano, Deo vota persolvunt. Tunc illi septem fratres, una cum sancto presbytero Antonio, videntes splendorem gratię, clamabant, dicentes: Adsumus, adsumus, Dominus huc [nos] direxit cum sacerdote suo, ut omnes gratiam babtismi consequantur, et nos omnes per te, | pater Iuliane, | [93d veraces milites Christo facias militare. Audiens hęc beatus Iulianus dixit: Gratias tibi, Iesu bone, refero, quia dignatus es ita meum desiderium implere, ut hos, quos per me adquisisti, per babtismi gratiam in confessionem tui nominis et fide confirmentur. Dignare, Domine, ut hos, quos impietas imperatorum, quasi agnos parvulos inter tanta agmina luporum, ad tui nominis sancti confessionem perducere digneris.

38 Nuntiatur impio Martiano factum, et conperit septem germanos, sine aliqua persequutione Iuliano sociatos, obtare mori pro Christo. Hęc audiens pręses contremuit, et educens eos de custodia, sic eos adloquitur: Quid vobis contigit, o infantuli, quos ita principes tuentur et diligunt, ut arbitrii vestri essetis et fidei vestrę cultores? Quid patimini sine aliqua persequutione obtare mori, quibus concessum est vivere? Si filium maleficiis ego amisi, et militum mentes, nescio quibus carminibus, mutatę sunt, audite me, | et stote securi, ut fuistis. Ad hęc venerabilis fratrum | [94a senior respondit: Pręses, audi quę a me dicuntur. Preses dixit: Dic et audiam te. Ille dixit: Massa auri naturę suę claritatem obtinet, sed nisi per manus artificis, igne, et malleis, et limis per partes dissicetur, regnum in capite regis non perficitur: aut si in ipso metallo auri, industria artificis, diversarum margaritarum, et lapidum pretiosorum non fuerit pretiosum, diadema non conponitur, ut omnes, qui vident, mirentur aurum naturę suę splendore diversarum margaritarum, et lapillorum naturę adherentem. Ita sumus et nos nati de christianis christiani: sed nisi ipsa nativitas in publicum fuerit omnibus manifesta, in occulto non coronatur: et nisi Iuliani vestigia inmaculato corde sequuti fuerimus, in diademate ęterni regis Christi esse non possumus. Satis horrenda est arbor, quę foliis *vernat, et creatori suo melliflua poma non exhibet. Hęc audiens pręses, | iubet | [94b eos in custodia revocari, in qua custodia pro his sanctus Iulianus vel omnes sancti Deum deprecabantur, ne serpentis blandimenta falsa *innocua, pectora declinarent ad verba maligna. Suscipiunt sancti lętos, de quibus erant suspecti.

39 Tunc Martianus suggessionem fecit imperatoribus, dicens: Piisimi principes, subvenite legibus vestris, et divinis numinibus, qui remanserunt, prebete *munimina; et magum Iulianum vestris obtutibus presentate, qui magicis artibus amplius quam quingenta deorum simulacra, per quem mundus florebat, cominuit; filium unicum a me separavit: militum mentes, nescio qua magica arte persuasit; et septem germanos, quos clementia vestra fidei suę permisit esse cultores, beneficiis vestris fecit esse ingratos. Quid iussu vestro determinet, ipsi decernite. Hęc audientes, imperatores hanc dederunt sententiam: ut si Iulianus cum sociis suis in hac confessione maneret, ad exemplum aliorum, convocata omni provincia, et omni vulgo expectante, singulis | singulas iubent pręparari cupas, et ab | [94c

intus picę, *bitumen et *sulphur mitti, et singulis in ea[s]dem recludi, et, igne supposito, concremari. Quod si adversus hęc magica ars prevaluisset, haberet licentiam, qua vellet, eos pęna affligere.

40 Accepta hac auctoritate, prises iubet sibi in foro sedem preparari. Alia vero die quum sedisset, iubet sanctum Iulianum cum sociis suis eius conspectibus sisti. Quumque sisterentur, in hac voce serpens prorupit, dicens: Nicil de vestra salute per tanta temporis spatia cogitastis? Sanctus Iulianus respondit: Cogitatus noster, qui est ab initio, in quo cępit in hoc et finiet. Tu tamen si aliquit cogitasti pęnarum exerce. Martianus preses dixit: Quod cogitavi, ego adimpleam. Et adiecit: Audistis quid de vobis terminaverunt invictissimi principes? Cui venerabilis puer respondit: Audisti et tu, nec nominande nec dicende, nec videnda pater, pęnam quod preparavit vobis Dominus, et diabolo, qui effecti estis angeli eius? | [94d Et subsequitus sanctus Iulianus dixit: Quod iusserunt adimple; non delectamur audire.

41 Eadem hora corpus exanimę per plateam civitatis deferebatur sepulture mancipandum. Tunc Martianus, cęcato corde, iubet corpus reduci. Quumque factum fuisset, iubet eum in medio foro deponi. Omnes, hęc videntes, obstupescunt, et ait ad sanctum Iulianum: Magister vester, Christus, dicitur, antequam crucifigeretur, qui<a> mortuos suscitavit: hic parebit, si vere Deus est, si vos, sicut et magister vester, hunc suscitaveritis mortuum. Sanctus Iulianus dixit: Quid prodeest cęco, quando sol oritur? Martianus dixit: Hic iam nunc parce fabulis; sed si aliquit prevales, aut Deus tuus, sicut superius dixi, hunc mortuum suscita. Beatus Iulianus dixit: Licet infidelitas vestra hoc non mereatur a Domino, tamen quia tempus est, ut virtus Domini mei manifestetur, nec hoc inpossibile putes; fidelem habeo promissum Domini mei, credens quia quicquid ad eum petiero, | [95a non me fraudabit. Tunc sanctus Iulianus, oculorum intemtionem in cęlo defigens, fere unius hore spatio, inmutata est facies eius, et facta est ut nix, et his verbis coram omnibus fudit orationem ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui es verus Filius Dei vivi, qui in principio natus de Patre sine tempore, et in novissimo mundi carnem de virgine sumsisti, natus de virgine sine semine, aspice in hac hora de sumitate celorum ad confusionem inimicorum tuorum, et ad corroborandam fidem in te credentium; et qui operatus es positus in terris, exaudi nunc qui es in cęlis, et suscita hunc mortuum, ut vivi non moriantur, sed mortui revivescant in te, Domine Deus. Et hęc dicens, ait ad corpus: Tibi dico, terra arida, in ipsius nomine, qui quadriduanum Lazarum suscitavit a mortuis, ipse te imperet, surge super te. Et hęc dicens sanctus Iulianus, surrexit qui erat mortuus, et voce magna clamabat: O acceptabilis oratio! | O inmaculata vir- | [95b ginitas: quantum meretur! Ubi ducebar, et unde reductus sum?

42 Tunc cęcatus Martianus, inridendo dicebat: Ubi eras, vel unde redisti? Tunc ille, qui fuerat mortuus, dixit ad presidem: Preses, permitte me ordinem prosequi. Martianus iterum inridendo dixit: Prosequere. Et ille dixit: Ducebar a nescio quibus eziopibus, quorum status erat ut gigan-

tum, aspectus horrendus, oculi ut fornax ignis ardentis, dentes ut leonum, brachia ut trabes, ungues ut aquile, in quibus nulla misericordia est. Hii me lętantes ducebant ad infernum, et iam quum prope os putei abisi essem, ad hoc expectabatur, ut caro mea terrę redderetur, ex qua sumta est, quia nec iusta, nec impia, nec peccatrix anima mancipatur loco debito, antequam caro sepeliatur. At ubi tu pręses corpus meum fecisti revocari, et beatus Iulianus orationem fudit ad Dominum cęlorum, infernus omnis conturbatus est, et audita est vox de throno Dei, dicens: Propter dilectum meum Iulianum | reducatur hęc anima, quia in nullo eum volo con- | [95c tristare, in quo sic et Pater et Filius et Spiritus Sanctus lętantur. Post hanc vocem advenerunt duo albis induti, et auferentes me de dominatione impiorum, huic luci reddiderunt, ut per eum, qui me suscitavit, cognoscam eum post mortem, quem vivens negabam. Hęc videns pręses, et audiens, turbatus est; et ne discessio fieret inter tantas multitudines, iubet eum cum sanctis in custodia recludi, et clausura anulo suo signare. Quem beatus Iulianus fecit babtismi gratiam consequi: et cum ipsis in martyrio *agonizare.

43 Impiissimus autem Martianus iubet penam pręparari, quam imperatores iusserant. Quumque parata fuisset, inluxit dies: populi utriusque sexus currebant ad spectaculum *circi; et sedens pro tribunali pręses, universa ętas concurrit; et qui nolebant a ministris *urguebatur. Ordinantur cupe in ordinem triginta una. Terror intolerabilis agitabatur: mediantur cupe sulphure, bitumine et pice: | adgregate vero copia lignorum et | [95d sarmentorum et stuppe, iubet impius pręses sanctos produci de custodia. Sanctum vero Iulianum et puerum unum vinculum retinebat, cęteri vero, onerati vinculis catenarum, trahebantur ad spectaculum, [et] hymnum Deo omnes una voce clamabant, dicentes: Bonum mici est quod humiliasti me, Domine, ut discam iustificationes tuas. In quorum aspectu novam pulchritudinem omnis ętas mirabatur, quorum mentes ad fletum conversę pietas inclinabat. Clamabat omnis ętas inconfuse. Viri dicebant: O iniustitia! et nos filios habemus. Mulieres, solutis crinibus, clamabant: O gemitus amarior felle! ut quid talis iuventus igne crematur? O potestas cęca, quę nec vivis parcit, nec mortuos audit!

44 Tunc sanctus Iulianus, silentium petens, ait ad populum: Ne prohibeatis fieri. Sinite nos fieri splendidiores auro per ignem; hoc scientes, quia videbitis nos creduli et increduli, igne consumto, sicut videtis nunc ante ignem, inlęsos. | Tunc impiissimus Martianus conspectui suo | [96a iubet eos statui, quibus ait: O disperata voluptas, per quam decus iuventutis ad interitum properat, nescio quo carmine sic alienata <sunt> mentes. Convertimini, si tarde pro vestra salutę inmortalibus diis, quibus pro vobis elaborant, cervices flectite. Quod si volueritis, ego ab imperatoribus obtinebo, ut vos sine aliqua persequutione religionis vestrę faciant esse cultores; tantum ne unica mici filii dulcedo cum talibus etatibus in ipso flore *vernantis ab igne cremetur. Et hęc dicens, cępit eiulans voces dare: O insanabilis dolor pectori meo! Quem primum plangam, quum in omnium decora corpora? Filium meum dulcissimum considero. O Iuliane, omnium

magorum magister, quam multa bona tecum trahis ad mortem, ut filius negando patrem, nec matrem agnoscat? Vel antequam pereas, fili, ex ore dulcissimo verba audiam tuo: ecce venit et mater tua, quę partus sui dolores, quos non sperabat, invenit ecce in | numerosa familia, qu<e t>e | [96b sibi futurum dominum gaudebant, *funeri tuo valedicturi adveniunt.

45 Ad hęc venerabilis puer Celsius dixit: Lugeant se et te; nos autem, quos conspiciunt ad regna cęlorum pergentes, quur lugent? Nam omnes nos transibimus per ignem istum, et inlęsi tibi parebimus, et huic tanto populo, qui agonem nostrum expectant. Dęmonia vero, quos colitis, et illos *pestes, quos imperatores dicitis, ac si *purgamenta despicimus. Prędes dixit: Ipsa est contumax audacia vestra, quę vivere vos non permittit. Beatus Celsius dixit: Per ipsam vanitatem, quem colis, te obtestor, ut ea, quę ad te peto, intrepido corde petitioni meę tribuas effectum. Preses dixit: Quicquid volueris expete. Beatus Celsius dixit: Dum me videris post ignem inlęsum, permitte ad me venire matrem meam, ut triduo cum ea conloquium habeam, dilatione concessa. Et si mici unam rem quam voluero, concesserit, nec me, nec ipsam amittis. Mater, hęc audiens, urguebat fieri. Tunc prędes cęcatus a diabolo, dixit: Si ex igne inlęsus exieris, | [96c quod fieri non credo, faciam quę desideras.

46 Tunc memoratus prędes, non tolerans incendium filii videre, assessorem suum reliquit, qui principum iussa impleret; ipse autem, scissis vestibus, et ululans, cum uxore iam prope mortua domi revertuntur. Exurgit luctus *imanis, plangentibus cunctis. Lugebant parentes filium, servorum multitudo dominum suum, nec erat qui consolaretur. Quid multa? Assessor munus sibi iniunctum adimplet. Iubet sanctos in singulas deponi cupas. Sanctus vero Celsius, qui numquam a latere sancti Iuliani fuit disiunctus dans ei pacem, ad paratum supplicium properat intrepidus. Quumque singuli a ministris adprehenderentur, et deponerentur in cupas, sicut prius conteximus, pice, bitumine et sulphure impletas, adgregata copia lignorum et sarmentorum et stuppe, iubet assessor subponi ignem. Quod quum factum fuisset, eructuabat flama, excelsior *obolisco, amplius cubitis triginta elevatur. De medio vero | ignis, ita multitudo psallentium resonabat, | [96d quasi vox aquarum multarum. Consumtis vero omnibus, ignique subducto, apparent sancti ut aurum vel argentum rutilans, et ista modulatione hymnum Deo canebant: Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerio. Et iterum: Ignis ardens atque coruscans vim naturę suę oblitus est.

47 Nuntiantur hęc prędidi, Dei sanctos inlęsos hominibus apparere. Hęc audiens Martianus, rapidissimo cursu cum uxore sua ad spectaculum properat exitum rei cognoscere. Tunc hac voce erupit, dicens: Iuliane, per Deum tuum te obtestor, ut dicas mici, unde tantam virtutem maleficiorum didicisti. Beatus Iulianus dixit: Quia per Deum meum me obtestatus es, qui est auctor horum mirabilium, referam quomodo possum mereri, qui desiderant talia maleficia discere, primum ut se ab hominibus seculi actionibus faciant alienos, ut solam vocem Domini audiant, | impe- | [97a

iantis et dicentis: Si quis vult post me venire, abnegat semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me; et nicil Christi amore pręponat; nicil aliut desideret, nisi quod ipse Dominus promittit; non considerans patrem, non matrem, non filios et cętera, quę sunt inpedimenta animę; ante omnia, qui pauperum curam sollicite gerunt, qui contenti sunt esurire, ut refocilentur alii; satis Deo acceptum est hoc munus, quo indigens saturatur, quo nudus vestitur, quo iracundię tempus non reservatur, quo inpatientem per patientia superat, quo non dicitur sancto, sancte quum non sit; multi enim dicuntur quod non sunt; et multi sunt qui vere sancti sunt, et non de eis dicitur quod sunt, sed humilitate et gratia pleni, ab hominibus audire nolunt quod sunt, ut ab illo recipiant mercedem, qui novit quod sunt. Hii tales hanc artem, quam ego didici, discere possunt. Non solum in hoc corpore *degentes, hanc merebuntur | gratiam, sed et in ęterno seculo iste conse- | [97b quentur; qui inlatas sibi iniurias pro laude deputant; qui sibi iniurię tempus non reservant; qui reconciliantes se proximo et proximum sibi, sic offerunt munera Christo; qui humilitatem obtinent, quę est culmen omnium bonorum. Martianus pręses dixit: Et quis tam insipiens est, qui huius vitę lętitiam fugiat, et ad istam tantam iniuriam semetipsum inclinet? Iulianus sanctus dixit: Deus omnibus paratus est dare, sed pauci digni sunt accipere. Pręses sancto Iuliano dixit: A te. meus sermo iam finem accipiat. Iulianus sanctus dixit: Hoc et ego semper obtavi.

48 Tunc pręses ad filium suum ait: Ecce mater tua; postulasti ut triduo cum ea habeas indutias. Hęc enim ad omnia tibi parata est, ne te unicum multorum bonorum suorum amittat dulcissimum filium. Sanctus Celsius dixit: Hoc triduo mici, matre concessa, nulli licebit interesse tuorum. Pręses dixit: Ut vis, ita concedo; et adiecit: Recludantur simul custodia *privata. Impletur iussio pręsidis. Tunc sancti martyres recluduntur | civili custodia, una cum matre pueri. Ingressi vero sancti, | [97c hanc orationem fuderunt ad Dominum: [4] Deus, qui pręscius es futurorum, qui transacta veluti presentia conspicis; qui mentes conprobas, non ętates; tu, Domine, oculos cordis huius aperire dignare et acceptabilem tibi fac terram, ex qua fructum suscepisti, in quo lętaris.

49 Statim comotus est locus, in quo erant, et fulgur argento septies emicuit splendidior, nec odor consuetus sanctis defuit, et vox psallentium in aera resonabat: Vere pius Deus, qui iustificas animas peccatrices sine operibus. Hęc mulier audiens clamabat, dicens: Numquam in diebus vitę meę talem odorem suavem conperi; nam sicut in hortis amęnissimis, liliorum et rosarum et *croceus et balsami odor respirat, ita *olfata bonis omnibus sum refecta, ut dolorum omnium meorum oblivionem patiar; nec aliut cordi meo remanere cognosco, nisi ipsum esse verum Deum, pro quo filius meus agonizatur.

50 Hęc audiens beatus Iulianus cum omnibus sanctis, talem *fertur mulieri propinasse doctrinam: | Beata tu credens, quę sic fructus | [97d tui merito animę et corporis medicinam celeriter consequeris: nam talis est medicus, qui tuam suscipit sanitatem, ut non diu curet vulnera tua,

sed semel probando fidem tuam. Venerabilis puer subsequutus dixit: Vere te modo veram matrem profiteor, vere te genetricem meam ego agnosco: nec tu amittis filium, nec ego matrem, si una mecum ad illut contendas donum, pro quo omnes sancti tanta sustinent. Venerabilis vero mulier, cuius intima pectoris divina gratia iam inlustraverat, ad filium dixit: Cognosce me, fili, nicil aliut amori eius pręponere, quem tu sic diligis. Pro qua re quicquid saluti meę convenire cognoscis, exerce. Puer respondit: Corde creditur ad iustitiam, et quia ab ab ore fit confessio in salutem, hoc tibi deest, ut purificationem babtismi sancti accipias, per quam effici possis habitaculum Spiritus Sancti. Mulier respondit: Ecce nos claustra obtinent, et militum custodia circumvallat, nec introeundi nec exeundi | licen- | [98a tia permittitur: et quomodo inveniam hunc hominem, talem quem mici pręponis?

51 Sanctus Iulianus dixit: Hic habemus sanctum et verum Christi sacerdotem, qui te purificet; tantum ut ex corde abneges deos patrię tuę, et unum Deum credas, cuius imperio imperant principes, cuius gratia confirmantur duces, cuius tremore contremescunt gentes cuius sapientia sanctificantur sapientes, cuius imperio operiuntur cęli nubibus, cuius volumtate dant terrę pluviam, cuius dono terra fecundatur, cuius volumtate quę necessaria sunt hominibus gignunt, cuius dono inundantur fontes. Ipse est Christus Deus ęternus; Pater in Filio et Spiritu Sancto, per ipsius splendorem inluminantur cęci, tenebrę incredulitatis fugantur, ipsius nutu gubernantur universa, quia ipsius volumtate creata sunt omnia. Hęc audiens mulier, dixit: Qui hęc ita esse non credit, ferreum possidet pectus, nec hominum gerit sensum, sed pecodum. Tunc omnes sancti referunt Domino gratias, qui dignatus est de luporum faucibus ovem perditam liberare. Ad quem iterum beatus Iulianus conversus, ait: | Ita credis, ut audisti, unum | [98b et verum Deum esse in cęlis, in quo est una maiestas et deitas? Mulier respondit: Ipsum credo verum esse Deum, qui certis liminibus fixit mare, qui ei posuit terminum, quem non transgreditur, qui cęlum suspendit, et eum diversarum stellarum splendoribus adornavit, qui eum perpetuo solis ardore firmavit, lunę initium et finem instituit: ipse est Dominus Iesus Christus.

52 Hęc dicente muliere, locus contremuit in quo erant, et audita est vox in aera, dicens: Credidi propter quod loquutus sum. Hanc vocem sancti auditam, una voce dixerunt: Amen. Tunc beatus Antonius presbyter bapti⌈za⌉vit eam, cui venerabilis Celsius, filius eius, pater in babtismo factus est. Quumque omnes de eius salute lętarentur, audita est iterum vox, dicens: Viriliter agite, et confortetur cor vestrum in Domino. Post huius vero auditum vocis conpletum gratię munus, ait sanctus Iulianus ad eos: Hęc vox, quę ita intonuit auribus vestris, pronuntiat nobis futuras passiones, et genera tormentorum, quę adversus nos cogitat inimicus. Pro qua re hortor vos, sancti martyres, ut fidei nostrę cursum Domino comendemus, qui potens est fidem nostram conservare, | et cursum nostrum con- | [98c summare, ut repositam coronam iustitię mereamur recipere.

53 Quid multa? Cognoscit impius Martianus uxorem suam martyrum effectam sociam, atque in Christi amore esse firmatam. Et iubet ad domum suam prevati martyres exhiberi. Quumque eius aspectibus presentarentur, ait ad venerabilem puerum: Matrem tuam, qua condicione postulasti tibi concedi ego ignoro; quidnam vero gestum sit, edicito. Venerabilis puer respondit: Gratias ago Deo meo, qui volumtati meę fructum ita perfecit, ut et ego in ęternum possideam matrem, et ipsa me filium: ab hac die cognosces nos in amorem huius vitę spem penitus non habere. Pro qua re nec ego te novi patrem, nec ista maritum. Tunc ira repletus pręses, iubet mulierem conprehendi, et domui retineri. Ad quam dum adpropiarent ministri, volentes eam contingere, facti sunt cęci. Hęc videns Martianus, cęcatus a diabolo, iubet omnes recludi in ima carceris.

54 Et alia die, sedens pro tribunali, iubet viginti milites, qui in agone certabant pro Christi | nomine, decollari: septem vero germanos | [98d igni tradi permisit: Quod quum factum fuisset, martyrium suum consummaverunt in pace. Iulianum vero cum Antonio presbytero, matrem et filium, et quem infernus vivum reddiderat iudicio suo reservavit.

55 Quumque sedisset pro tribunali in foro, iubet beatum Iulianum et reliquos sanctos, quos superius memoravimus, exhiberi. Ex officio dictum est: Adstant. Tunc Martianus sic erupit. Tecum, Iuliane, penitus loqui non habeo dignum. Et adiecit: Tu es Antonius, quem papa suum christiani testantur? *Constat te huius magicę artis auctorem esse. Beatus Antonius presbyter respondit: Gratias ago Domino meo Iesu Christo, qui me gratię suę indignum fecit esse ministrum. Pręses dixit: Vel tu mici dic, Antoni, quę es magica ars vestra, ut sic separetis coniugia, et filios a parentibus disiungatis, inmortales enim dii per vos *blasphemantur? Quę est ergo hec audacia vestra? edicito mici: ut ex ore tuo audiam et | [99a cognoscam qualiter vobis et artibus vestris magicis finem inponam. Tantum enim prevaluistis ad decipiendum populum, ut gloriemini vos mortuum suscitasse, per quod tot innocua pectora *inretistis. Ad hęc beatus Antonius presbyter dixit: Obtabam quidem, ut ducem huius agonis nostri Iulianum tibi provocares, et ab eo responsum acciperes: sed quia unus est Dominus Iesus Christus, qui tangit organa cordis nostri; percontatus es quę voluisti, audi quę nunc a me inquiris. Quoniam a nobis hęc dicis exerceri, Deus hoc nobis dedit preceptum, ne margaritę pretiosę porcis mittantur, qui dixit: Non veni mittere pacem super terram, sed gladium: veni enim separare filium a patre, et fiiliam a matre, et cetera. Et alio loco consequenter dicit: Qui plus fecerit patrem aut matrem, aut uxorem aut filios aut agros, aut aurum, aut argentum, aut domos, non potest meus esse discipulus. Hanc vocem audiens, filius tuus, non fecit te carnalem genitorem, plusquam Christum creatorem. Simili modo et quam dicis | tuam uxorem, hanc | [99b vocem Domini conpertam, contemsit te, mortalem et tortorem, ut per Christum inmortalem requiem ęternam consequatur. Et adiecit: Nicil tam verius, nicilque tam lucidius agnoscere poteris. Hęc audiens Martianus, iubet eos in custodia recludi, dicens: Excogitabo pęnas, quibus isti intereant.

56 Alia vero die, convocans ad se sacerdotes templi, dixit ad eos: Ornate venerabilem templum Iovis, Minervę, et Iunonis ex *eletro puro, constricte imagines, quibus suavissimum odorem et copiosa delectamenta ministrate; libationes et incensa prępare. Hęc audientes ministri, consuetas pręparant hostias. Quid multa? Inluxit dies: patefacto templo universa multitudo convenit, admirantes templum patefactum, quod vix semel in anno, principum natale, patefiebat. Tale enim erat opus fabricę, ut non marmore, sed ex tabulis argenteis [parietes et] pavimentum instructum splenderet, auro purissimo et margaritis vel lapidibus pretiosis crispantes camerę radiabant.

57 Quumque omnia pararentur, ingresus | prędes templum, | [99c iubet Dei sanctos adduci. Quibus presentatis, dixit: Ecce nunc, Iuliane, et tu Antoni, tempus advenit in quo vos, et consortes vestri salutem consequamini. Hoc enim elegi pro vestra salute, ut in isto terribili templo deorum thura inmortalibus numinibus ofteratis. Quod si adhuc in ista contumacia vestra persteteritis, abnegantes istos, pro quibus huc usque peperci, diversis tormentis in vos *debacchabor. Pro qua re, Iuliane, quia [te] constat auctorem huius esse sceleris, accede, et repropitia tibi deos inmortales per quorum divinitatem generi tuo restituaris. Beatus Iulianus respondit: Prędes, tu definieras mecum sermonem non habere; sed quia cognosco verum tempus, quod ipse dixisti, ut et nos salutem consequamur, et numina a nobis honorentur, fac omnes sacerdotes deorum intus adesse, ut cognoscant qualiter sacrificemus. Et ait prędes: Bene valeas, obtime. Iulianus sanctus dixit: Quia acceptabilem gloriam et laudem accepturos nos persuades, ut omnibus in unum conmanentibus diis vestris imolemus, hoc | nos | [99d facturos esse non piget. Nam ideo semper distulimus, ut in isto templo mirabili, quod habetis, magnum sacrificium omnibus imolaremus.

58 Tunc enim lętatur qui convivium parat, si omnes adfuerint invitati, ut nullum pretereat epulsum quod est paratum, ut in posterum nullus sit qui irascatur. Tunc prędes, non intellegens quo ordine talia prosequeretur, dixit: Gaudeo de vobis, quod credere cępistis mellifluam hanc lucem, omnibus bonis redundantem, diis imolando non amittere. [3'] Tunc iudex iubet omnibus vincula auferri, dicens: Turpe est retineri vinculis, quibus cęperunt dii esse propitii; existimabat enim verum esse, quod audiebat. Quumque exonerarentur ferro, quo erant constricti, ait prędes ad venerabilem puerum, et matrem eius: Accedite, et repropitiate vobis deos, quibus nunc usque servistis. Cui venerabilis mulier solum hoc dedit responsum: Non mici faciat Deus verus, quem ego agnovi, ut ultra tecum conloquium habeam. Per ignorantiam feci, quod dicis. | Iam nunc cognovi veri- | [100a tatem a qua numquam recedam. Tunc prędes, conversus ad beatum Iulianum, dixit: Ecce parata sunt omnia, implete quod spopondistis. Sanctus Iulianus dixit: Iam est hora in qua glorificemur, ut omnibus videntibus gloriosi appareamus, ut sit omnibus in notitia seculi superventuri sacrificium Deo, quod facturi sumus hodie. Tunc prędes iubet eos privata custodia venire, existimans verum esse, quod audiebat. Ingressi vero sancti in

templum, vexillo crucis armant frontem. Tunc beatus Iulianus ait ad presidem: Quid precipis, preses? Omnibus diis offerimus sacrificia? Preses dixit: Omnes, quos conspicis, inmortales sunt, pares sunt virtute, et equales sunt gloria: nec invident sibi in cultoribus suis, *precipue in vobis, qui eos tarde cognoscitis.

59 Hec dicente preside, figit genua sanctus Antonius presbyter, et beatus Iulianus cum sociis suis, et aiunt: Deus, qui es sine initio, sine fine, sine tempore, qui eternum possides nomen, qui non in manufactis letaris, quem non capit mundus, sed capis mundum, et requiescis in | corde | [100b mundo; qui per prophetam sanctum dixisti: Omnes dii gentium demonia: tu autem Deus Abraham, Deus Isaac [1], Deus Iacob; qui in sapientia fecisti celos, fundasti terram, congregasti maria, et terminum ei posuisti, unde non trasgredietur; quem murmur undarum sua voce conlaudant; quem diversarum volatilium, garrule voces conlaudantes, suaviter agnoscunt suum creatorem; qui Christi arbitrio creasti universa, aspice nunc in subversionem templi huius, et adstantes demonum *thecas, et tantorum istorum frange audacias, ut ad nicilum redigantur hec omnia, in quibus gloriantur; ut te solum agnoscant, et glorientur in te, qui credunt in nomine sancto tuo, et in Iesu Christo Filio tuo, quem cognoscimus tibi coeternum et coequalem in unitate Spiritus Sancti in secula seculorum. Quumque omnes dixissent: Amen, omnia sculptilia ad nicilum redacta sunt, templum vero ita submersum est, ut quia fuerat non appareret. Nam et multitudo sacerdotum circiter mille cum templo dimersi sunt; sed et alia multa paganorum multitudo simul interiit. Ignis vero eructuans est in eodem loco, usque in hodiernum diem. | Tunc beatus Iulianus dixit presidi: Ubi sunt | [100c manufacte imagines demonum, in quibus confidebas? ubi eletrum? ubi aurum? ubi templi pulchritudo? ubi parietes et pavimentum argenteum? ubi metalla pretiosa? Ecce invocato Christi nomine, in terram reversa sunt, unde adsumta sunt, unde et erant. Sicut enim illa omnia uterus terre recepit, ita vos et imperatores vestros, et omnes cultores demonum perpetuus accipiet infernus, ubi ignis edax non *extinguetur, et vermis devorans non morietur, ubi corpus semper repparatur ad penam, ubi misericordia queritur, et non invenitur. Hic vos talis expectat locus, et auctorem vestrum diabolum. Hec audiens Martianus, dixit: O virtus magica, o carmen inardecens, quam prevalens est etiam, ut terra os suum sic aperiat, et tanta bona ab oculis pie fruentium auferat! Iam non miserebor: iam non parcam: antequam eos gladio feriri iubeam, de eorum pena me saturabo. Iubet Dei sanctos in ima carceris recludi.

60 Et nocte, quum in Dei laudibus morarentur Iulianus et socii eius, in ipso medio noctis silentio adest multitudo | sanctorum sacerdo- | [100d tum, quia ad martyrii palmam triumphaverant, omnes stolis albis induti; inter quos et viginti milites et septem germani glorificati adveniunt; adest et Basilissa cum choro virginum: in qua multitudine sola vox alleluia de-

[1] Ysaac *cod.*

clarabatur. Tunc beata Basilissa adloquitur sanctum Iulianum, dicens: Regna cęlorum patefacta sunt. Venite, apparitionis suę cum comitibus tuis ad se recipiet; et omnis patriarcharum, et apostolorum vobis occuret numerus, in quorum numero Dominus Iesus Christus vos sibi cum perpetua lętitia sociabit. Et hęc dicens, iterum audita est alleluia tertio, et visio ab oculis eorum ablata est.

61 Alia dię iubet in medio foro prędses tribunal sibi prędparari, et adduci ad se precepit sanctos. Excogitans iniquissimus serpens nova et inaudita tormentorum genera. Iubet igitur ministris, ut sanctorum manuum ac peduum digitos *luciniis in oleo | madentibus conligari, et igne | [101a subposito, concremari. Quumque factum fuisset, luciniis consumatis, incorrupta sanctorum caro apparebat. Tunc hęc videns inimicus, iubet sancto Iuliano, et venerabili puero cutem capitis auferri; sancto vero Antonio presbytero <et> Anastasio, qui suscitatus fuerat a mortuis, clamantibus et dicentibus: Gloria tibi. Christe, iussit oculos eorum uncinis ferreis effodiri. Sanctam vero Marionillam, matrem pueri, quam Deus prescierat pęnas tolerari non posse, quum eam iuberet eculeo applicari, si quis ex ministris ad eam voluisset adiungere, cęci efficiebantur. Sanctos vero suos Dominus ita curavit, et inluminavit, ut omnibus apparerent quasi nicil fuissent passi. Tunc exclamat Martianus, dicens: Heu, vincimur! Quid aliut faciam? Atamen adhuc unum superest. Tunc iubet *anfiteatrum prędparari, in quo ingressus, quum tribunal ascenderet, iubet Dei sanctos exhiberi, et omnium ferarum dimitti multitudinem. Quumque dimissę essent ferę, singulę veniebant, | et sanctorum pedes lambebant. | [101b

62 Hęc videns prędses, convocans *magistratus civitatis, iubet omnes custodias presentari, et personas iam morti dignas in anfiteatrum intromitti, et Dei sanctos inter *dedecoras personas, et *sacrilegas, decollari prędcepit. Tunc sanctus Iulianus cum sanctis conmartyribus suis, dixit: Gratias tibi, Christe, qui nos usque in hanc horam salutis perduxisti. Tunc venerabilis puer cum sancta matre sua ad prędsidem dixit: Notas tibi sint facies nostras, quas in hoc seculo gratia Christi si⌈c⌉ vides inmutatas. Tu enim perfidia tua feditatem conabaris nobis inponere; gratia vero et pietas Christi induit nos magna gloria decoris, ut in illa dię cognoscas nos in gloria, quum tu fueris in pęna. Martianus crudelis cum noxiis personis iubet sanctos comisceri, et intromissos spiculatores, Dei sanctos iussit gladio consummi.

63 Quumque factum fuisset, statim terremotus factus est magnus, ita ut prope tertia pars civitatis a fundamentis subverteretur. Nec qualiscumque locus stare permissus est, in quo idolum esse dinoscebatur. | [101c Fulgura et tonitrua et grando intolerabilis exortus est, quę maximam partem incredulam consumsit. Ipse autem Martianus semivivus evasit. Qui non post multos dies, vermibus ebulliens, expiravit.

64 Ea vero nocte venerunt christiani populi et sacerdotes, et prę multitudine cadaverum sanctorum reliquias non cognoscentes, positis genibus, oratione conpleta, apparuerunt eis in specię virginum animę sanctorum, et

unaqueque super *corpoream thecam suam residens, sic sanctorum reliquię collectę sunt. Domini gratia ita ordinavit, ut sanguis eorum, quasi panis lactineus circa unumquemque eorum congelaretur, ut nec terra auderet os suum aperire ad sanctorum cruorem recipiendum, quia iam de sceleratorum sanguine fuerat satiata. Sancta vero corpora auferentes sacerdotes, sepelierunt in sancta ęclesia sub sacrosancto velamine altaris.

65 Unde Domini pietas indeficientem fontem prodire iussit, cuius undis sacrosanctum babtisterium inundatur. In quo loco tanta | [101d divina beneficia affluenter credentibus tribuuntur, ut si quis adveniat, fide et credulitate plenus, statim consequitur medicinam, quacumque fuerit infirmitate detemtus. Nec silebo miraculum hoc, quod ibi Dominus ad fidem fidelium corroborandam operare dignatus est, et operari usque in hodiernum diem nullus ambigit. Quum decem leprosi, diem natalis eorum, babtismi gratiam consequerentur, conpleto in eis babtismi sacramento, quum eos sabanis baiularent, quia manibus tangi non poterant, ita talem unusquisque consequuti sunt sanitatem, ut in hominum genere numquam talis pulchritudo mostraretur. Vox autem audita est de cęlo, dicens: Iuliani dilectissimi fides hęc omnia meruit, et maiora horum merebitur. In eodem namque die in ipso loco venerabili cęci inluminantur, dęmones fugantur, leprosi mundantur. Non solum ibi, sed etiam ubiquumque | in nomine Christi | [102a sancti Iuliani baselica fabricatur.

66 Gloria Christo, qui est fidelis in verbis suis, et tantam gloriam prestat sanctis suis: qui regnat cum Patre et Spiritu Sancto in Trinitate sempiternę vitę per omnia secula seculorum. Amen.

XVIII[a]

[Quadraginta Martyrum]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] Or[atio].

1 Passio sanctorum martyrum quadraginta: Alexandri, Filoctemini, Hegia[a], Leonti, Valeri, Candidi, Quirini, Heliu[b], Mileti, Theodori[c], Heracli[d], Theodori[e], Egica, Euthichii[f], Lysimachi[g], Cai, Eoni, Iuliani, Casterici, Sisinni, Sancti, Sacerdoni, Exmaraudi, Claudii, Michaeli[h], Valentis,

---

[a] Egia *cod.*
[b] Eliu *cod.*
[c] Teodori *cod.*
[d] Eracli *cod.*
[e] Teodori *cod.*
[f] Euticii *cod.*
[g] Lisimaci *cod.*
[h] Micaheli *cod.*

Quiriaci, Domni, Bebiani, Secundini, Iohannis, Colofoni, Etchuci, Severi, Quiriaci. Domitiani, Athanasii [1], Esegii, Agaci, qui passi sunt Marcello duce; die v idus ianuarias. Deo gratias.

2 Martyrum quidem memoriam nec umquam licuit vobis colentibus martyria, | condignam exponere passionem; bonorum autem fide- | [102b lium servorum honor exemplum habeat adversum comunem Dominum intellectum. Si enim fortissimos viros suscipiamus, in similibus temporibus non indignemus honorare beati. Fecimus enim et nos precipue martyris, et nos intellegamus martyris voluntate. Restat enim nobis, non unum virum mirare nec duos, sed XL viros, qui in una conspiratione, et fidei tolerantiam ęqualem adversus perniciosos fiduciam, et pro veritate constantiam ostenderunt. Quis ergo sermo possit depromere eorum dignitatem? Nec quadraginta linguarum hymnum laudis eorum potest sufficere. Nunc igitur in medio eos perducentes, per comunem sustinentiam, eorum meritum omnibus ostendamus: sermonum storię auditum prebet scribtura, quę taciturna imitatione demonstrat. Sic et nos comemoremus presentes, et martyribus laudem pronuntiemus.

3 Martyrum enim pręconia ad gloriam perducit congregationis vocationem. Non erat una patria sanctis: alius enim ex alio loco ortus. Neque sine patria eos dicamus, sed seculi habitatores. | Sicut enim mer- | [102c catorum consolationes, a singulis [collecte], comoti essent omnium; sic et inter beatissimos singulę civitates comunes; ubicumque civitates enim sanctorum martyrum civitas, quam fecit artifex et gubernator, Deus, hoc est, in superioribus Ierusalem, quę a beatissimo Paulo prędicata est. et cęteris; expositio enim conversationis eorum talis isti ingenti corpore, et ętate confitebantur, et virtute omnium validiores; inter militares deputati sunt, secundum morem militię, sed propter exercitium belli, et constantiam animorum, primos a rege consequebantur honores. Nominati enim super omnes homines erant, quapropter habebant laudem. Sed quoniam pronuntiabatur sacrilegium, et impium preceptum, in quo continebatur non confiteri Christum; tunc timidiores, in mediis necessitatibus constituti, trepidi, sicut gubernatores navis in mari naufragantes, metu periclitabantur.

4 Sed quum hęc quidam paterentur, invicti isti, et fortissimi milites Christi, transeuntes in medio ante iudicem scelestem, sic eis adloquitur, dicens: | Quę condicionis estis? Illi vero quasi uno ore, ita cons- | [102d tanter responderunt: Christiani sumus. Christum Dominum fatentes. O beatę linguę his vocibus respondentes; sicut enim ad certamen adletharum profiscentes, inpositis nominibus, in locorum agonistarum deputantur, sic et hii, proicientes civiles affectiones, christianos se esse vociferabant. Ad hęc, iudex crudelissimus et *nefarius blandimentis extimabat eos seducere, et persuasione verborum, et promissis regalibus, et divitiis temtabat. Qui vero non consentientes ad ea, ad partem interminationis se convertit, plagas et mortem et pęnam minabatur iudicis.

[1] Atanasii *cod.*

5 Verum hęc martyr radiantibus vero qualia intentius comutantes aures audite: Quare, inquit, putas terrenos adversarius Dei recedere a Deo vivo, et servire dęmoniis inmundis, promittens nobis temporalia bona, aut tantum putas donare nobis, quantum auferre conaris? Odimus donum provisorem, damni non suscipimus; honorem | indignitatis mortem | [103a daturos, quę remanent, gloria obviante, nobis facies regi temporales, et ęterno regi alienos. Cum sis minor, maiora contendis auferre. Totus a nobis seculus contemtus est: non est nobis desiderare spe condigna, quę videtur. Vides cęlum istum quam bonum, quam magnum? Vides terram qualem, et quę in eis sunt miranda? nicil horum beatitudini iustorum quoequatur. Hęc transeunt, nostra vero permanent. Unam vero cupimus donationem coronam iustitię; amatores sumus superno honori. Pęnam evitamus gehennę et ignem illum nobis terribilem. Quę vero a vobis nobis interminantur, subdita sunt nobis: novit honorare idolorum contemtores. Sagittas parvulorum extimamus plagas vestras carne percutientes, quod si super amplius sustineat, pręclarius coronatur. Si enim continuo mortificetur, liberatur a vestra crudelitate.

6 His auditis, *nefandissimus, non baiulans eorum audacia, sed accensus furore, cogitabat adinventionem artis, consilians intra se amarissimu[s], ut longum eis inveniret interitum. | Cuiusmodi autem excogitabat | [103b eis pęnam considerare, quoniam acerbissimam previdens naturam terrę illius locorum esse succensam, et horam annorum, quoniam hiems erat, noctem observans in qua maxime asperrimus fuerat frigoris flatus, iussit sanctos martyres denudatos in imbrem mediam civitatem frigidos mori. Forsitan scitis, qui hiemem experti estis, quoniam inaudita est tormenti species.

7 Caro enim penę subdita primo tota rigida erat, coagolata sanguine, deinde gelata, et iterum resoluta; dentium stridore, spumantium vero labiorum, et omnium pondere contra volumtate pertrahentium: vulnus quidem acerrimus, et dolor inauditus visceribus eorum inhabitabat. Difficiliorem faciebat rigidis sensum. Deinde *cauteriabat viscera tamquam ab igne combusta, excluso vero dolore in imum de interiora corporum: siquidem unde excludebatur, mortua membra relinquebat, quibusdam vero dolores inferebat, cata modicum mortis: stultis videntibus congelabat sensum. Tunc igitur per nocte rigidi recepti sunt constricta cęlo palude civitas, in qua patiebantur sancti, ut etiam videretur civitas cristallina, vigilans pro nimio frigore | paludis: omnino iter prebebat ambulantibus civibus; | [103c flumina quoque indeficienter currenti a frigore acerrimo religata, temporum terminum statuerunt, et liquida aquarum natura in lapidum similem conversa est.

8 *Boreas vero asperrimo flante infrigidabat omne corpus, et ad mortem conpellebat: et tunc hęc patiebantur cum gratiarum actione; proicientes vestimenta nimio frigore, contemnebant mortem, et sicut catuli leonum ad ęscam festinantes, invicen sese pręveniebant. Unde acceptabilem orationem mittebant, dicentes: [1] Gratias tibi agimus, Domine, qui per serpen-

tem vestisti nos, et propter Christum expoliamur. Non indigemus vestimentum, per quem paradisum perdidimus, quia ideo expoliatus est Dominus noster Iesus Christus. Quid enim magnum nobis servis eius pro Domino pati? et quod te, Dominum nostrum spoliaverunt, prescribtam accusationem, propter hunc nos unguimur. Si vero acerrimus hiems, sed [j] dulcis paradisus; et si frigidissima glacies, sed [k] delectabilis requies; modicum trementes, ut nos patriarche suscipiat sinus. Una nocte tolerantes, totum seculum transmutare conamur. Glorietur spes nostra, ut indeficienter cum angelis ambulet. Conpatiatur manus nostra, | ut possit fiducialiter ad Do- | [103d minum elevari. Multi conmilitones nostri ceciderunt in castris, regi corruptibili fidem custodientes, nos vero. quę est in te Deum verum regem, fidem non recusamus. neque declinamus, nec damus locum diabolo. Carnes sunt, non parcimus eis; et quoniam oportet nos mori, patimur ut vivamus, et fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo. et acceptetur in holocausta arietum et taurorum et in milibus agnorum pinguium; bona enim sacrificia, nova holocausta. non per ignem, sed per vim frigoris consummata.

9 Hęc orantes et invicem se hortantes, sustinebant presentiam fortiter propter vitam ęternam. Una enim erat eorum oratio: Quadraginta enim, dicebant. introivimus in stadio; quadraginta coronemur a te, Domine. Unus quidem de numero. ab *austeritate frigoris superatus, reliquit luctum non minimum sanctis; sed non derelinquit Dominus eorum inperfectam orationem. Sed et Dei custodia martyrum credita, de proximo nescio unde, nudus confugiens, in eius locum se conlocaverat, extimans se tamquam ad balneum concurrere: proiciens vestimenta. | nudum semetipsum | [104a inter sanctos conmiscuit, clamans tali voce martyribus: Et ego christianus sum. Et intrepidus, et transferens se ad illos, stupere fecit circumadstantium presentium. Iste denique verum numerum adimplevit, et tristitiam sanctorum consolatus est. Meruit enim gratiam, quam ille perdiderat; et iste in Domino adnumeratus est cum martyribus. Abiit Iudas et introductus est Mathias. Imitator factus est Pauli, qui externo persequtor, hodie apostolum. Supernam habuit et iste vocationem, quia non ab hominibus doctus, credidit in nomine Domini nostri Iesu Christi. Non babtidiatus est ab altero, sed propria fide, non per aquam, sed in sanguine proprio. O quam mirum est, nec desunt numero, nec super numerum expectant.

10 Unius enim mater ex beatissimorum martyrum, previdens a frigore alios consummatos, et suum filium adhuc viventem, gelato corpore, et sevissimam tolerantem pęnam, relinquentes eum ministri quasi possit eum iterum sua mater persuadere. ipsam propris manibus | inposuit | [104b super carrum. sicut et alli positi erant, qui ad ignem ducebantur. Vere ipsa martyris mater, nullatenus lacrimans, honestissima, non respondit quicquam de miserrimum, et indignum seculum, sed dicebat: Vade, filius

---

[j] sed *cod. corr. in* sid.
[k] sed *cod. corr. in* sid.

meus, cum collegis tuis[l] prosperum iter: proficiscere cum quoętaneis[m] tuis; ne desis coronę, neque novissimus aliorum appareas Domino. Vere de bona radice bonum ramum ostendit fortissima mater; vere doctrina pietatis eum nutrivit, quam lacte.

11 Et his dictis, incipiente dię, igni traditi sunt. Reliqui vero ignis in flumine proiecti sunt. Unde per omnem creaturam agonem perficientes, clamabant psallentes: Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium. Passi sunt vero omnes sancti martyres Dei, sub Marcello duce, die quinta feria, hora septima, quinto idus ianuarias.

12 Regnante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor, et gloria, in secula seculorum. Amen.

XVIIII

[Sebastiani et comitum]

Notas litúrgicas marginales de P[1]

[1] In isto loco requiesci.

1 | Passio sancti ac beatissimi martyris Sabastiani, et comi- ¦ [104c
tum eius, qui passi sunt Romę; die XII kalendas februarias. Deo gratias.

2 In diebus illis, Sabastianus, vir christianissimus Mediolanensium partium civis, Diocletiano et Maximiano imperatoribus ita carus erat, ut principatum ei primę cohortis traderent, et suo eum conspectui iuberent semper adstare. Erat enim vir totius prudentię, in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio providus, in comisse fidelis, in interventu strenuus, in bonitate conspicuus, in universa morum honestate preclarus. Hunc milites ac si patrem venerabantur; hunc universi, qui prœerant palatio, carissimo venerabantur affectu: erat enim verus Dei cultor, et necesse erat ut, quem Deus perfuderat gratia, ab omnibus amaretur.

3 Christo igitur | quotidie sedulum exhibebat officium, sed | [104d
agebat quatenus et hoc sacrilegis regibus esset occultum, non passionis timore perterritus, nec patrimonii sui amore constrictus, sed ad hoc tantum sub chlamyde terreni imperii Christum militem agebat absconditum, ut christianorum animos, quos[a] inter tormenta videbat deficere, confortaret, et Deo redderet animas, quas diabolus conabatur auferre. Denique quum post multas martyrum mentes a timore passionis eripuit, et ad coronam perpetuę glorię incitavit: ipse quoque quis esset apparuit, quia lumen in

---

[l] collegis tuis *corr. ex* collegas tuos.
[m] quoętaneis *corr. in* qoetaneis.
[a] animos, quos *corr. ex* animas, quas.

tenebris latere non potuit. Clarissimis igitur viris Marcelliano et Marco, duobus geminis fratribus, pro Christi nomine in vinculis constitutis, quotidie solacium exhibebat; et tam ipsis quam etiam servis eorum, cum quibus tenti fuerant, salutaria fidei consilia ministrabat: quibus fugitiva seculi blandimenta respuerent, et momentanea tormentorum genera non timerent.

4 Qui quum beatissimis consolationibus | adquiescerent, et | [105a verba carnificum animo perseveranti transirent, capitalem iussi sunt subire sententiam: ea scilicet ratione, ut si eodem momento, quo erant decollandi, sacrificiis consensissent, et parentibus suis et coniugibus suis et filiis et facultatibus redderentur. Erant enim non solum, ut diximus, clarissimi viri, sed et facultatibus ditati; quorum erat pater Tranquillinus nomine, et Marcia mater vocabatur; qui illos sequebantur cum uxoribus eorum et filiis; nimio enim in suis nepotibus ducebantur affectu. Unde factum est ut ab Agrestio, urbis Rome prefecto, triginta dierum indutias impetrarent, in quorum spatio ageretur cum eis, quatenus ad thurificandum idolis consentirent.

5 Accedentes itaque amici eorum ad eos, ceperunt dicere: Unde vobis tam dura mens, tamque ferreum pectus, quod canitiem patitur patris abicere, et matri iam decrepite novos dolores partus adferre? Nam illa partus sui dolores consolationibus superabat, | dum in uno dolore duos | [105b filios pareret, et geminum patri funderet filiorum affectum: nunc vero insanabilis dolor, inconsolabilis luctus, inremediabilis cruciatus, inconparabilis partus est, quo spes et gaudium tollitur, et vita contemnitur, respuitur gloria, et, contemtis omnibus pietatis affectibus, mortis atrocitas appetitur. Obsecramus vos, o amici carissimi, tandem his date cladibus finem, et vos patres esse dulcium filiorum, vel admoniti mementote.

6 Hec et his similia amicis dicentibus, miseram se clamans, mater advenit, et soluto capite, canos sue senectutis ostentans, in conspectu eorum vestem, qua pectus tegebatur, scidit: et cunctis flentibus ostendebat eis laxis pellibus, quas suxerant mamas et blandimenta, que infantie eorum exhibuerat, eiulando lacrimis memorabat. Aiebat ergo ad ambos: Tu mici semper plus blanditus es, fili; et tu amplius verecundatus es: in illo imaginem meam peperi, in te paternos vultus effudi; tu patri utilior, iste similior. Heu me, miseram! | circumvallant me ex omni parte inconpara- | [105c biles[b] luctus, et inaudita miseria, et gemina *orbitas, nullis penitus tribulationibus conparanda. Omitto filios, ad mortem *ultro properantes, quos si mici hostes auferrent, per medias sequerer acies bellatorum; si iudicia violenta concluderent, carcerem simul inrumperem moritura. Novum hoc genus est pereundi, in quo carnifex rogatur ut feriat, vita obtatur ut pereat, mors invitatur ut veniat. Nobis hic luctus est, nova miseria, in qua natorum iuventus sponte amittitur, et parentum miseranda cogitur senectus ut vivat.

7 Ista et his similia matre prosequente, infirmus pater, et gravius iam

---

[b] *corr. ex* incomparabilis.

senio, manibus adducitur servulorum, et *cygneo capiti pulverem terrę spargens, huiusmodi dabat voces ad cęlum: Ad mortem ultro proficiscentibus filiis valedicturus adveni, ut universa, quę a filiis sepulturę meę exhibenda paraveram, ego infelix filios sepulturos expendam. O filii, meę baculum senectutis, et geminum meorum viscerum lumen, | nati feliciter, | [105d et prospere educati, *excellentissime memorię. et ingenio singularis, omniumque liberalium *peritia litterarum imbuti, quę ista repente *insania, vestra volumtate progenita, mortis vos fecit esse amatores? Numquam ista viventibus placuit: numquam nisi morituris suum amorem *induxit: ad quoscumque autem pervenire potuit, violenter amissa est, et non est volumtate ab ullo vivente suscepta. Si hanc nudus debitor sub avaro *feneratore positus, nulla potest ratione diligere; nec solum non diligere cognoscitur, sed timere. Qua ratione eam appetit, qui et bonis *exuberat omnibus, et penitus nulli nicil debet? Venite huic, senes, et mecum super filios plangite, qui vos viscera paterna habere sentitis. Venite huic, iuvenes, et flete super iuventutes sponte pereuntes. Huc accedite, patres, et prohibite talia, ne talia patiamini. Deficite plorando, oculi mei, et caliginem obducite fundentes flumina lacrimarum: ne videam cedi gladio, quos. dum virga levis | tangerem, tremui; dum tristantes leviter viderem, | [106a expavi.

8 Igitur dum hęc et talia senior ageret, ecce et amborum coniuges cum *natis propriis veniunt, et aspectibus eorum proprios infantulos offerentes, has voces eiulantes effundunt: Quibus nos servituras relinquitis? Quibus coniugii vestri traditis caritatem? Quis putas erunt horum infantium domini, et domorum vestrorum avidissimi *pervasores? Quis erunt vestrę occupatores familię? vel quis sibi divisuri sunt *vernaculos, quos nutristis? Heu, quam impio crudelitatis genere: parentes despicitis, amicos respuitis, uxores abicitis, filios *abdicatis, et vos ipsos carnifici *ultroneos exhibetis.

9 Interea dum ista dicuntur, et illa referuntur, inter uxorum lacrimas et suspira filiorum, cęperunt Christi milites mollescere, et animos suos flectere ad dolorem. Huic expectaculo, ut supra diximus, intererat beatus Sabastianus, vir per omnia christianissimus, quęm occultabat militaris habitus, et chlamydis [sue] obumbrabat aspectus. At ubi vidit athletas Dei inmenso certaminis pondere fatigari, | in medio eorum se *obiciens, | [106b dixit: O fortissimi milites Christi, o instructissimi divini prelii bellatores, per nimiam virtutem animi fortiter pervenistis ad *palmam, et nunc per misera blandimenta coronam deponitis sempiternam? Discat nunc per vos Christi militum fortitudo, fide potius armari quam ferro. Nolite victoriarum vestrarum *insignia per mulierum blandimenta abicere, et subiectas pedibus vestris hostis insani cervices ad victricia et rediviva iterum bella laxare, cuius quamvis sęva contra vos extiterit, et perquam iniqua instantia, severior tamen efficitur ira repetita. Erigite igitur plenis affectibus tropheum vestri certaminis gloriosum, et nolite illut omittere fletibus parvulorum.

10 Istos, quos plorantes adtenditis, gauderent hodie, si poterant scire,

quod nostis; putant enim quod ista vita sit sola, quę si finem acceperit, nulla vitalis animę, corpore deficiente, valeat portio remanere. Si enim scirent esse alteram vitam *ignara mortis, tristitię nesciam, in qua immortalitas regnat et perpetua gaudia comorantur; *profecto vobiscum ad | [106c illam festinarent pertingere, et istam vitam pro nicilo conputantes, illam appeterent, quę et in exultatione permanet, et penitus finiri non movit. Ista enim vita fugitiva est et tam infidelis, ut nec amaritoribus suis fidem potuerit custodire. Ab origine enim mundi in se credentes *fefellit, omnes se expectantes decepit, cunctos de se presumentes inrisit, et ita nullum omnino certum reddidit, ut omnibus probetur fuisse mentita.

11 Atque utinam solius mendacii culpam esset obnoxia, et per omnia crimina currere suos non cogeret amatores! Ipsa dat edacitatem gluttonibus, ipsa ebrietatem ingerit *temulentis, ipsa naufragium pudoris adulteris, ipsa execrabilem tradidit perversitatem *incestis; ipsa admonet furem, ut rapiat; iracundum, ut sęviat; mendacem, ut fallat. Ipsa inter coniuges *divortia seminat, inter amicos discordias, inter pacificos lites, inter iustos iniustitiam, inter fratres scandala. Ipsa tollit iudicibus iustitiam, castis pudicitiam, artibus *peritiam; ipsa auferet minoribus disciplinam. | Et ut altiora, quę amatoribus suis ingerit crimina memoremus, | [106d si fratrem aliquando germanus frater occidit, si filius necavit patrem, si interemtus est ab amico amicus, cuius hęc instinctu facta sunt omnia scelera, cuius intuitu, cuius spe, cuius fiducia *nefanda comissa sunt? Numquid non presentis vitę amore seducti dum ista comittunt, et illa plus quam iustum est diligunt, in quo se omnes odio persequuntur? Ut quid enim *pirata navigantem iugulat, ut quid latro perimit viatorem, dives opprimit pauperem, superbus humilem, et omnis nocens quęcumque potuerit adgravat innocentem?

12 Hęc autem faciunt mala, qui istę vitę servire desiderant, et se exstimant in amorem eius per tempora prolixiora perdurare. Non ergo alterius causa fiunt scelera nisi ut infelicissimę istę carnali vitę a carnalibus serviatur. Ipsa est denique quę eis crimina imperat, iubet facinora, suadit iniusta; et postea quam omni crudelitate, omnique fuerit | spurcitia | [107a saginata, servientes sibi tradidit filię suę, id est morti perpetuę. Ex ipsa enim, et ex eius utero mors ęterna est nata, tempore quo gulę suę et libidine et delectationibus oculorum primi hominis servierunt; atque ideo qui ad ęternam vitam facti fuerant, hoc in ista sunt mortis regione iactati, et hinc ad inferos devoluti, nicil secum preter peccata portantes. Hęc ergo vita est, quę vos fallit, o amici, ut amicos vestros ad vitam euntes perpetuam iniusto consilio revocetis.

13 Hęc vos *instigat, o parentes sanctissimi, ut filios vestros proficiscentes ad comitatum cęli, ad honorem incorruptibilem, ad amicitias imperatoris ęterni, stultissimis lamentationibus revocetis. Ista est quę vos, o castissimę coniuges beatorum, per pietatis colorem in impietatem martyrum mentibus fecit tradere, et *necem pro liberatione adferre. Si enim consensissent revocationi vestrę, pauco quidem tempore vobiscum esse potuerunt;

postea vero separari, et ita habuerunt separari, | ut numquam vos | [107b nisi inter tormenta videritis perpetua, ubi edax flama incredulorum animas devorat, ubi dracones blasphemantium labia comedunt, ubi serpentes morsibus suis incredulorum pectora depascunt. Illuc ululatus et gemitus sonant, et clamor inconfusus, quę vis tormentorum exagitat, et incendia arsura extorquet. Hęc autem ipsa tribulatio, quam illic excipient infideles, nullo termino finitur, nullo fine concluditur; sed post flamarum atrocitate adustione consummitur, et ad *rediviva incendia iterum, qui adustus fuerit reparatur.

14 Hanc ergo pęnam et istos permittite evadere, et vos ipsos eripere cogitate; permittite interim istos ad coronam pertingere destinatam. Nolite timere; non separantur a vobis, sed vadunt vobis prępparare in cęlo sidereas mansiones, in quibus una vobiscum et cum filiis vestris in perpetuo gaudio maneatis. Quos si vos domus vestrę ex lapidibus factę *deflectant; quanto magis illarum vos debet pulchritudo invitare domorum, | ubi sunt | [107c *triclinia auro puro radiantia, quę ex gemis et margaritis habent *zetas structas? Illic flos purpureum rosarum numquam marcescentium; illic *nemora *floscida perpetua viriditate *vernantur; illic prata recentia semper melleis affluunt rivis; illic *croceis *gramina floribus redolent, et *alantes campi iucundis admodum odoribus *pollent. Auras ibi vitam ęternam habentes nares adspirant. Lumen ibi sine umbra serenitas absque nubilo et absque tenebris nocturnis die, oculi perfruuntur.

15 Nulla ibi impediuntur occupatione delicię, nulla penitus sollicitudine ibi securitas conturbatur; mugitus et ululatus, gemitus, lamentum et luctum numquam illic auditum nec nominatum est: fedum et deforme, tetrum, nigrum, horrendum aliquid, aut sordidum numquam ibi penitus viderunt oculi habitantium: pulchritudo in amęnitate *nemorum, splendor in aere iucundo, et formositatem atque omnem *eligantiam sine intermissione oculi patenter perfruuntur; et | nicil omnino quod conturbet | [107d mentem auribus datur. Sonant enim ibi iugiter organa hymnorum, quę ad laudem regis ab angelis et archangelis decantantur. Amaritudo et fellis asperitas ibi locum non habent: tonitrua numquam ibi audita sunt. fulgura et coruscationes numquam ibi paruerunt. Cinnamum illic virgulta gignunt, et balsamum arbusta prorumpunt. Odor aerius delectationem per omnia membra diffundit, et ęsca ibi nulla stercora conficit. Sicut enim bono nuntio aures, et bono odore nares, et bono aspectu oculi *saginantur, et ipsa refectio non potest indigestionem prorumpere; ita illic refectio, quam os susceperit, melliflua in gustu hoc unicuique sapit, quod fuerit delectatus. Statim denique quod concupierit anima, concupiscentiis eius universa famulantur, et omnibus delectationibus eius paratissimus servit affectus.

16 Nam si in ista vita mortali, contra concupiscentias suas et contra delectationes suas pugnaverint, | quisquis hic eas expenderit, illic | [108a eas integras a suo creatore consequetur. Ipse enim creavit hominem, ut viveret: et mortem iuxta introitum delectationis posuit, ut hii quoslibet mortis timore evadere, vitam ęternam querant; et, dum preter istam vitam

alteram esse didicerint, inquirant utrum et ipsa posuit senectute interfici, aut morte concludi: quam dum inmortalem agnoverint, inquirant iterum utrum possit ipsa eternitas vel honorem tradere iustis, vel iniustis penam inferre.

17 Quumque specialiter ita esse probaverint, restat, ut interrogent, quur a creatore divitię factę sunt; si eius leges contemnende sunt, vel quare quadrupedum vel volucrum atque repentium varietas a creatore facta, si singulis renuntiandum est: quur autem ab ipso creatore medullitus et *genuina delectatio ad incitamentum libidinis est fundata corporibus, si usus eius auctori suo, non solum eum faciat reum, sed etiam perpetuis tradet incendiis. Interrogatur ergo: Quur a creatore divitię datę, si contemnendę sunt? Respondemus: | Iste divitię a creatore facte, adloquuntur | [108b quodamodo amatores suos, dicentes: Sic nos amate, ut nos a vobis numquam separemur. Sequi vos morientes non possumus; antecedere autem vos viventes possumus; sed si ipsi iubeatis. Cupidus *fenerator, et avarus agricola, unus aurum tradet homini quod duplicatum recipiat, alius diversa semina terrę comittit, ut si posset fieri, quod simplum tradet centumplum querat: et debitor aurum credituri reddit duplicatum, et terra semen reddit centuplicatum. Pro *nefas! *fenus debitor feneratori reddere prevalet duplicatum, et terra agricolę suo restituere centuplicata semina potest; Deus divitias tuas si a te acceperit, eas tibi amplificatas reddere non potest?

18 Inquiris nunc: Quur divitias mici dedit, si a me ipsi reddendę sunt? Tradidit enim eas tibi, ut scias quanta in eis est requies, quantaque voluptas, quantus *luxus, quanteque possent esse delicię, ut per [hec] habens caritatem cum divitiis tuis, ipsi eas tradas custodiendas. Quas si ipsi nolueris credere, aut *edacitas gulę eas invadet, aut luxuria | [108c libidinum mater tibi eas arripiet aut sine dubio, quod nosti obtime, mors, ex *inproviso adgrediens, ita tibi illas *extorquet, ut tu illas ulterius in toto nec habere prevaleas nec videre, numquid, si transires per medias acies barbarorum, et invenires virum fortem, qui te semper dilexit, qui tibi etiam sacculum pecuniis donaverat plenum, hunc dicentem tibi: Da mici custodiendas pecunias, quas tibi dedi, quia isti barbari tibi insidiantur, ut eas tibi auferant, quas dum tibi abstulerint suis te gladiis laniabunt: numquid non, pedibus eius advolutus, rogares eum, ut eas ipse susciperet, de quo certus eras quod ampliora, quam acceperat, redderet, et te ipsum ab hostibus liberaret?

19 Restat nunc, ut divitiis *tuto loco repositis, ad omnes delicias veniamus, quas qui habet aures audiendi, audiat eas dicentes sibi: Si vere amatores nostri estis, illi nos comendate, qui nos vobis integras inlibatasque in regione illa restituat, in qua nobiscum iugiter permanere possitis; | in ista enim vita, si vobis nostrum volueritis occupare servitium, | [108d quasi hic expensę, ibi vobis omnino negabimus nostrę servitutis officium. Dimittite nos *interim servire morituris, quia idcirco breviati sunt dies mortalibus, ut inmortalibus iugiter famulemur. Sic enim propter electos breviantur dies, ut servitus noster non sit longus. Iniustis quidem servimur

festino cursu: impiis, sceleratis et turpibus servimur, non sponte, sed propter eum, qui nos subdidit. Liberabimur tamen a servitute corruptionis, et provocabimur ad libertatem glorię filiorum Dei. Omnis itaque delectatio, futurę vitę servata, non perditur; neque enim repositi thesauri existimantur ab eo, qui eos absconderit in terris, interisse; sed magis tamen securus se eos habere confidit, quanto occultius eos conlocaverit.

20 Sint ergo reposite omnium deliciarum affluentię, non contingantur in vita ista, quę preterit: quia, si hic in usu fuerint, in illa vita, | [109a quę numquam preterit, amittuntur. Extimo quod ista vita centum tendatur annorum spatia; numquid exclusa die ultima non statim videbimus quasi non fuisset, et hac si memoria hospitis uno die apud nos manentis vestigia reliquisset? Illa autem vita manet iugiter, perseverat instanter; annis quoque labentibus, iuvenescit et *pollet; et inde renovationis summit initium, unde finis accipitur. O vere illum *degenerem et omnium bonorum *expertem, qui huius tam fortis vitę amore non capitur, qui timet istam vitam tradere perituram, et illam accipere, quę penitus perire non novit, in qua delicię, et delectationes, et gaudia sic inquoant, ut terminum nesciant; sic principium capiunt ut penitus finiri non possunt!

21 Nam qui huius tam pręclare vitę amator esse noluerit, non solum istam perdet, et ad illam non pervenit, verum etiam, ut iam dixi aperte, a morte capitur et tenetur: in qua est iugis flama, perseverans tribulatio, et pęna perpetua; in qua *atroces | angeli comorantur: quorum | [109b brachia capita draconum sunt: quorum oculi ex se igneas sagittas *iaculantur: quorum dentes sicut elefantis pręminent, et *stimulant ad tormentum, veluti caudę scorpionum: quorum voces veluti leonum fremitus sonant: quorum aspectus tremorem incutit, pariter et dolorem et mortem. Atque ita utinam mors possit in his angustiis constitutis occurrere! Sed quod est acerbius, ad hoc vivit, ut cruciatibus gubernetur, ad hoc redintegratur, ut excisa a serpentium morsibus membra, ut iteratis subinde et iterum separatis morsibus adtrectentur. Hęc est omnis causa certaminis, quę pęnas martyrii docet tolerabiliter deberi[e] sufferre.

22 Nolite ergo, o amici, nolite, o parentes sanctissimi, nolite, o coniuges venerandę sanctorum, nolite a vita ad mortem, quos diligitis revocare, a gaudium ad luctum ducere, a lumine ad tenebras trahere, et ab ęterna requię ad pęnas sempiternas accersire. Hoc est cum diabolo quasi piscibus hamum tendere et invitare ad modicam suavitatem, in qua intus latet cruciatus viscerum, | et mors interiorum tormentis extorta. Numquid | [109c non hoc est ad compensationem ęternarum deliciarum fugitiva gaudia anteponere, et, ut parum rideat, ęternis fletibus mancipare? Hoc in gladiatoribus, qui ultro se offerunt, universi damnamus, qui considerant unius anni delicias, et non considerant, quid fructus ex ipsis deliciis oriatur. Et illic cruciabuntur ictibus gladiorum, ut alterna cede interna viscerum, scisso ventris tegmine, in conspectu proferant populorum, ut pinguedo, quam *in-

---

[e] *corr. ex* debere.

consulta sagina contulerat, offeratur diabolo devoranda. Isto consilio inimici, quo isti hęc faciunt, ipse consilio ad vitam ęternam euntes, Dei martyres revocantur, qui, ut vitam paucorum dierum vivant, docent perpetuos cruciatus incurrere, et mortem perpetuam, quę specialiter metuenda est, non timere.

23 Huic loco forte illut obponitis: Quare christianus tormenta non metuit, et presentis non terretur pęna tortoris? Ideo non frangitur metu, ideo dolore non ducitur, qui scit se unius doloris pretio perpetuę | [109d sanitatis et gaudium emere; et per momentaneam tribulationem ad perpetuam felicitatem et sempiternam lętitiam pervenire. Sed si timendus sit dolor, si timendus sit carnifex; si timenda quoque sit nova et exquisita tortoris crudelitas; quę magis timenda, quę horrenda, quę magis fugienda est et cavenda ista, qui hodie exardescit, et cras evanescit, ista qui hodie effervescit, et cras refrigescit, ista quę sub hora inducitur, et sub hora excluditur, an illa quę nullo fine concluditur, nullo tempore distinguitur, nulla prorsus consumitur vetustate? Nam iste dolor aut levis est, et potest tolerabiliter sustineri, aut gravis est, et citatum glorioso certamini adfert finem; ille autem pęnarum dolor et cruciatus incendii, qui huius vitę amatoribus datur, quum sit vehementior universo tormentorum generi, numquam finiendus adgreditur, et acrius subinde quam inquoaverit sęvit, et nullus sęviendi terminus, nullus omnino finis occurrit, sed habens secum universa suppliciorum | genera, subinde renovatur ut sęviat, | [110a augmentatur ut exterreat.

24 Hinc ergo ab hoc interitu, quos amamus, hortemus evadere; et nos ipsos ad evadendum fortiter prępparemus: nec timeamus una hora ferre dolorem cum corpore, qui obtamus gaudere cum Christo; permittamus animas nostras cum *palma ex hoc egredi corpore, pęnas ęternas evadere, et ad possessiones sidereas plenas delectationibus pervenire. Lacrimas nostras convertamur in gaudium: et non quasi morituros plangamus, quos cum Christo credimus regnaturos. Congratulemur victoribus hostium: congaudeamus martyrii prętexta indutis, et cęli factos *consules, gloriemur. Dies in quo vincere tyrannus extimabat, victus est; dum captat, captus est; dum tenet, vinctus est; dum torquet, tortus est; dum insultat, inrisus est; dum iugulat, occisus est. Nunc ergo in amore martyrii etiam nostros iam suscitemus affectus; ut illum, qui de nostra captivitate voluit victoriam capere, fortiter capiamus, et quasi a gravi sommo expergefacti, aperiamus oculos animarum nostrarum, ut videntes foveas, | quas in nostram | [110b *perniciem inimicus abtaverat, nos quidem, auxiliante Domino, evadamus, et ipso diabolo cum suis satellitibus in ipsa, quam paraverat foveam, incedente, nos cum propheta dicamus: Foderunt ante faciem meam foveam, et ipsi inciderunt in ea.

25 Igitur quum hęc beatus Sabastianus, indutus chlamyde, succinctus *balteo, ex suo ore proferret, subito per unam fere horam, splendore nimio de cęlo veniente, inluminatus est, et sub ipso splendore pallio candidissimo amictus, iuvenis apparuit iuxta eum.

26 Hęc autem gerebantur intra domum *primiscrinii, nomine Nicostrati, apud quem custodiebantur Marcellinus et Marcus. Qui Nicostratus habebat uxorem, nomine Zoe. Hęc ante sex annos egritudinis nimietate facta est muta, prudentiam tamen audiendi et intellegendi non solum non amiserat, verum etiam melius quam prius habuerat obtinebat. Hęc itaque, quum intellexisset omnia, quę beatus Sabastianus dixerat, et tantum lumen circa eum vidisset, quumque omnes facto miraculo stupore tenerentur, *innuebat manu omnibus, ut quasi exprobrandi essent, | qui tam evi- | [110c denti adsertioni non crederent, et genibus eius advoluta, rogare eum manuum indiciis cępit. Sed beatus Sabastianus, quum videret cordis eius secreta lingue expressione declarari non posse, causas huius silentii *percontatus, didicit sermonis illi copiam nimiam vi infirmitatis ablatam. Tunc beatus Sabastianus dixit: Si ego verus servus Christi sum, et si vera sunt omnia, quę ex ore meo hęc mulier audivit et credidit, iubeat Dominus meus Iesus Christus, ut redeat ad ea officium labiorum, et aperiat os eius, qui aperuit os Zacharię[d] prophete Domini.

27 Ad hanc vocem sancti Sabastiani, exclamavit mulier voce magna, dicens: Beatus es tu, et benedictus sermo oris tui: et beati, qui credunt per te Christum Filium Dei vivi. Ego enim vidi oculis meis angelum ad te venientem de cęlo, et librum ante oculos tuos tenentem, ex cuius lectione universa sermonis tui ratio decurrebat. Benedicti, qui in omnibus, quę loquutus es, credunt, et maledicti, qui dubitaverint vel in uno verbo ex his omnibus, quę audierunt; quoniam sicut aurora | superveniens | [110d universas tenebras noctis excludit, et omnium oculis lumen, quod nox cęca negaverat reddidit; ita lux sermonum tuorum omnem caliginem, omnemque ignorantię meę cęcitatem extersit, et serenum post tenebras diem mentibus reddidit; a me autem non solum incredulitatis tenebras exclusit, verum etiam sermonis mei ostium, quod per sex annos clausum fuerat, reseravit.

28 Videns autem Nicostratus, vir eius, tanta mirabilia Christi in sua uxore celebrata, cępit pedibus eius advolvi, et indulgentiam petere, pro hoc quod imperiali et prefectorio iussu sanctos Dei habuisset in vinculis: et auferens ex eorum manibus ferreos *nexus, genua eorum amplexus, rogare cępit ut dignarentur abscedere, dicens: O quam beatus essem, si pro vestra mereri possem salute constringi! Forsitan sanguinis mei effusione abluerer, ut mortem illam penarum ęternarum evaderem, et ad illam vitam pertingerem, quam nobis Deus per os domini mei Sabastiani | est | [111a dignatus manifestare.

29 Quumque rogaret Marcellinum et Marcum ut abscederent, dixerunt ei: Si tu fidei gloriam, quam numquam habueras, accepisti; quomodo nos, quam semper ab infantia habuimus relinquentes, passionis nostrę calicem damus, quę nos tibi propinare possumus, non donare? Dives enim est in omnibus Christus, et ad se venientibus meliora exhibet quam rogatur. Si enim quum essetis increduli, donatum est vobis lumen veritatis; quanto

---

[d] Zacharię *cod.*

magis credentibus omnia vobis quęcumque iam poposcitis donabuntur? Divina enim clementia semper parata est votis; et eo unumquemque gratię suę dono multiplicat, quę mens eius altioris fidei susceperit *normam.

30 Fides igitur vestra a magisterio sumsit exordium; et omnia quę eruditio annosa vix confert, in spatio unius horę cępistis. Nulla vos memoria parentum impedit credere; nullus tenerę ętatis in filios vestros revocat nutritus affectus. Contemnitis subito quod semper amastis, et queritis quod numquam scistis. Per *ignaras | ingresi vias, subito | [111b pervenistis ad Christum, et animo iam intrastis in cęlum, quia in terra nullum solacium requisistis. O inconparabilis facti preconium! O quam imitabile virtutis exemplum! Nondum vos ad Christum sacri babtismatis unda perduxit, nondum per *tirocinii initia militaria saltim signa sumsistis; et iam pro vero rege arma arripitis, et nos, a vinculo ferri solventes, vos ipsos intrepidos obtatis pro occidendis occidi.

31 Quum, hęc audientes, omnes pariter fletibus pęnitentiam preteritę persuasionis ostenderent, Marcus ait: Discite, parentes carissimi, et vester, o coniuges, discat coniugalis affectus, adversus pugnam diaboli, et contra omnes sagittas affectuum *clippeum virtutum obponere, atque inter acies tyrannici exercitus hosti non *cedere, dimicare *acrius, gradum tendere, et ad regem fortiter pervenire. Insurgant quantum volunt, et sęviant satellites dęmonum, et quibus volunt pęnis corpora nostra dilanient; corpus occidere possunt, sed animam vincere non possunt pro fidei veritate pugnantem. Gloriosiores faciunt milites vulnera pro imperatore suscepta: | [111c sęvit, in quo prędvidet perseverantię vestrę tropheo se posse torqueri: et ideo tormenta infert, ne spes eius pereat: mortem minatur, ut terreat; vitam promittit, ut eripiat; securitatem pollicetur, ut tollat. Hęc tota belli calliditas, hoc fraudis consilium, a suppliciis corpus eripere, et vitiis animam subiugare.

32 Nos e *contra contendamus hosti non *cedere, corpus contemnere, animę subvenire. Quur enim fortissimi duces militibus miserrimis terga convertunt, et in bello deficiunt, in quo possunt esse victores? Vel qua ratione mori timeant, qui sciunt hanc hominis naturam esse, non pęnam? Quur, inquam, mori timeant, qui credunt istam vitam falsam esse, et veram vitam invenire non posse, nisi qui ab animo suo falsam istam abiecerit et caducam, quę non aliut amatoribus suis, nisi peccata imperat, suadit facinora, ingerit crimina; nicilque aliut a suis amatoribus exigit, nisi ut penitus de perenni vita non cogitent, et regnum Dei futurum esse desperent?

33 | Nunc videamus quibus casibus subiacet, quibusve periculis | [111d servit ancilla, ut quum eam probaverimus, nec seipsam posse regere servitia nostra ab eius dominatione tollentes, alteram, cui merito serviendum sit, requiramus. Quantos enim amatores eius ruina subito gravis oppressit, fragor cęli percussit, fulmen incendit, naufragia perdiderunt. texit *chaos, *Charybdis* ebibit, gladius iugulavit! Et istam, miseri, cum doloribus

* Caribdis *cod.*

amittentes vitam, illam penitus invenire non possunt! Ad illam etenim vitam non ducit tortura, sed causa. Uno denique eodemque, pęnarum genere, et innocentibus salus ęterna confertur, et pęna delinquentibus inrogatur.

34 Igitur quum hęc et his similia Marcus prosequeretur, cęperunt omnes, qui audierant, Deo gratias agere, atque universi flentes, pęnitudinem gerebant, quod caritati Dei prętulerant amore carnis; et quia ab agone martyrii ausi fuissent animos revocare sanctorum. Quumque omnes, qui ad decipiendos sanctos venerant, unanimiter crederent Christo, Nicostratus | cum coniugę sua urguebat, dicens: Non capiam cibum neque po- | [112a tum, nisi mysterium mici christianę religionis fuerit traditum. Cui sanctus Sabastianus dixit: Muta dignitatem tuam, et esse incipe Christi magis primiscrinius, quam prefecti. Audi itaque consilium meum, et omnes, quos carcer inclusit, omnesque, quos vincula tenent, quos *ergastula conficiunt, in unum redige. Quod quum feceris, antestiti sacrosancte legis te adhibeam, ut cum omnibus, qui credere voluerint, mysterii suscipias sacramentum. Si enim diabolus Christo sanctos auferre conatus est, et conatur; quanto magis nos pietatis argumento hos, quos diabolus iniuste lucratus est, curare debemus, et suo restituere creatori?

35 Et Nicostratus ad hęc respondit, dicens: Et quomodo iniquis et criminosis possunt sancta comitti? Sanctus Sabastianus ait: Salvator noster pro peccatoribus suam nobis dignatus est exhibere presentiam, et ostendit mysterium, per quod omnia peccata et crimina homini auferantur, et omnes virtutes | Domini conferantur. Inter initia igitur conversionis tuę, | [112b hoc munus primum si te conferas Christo, presto erit remunerationis eius prępmium super te, corona martyrii, habens secum virtutum omnium inmarcessibiles flores, ęternę vitę gaudiis profuturos. Audiens hęc Nicostratus *primiscrinius, abiit ad Claudium *comentariensem, et iussit ut universas personas ad domum eius adduceret, dicens: Proxima sessione omnes *discutiendi sunt; volo ut cum illis christianis, qui apud me sunt, presto sint, ne aliqua discussioni prefectorię deesse possit persona.

36 Igitur quum omnes ad domum primiscrinii perducti, starent catenarum nexibus vincti, hoc modo eis vir Dei Sabastianus adloquitur: Crimina diabolica divinis virtutibus cedant; reatus vester a morte excluditur, et a gaudiis fugitivis revocatur. Egerat enim per suos satellites hostis iniustus, ut animos militum Christi a virtutum culmine recto everteret, et in ipso perfectionis fastigio positis, ad cenum conaretur mergere inferorum. | [112c Hac de causa incaluit animus hostium dimicatione provocatus, ut vos, quos iam lucratus fuerat, de eius captivitate tollentes, vestro vos creatori reddamus. Diabolus enim nec dominus vester, nec creator, nec pater esse dinoscitur: Deus autem et pater et dominus et conditor conprobatur. Et si, hunc derelinquentes, ad illum abistis, qui in tantum vester extitit inimicus, ut vos ad pęnas perpetuę mortis adduceret, et ad istum *letalem faceret *exitium devenire; quanto magis ad eum redeundum est, qui unicum Filium suum passioni et morti tradidit, ut nos a passionibus ęternis, et a morte perpetua liberaret?

37 Quum hęc et his similia prosequeretur, prostraverunt se cum la. ·-mis, et, flexis genibus, cęperunt cordis mugitum reddere, et se peccasse et impie egisse pęnitentię vocibus exclamabant. Fundebant ergo amaras lacrimas, et se Christo velle credere, nimiis vocibus resonabant. Tunc beatus Sabastianus iubet eos omnes a vinculis catenarum exsolvi.

38 Post hęc sanctus Sabastianus abiit | ad Polycarpum[f] | [112d sanctum presbyterum, ubi erat causa persequutionis occultus, et narravit ei omnia quę gesta sunt. Quibus auditis, Polycarpus gratias egit Deo, et una cum eo venit ad domum Nicostrati primiscrinii, et videns turbas credentium, salutans eos cum omni gaudio, ait: Beati vos omnes, qui audistis vocem Domini mei Iesu Christi, dicentis: Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego vos requiescere faciam. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suave est, et onus meum leve est. Vos itaque, fratres nostri, quos babtismatis unda diluit, et consecrando Deo omnipotenti carissimos filios fecit, pro hoc quod a proposito suo sanctos revocare conati estis beatissimos milites Christi, opus vobis erat pęnitentia, ut per ipsam ad indulgentiam veniretis.

39 Nunc autem, quia ad tantam | gloriam accessistis, ut etiam | [113a ad passionem, a qua dolenter alios revocare voluistis, ad ipsam desideratis gratanter velle currere et *libenter: vetus hoc artificium est Christi. Nam ipsum, quę vas electionis suę esse dignatus est, et voluit magistrum gentibus dare, non sólum fidelium animos a pietatis prępositо revocavit, sed etiam nolentes a Christo discedere lapidibus *obruebat; hunc nobis ipse Dominus apostolum condonavit; tribuit nobis de Saulo Paulum, et ex *apostata fecit apostolum, et dedit Eclesię ex persequutore doctorem. Amator passionis factus est, qui persequutionis auctor extiterat: et qui in alienis afflictionibus prius gratulabatur, in suis postmodum persequutionibus lętabatur. Ipse, qui tunc in apostolo suo virtutem istam exercuit, ipse nunc de ipso inferorum *conclavi, et ex ipsis draconum faucibus animarum vestrarum captivitatem eripuit, et vobis, nunc a tenebris ad lucem remeantibus, ęternę vitę ianuas | patefecit. | [113b

40 Quia ergo dęmones omnes, qui sunt tenebrarum filii, contristantur, et omnes angeli sancti, qui sunt filii luminis, gratulantur, accedat unusquisque, et det nomen suum, ut hodierno die, usque ad vesperum percurrente ieiunio, festivum babtismatis sacramentum oportunum tempus inveniat. Iustum est enim, ut lux, a mortali mundo abscedens, ad nostras mentes inmortales accedat, ut qui in isto seculo volutati, in luto tenebrarum sumus, aqua nos sanctificationis abluti et mundati, ac sinceritate induti, *alacres pergamus ad Christum. Hęc, et his similia prosequente sancto Polycarpo, universi gavisi sunt, et unusquisque nomen suum festinabat, priusquam interrogaretur, offerre.

41 Quumque hęc agerentur, venit Claudius comentariensis ad pri-

---

[f] Policarpum [Policarpus-i] *cod. semper.*

miscrinii Nicostrati domum, ubi ista agebantur; et dicit Nicostrato: Vehementer prefectura comota est, quod personas reorum tue domus custodia tradi iussisti. Hac de causa, suis te iussit aspectibus presentari. Vide qualem debeas, | interrogatus, dare responsum. Ingressus itaque ad pre- | [113c fectum Nicostratus, quum fuisset interrogatus, quur eas personas, quas carceris claustra retinebant, sue voluerunt domus mancipari custodie, respondit: Amplitudinis vestre iussu christianas intra domum meam custodiendas suscepi personas, quibus, ut terrorem passionis *incuterem, reorum illos feci sociari personis, ut iussioni vestre, et persuasioni nostre, si non con⌈sen⌉su suo, saltim alieno experimento, consentiant, et metuant ne similis eos pena concludat. *Libentissime igitur hec audiens prefectus, dimisit eum, dicens: Magno te censu a parentibus eorum remunerari faciam, quum per te illis fuerint incolomes filii restituti.

42 Revertentes itaque ad domum suam Nicostratus primiscrinius cum Claudio comentariensi, cepit ei universa referre, et qualiter sanctus Sabastianus, quum sit amicus imperatorum, christianissimus, et in eruditione divina perfectus, et qualiter animos christianorum sua exhortatione vocasset, et quod satis idonea ratione | docuisset istam vitam fugitivam | [113d et imaginariam esse, et sic dum teneri putatur, auferri. Narrabat etiam, quomodo veniens repente lux de celo, perlustrasset eum, et quomodo uxor eius, que per sex annos muta fuerat, fecit eam loqui.

43 Quum hec narrasset Nicostratus Claudio, corruit ad pedes Nicostrati Claudius, dicens: Ex amissa coniuge duos filios habeo, ex quibus unus *hydropis morbo fatigatur, alius vulneribus diversis opprimitur; rogo ut iubeat eos visitari. Non enim dubito quod ille, qui potuit facere ut post sex annos loqueretur uxor tua, faciat, si voluerit, ut ad filios meos sanitas redeat. Et hec dicens proripuit se ad domum suam, et fecit inter manus adduci duos filios suos, et introducens eos intra domum, ubi erant sancti Dei, proiecit eos ante pedes eorum, dicens: Nulla penitus dubietatis signa in corde meo remanserunt: sed ex toto corde credens quod Christum, quem colitis, ipse est Deus verus, detuli huc ad vobis duo incrementa mea, credens quod possint per vos | a mortis periculo liberari. Dicunt ei omnes | [114a simul viri Dei: Omnes quos hic hodie aliqua infirmitas tenet, mox ut christiani facti fuerint, salvabuntur.

44 Quumque clamaret Claudius credere se, et desideraret se fieri christianum, iussit sanctus Polycarpus ut darent universi nomina sua. Primus itaque omnium dedit nomen suum Tranquillinus pater Marcellini et Marci. Post hunc sex amici eorum, id est, Ariston, Crescentianus, Euticius, Urbanus, Vitalis et Iustus. Post hos Nicostratus primiscrinius, et Castorius frater eius, et Claudius comentariensis. Post hos filii ipsius Claudii, Felicissimus et Felix. Post hos Marcia mater Marcellini et Marci, cum uxoribus eorum et filiis. Simul autem et Simforosa uxor Claudii, et Zoe uxor Nicostrati. Post hos omnis familia, que erat in domo Nicostrati, anime triginta ⌈et⌉ tres promiscui sexus et etatis; dehinc omnes qui vincti fuerant, ac de carceris *squalore adducti, anime sedecim.

45 Igitur omnes isti sexaginta et octo a sancto Polycarpo presbytero babtizati, | et a sancto Sabastiano suscepti sunt; feminarum autem | [114b matres factę sunt Beatrix et Lucina. Primum itaque Claudii filios, *hydropicum unum et alium vulneribus plenum, mox ubi in nomine Trinitatis intincxit; ita de fonte sani levati sunt, ut nec signum in eis alicuius morbi preteriti remansisset. Post [hos] autem infantulos, Tranquillinus, pater sanctorum Marcellini et Marci, qui ita *podagrico et *chiragrico fuerat dolore contractus, ut sicut supra dictum est, vix in manibus portaretur. Hunc, dum exuerent indumentis, et ille intolerabili se diceret dolore torqueri, interrogat eum Polycarpus, dicens: Tranquilline, si ex toto corde crediderís unigenitum Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum tibi salutem conferre posse, et omnibus peccatis tuis indulgentiam condonare, ore proprio edicito. Tranquillinus respondit: Ego indulgentiam solam peccatis meis dari, et desidero et credo. Ceterum, etsi post babtismatis huius sancti purificationem in doloribus fuero, non potero de fide Christi ulterius dubitare: probavi enim, et ex toto corde credens, in | mea | [114c mente consensi, quod Filius Dei sit Dominus Iesus Christus, qui potest et animabus et corporibus salutem tribuere, et a morte ęterna revocare, et vitam perpetuam condonare.

46 Hęc quum dixisset voce magna, omnes sancti prę gaudio lacrimas effundebant, et rogabant Dominum, ut fidei eius fructus ostenderetur. Sanctus igitur Polycarpus confessor et presbyter, mox ut eum sanctificationis unguento linuit, et interrogaret eum iterum, si crederet in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, statim ut respondit, Credo, resolutę sunt manus eius, quę erant nodosę, et genua simul ac plantę peduum eius ita sunt incolomes redditę, ut ac si puerulus renovatus pedibus suis in fontem descenderet, clamans et dicens: Tu es Deus unus et verus, quem miser iste mundus ignorat.

47 Hoc itaque ordine suo babtizato, universi, prout conpetebat, babtizati sunt, et per dies decem, qui supererant, in Dei laudibus perdurantes, ducebant dies et noctes in hymnis et canticis, et quasi fideles milites parabant | animos suos ad dimicandum pro Christi nomine in martyrio | [114d bellaturi, ita ut et in mulieribus et in infantibus amor ferveret martyrii, et invicem se ad confessionem sancti nominis contra diabolicas acies prępararent.

48 *Ad Missam.* Chromatius urbis Romę prefectus ad se Tranquillinum patrem Marcellini et Marci venire iubet. Quem quum de suorum inquireret arbitrio filiorum, Tranquillinus respondit: Ad referendas beneficii vestri culminis grates nullus mici oris sufficit sermo. Nisi enim, currente sententia, frena nos vestri moderaminis tenuissent, et ego filios, et patrem filii non haberent. Congratulantur mici omnes, quos tenet paternus affectus, et pungit caritatis stimulus; etiam vestra, credo, quod mici congaudeat celsitudo, quando morituris vita conlata est, anxiis lętitia reddita, sollicitis securitas restituta.

49 Tunc prefectus, extimans filios eius suas velle idolis inclinare

cervices, ait: | Veniente ergo die, debita numinibus a filiis tuis thura | [115a reddatur: per quę et tu filiis perseveres incolomis, et tibi filii condonentur. Audiens hęc Tranquillinus, dixit: Inlustrissime virorum, examinis vestri libram, si velitis, erga me et filios meos ęqua *lance pensare, agnoscere poteritis hoc christianum vocabulo magne esse virtutis. Prefectus dixit: *Insanis, Tranquilline. Tranquillinus dixit: *Insaniam passus sum et anima [et] corporis; sed statim ut credi Christo, et animi mei et corporis recepi sanitatem. Prefectus dixit: Ego, ut video, ad hoc indutias sceleratis filiis tuis dedisse cognoscor, ut non solum tu illos ab errore non tolleres, sed et illi te in suis erroribus *inretirent. Tranquillinus dixit: Per gloriam vestram, nomen ipsius erroris discute, et vide quę opera erroris nomine nuncupentur. Prefectus dixit: Tu dic quę opera erroris nomen accipiat. Tranquillinus dixit: Primus error est viam vitę relinquere, et per viam mortis gratanter incedere. Prefectus dixit: Et quę est via mortis? | [115b Tranquillinus dixit: Non tibi videtur viam mortis esse, mortuis hominibus deitatis nomen inponere, et figuras eorum per ligna et lapides adorare?

50 Prefectus dixit: Ergo non sunt dii, quos colimus? Tranquillinus dixit: In tantum non sunt dii, ut legantur in codicibus vestris, et quam male nati sunt, et quam iniquos et crudeles et sceleratos parentes habuerint; et quam inique et dolose et fraudulenter vixerint; et quam miserabiliter mortui sunt. Numquid antequam Saturnus Cretensibus imperaret, et filiorum suorum carnes comederet, Deus in cęlis non erat? aut Creta insula habebat regem, et cęli non habebant Deum? Valde errat qui putat Iovem filium eius imperare fluminibus, homuntionem, in quo malitia et libido conregnabat, Deum esse. Quem non persequutus est, qui patri non pepercit? Aut quam sordem non exercuit, qui suam germanam accepit uxorem? In foro, in plateis, in domibus, atque in omni loco quotidie legimus sordidissima Iuno quod se et soror et coniux fuerit gloriatur: et *rapti Ganimedis | honor turpissimus ab ipsis, a quibus Iovis colitur, non negatur. | [115c Non ergo erras, vir sublimissime, qui tales colis, quales romani iubent leges pro suis facti qualitate damnari, et relicto Deo omnipotente, qui in cęlis regnat, lapidi dicis: Deus meus es; et ligno dicis: Adiuva me?

51 Prefectus dixit: Ex quo cępisti[s] deos blasphemare, et a cultura deorum recedere, ex eo diversis cladibus romanus orbis opprimitur. Tranquillinus respondit: Non est verum; nam si recenseas decadas stilo Livii digestas, illic invenies, Iovi thura ponentes, una dię viginti tria milia romani exercitus iuvenes cedisse. Sed et illut non es inmemor quod venientes Galli etiam *Capitolium occuparunt, et omnem romanam manum suis *ludibriis subiugarunt. Diversas fames, et inenarrabiles diversasque captivitates, diversas effusiones sanguinum romanus orbis est passus, antequam unum colerent homines Deum. Nunc vero ex quo invisibilis et verus Deus cępit a credentibus coli, *aucta pace exultat romanum imperium. Sed quod peius est, Deus, qui hoc prestat, non cognoscitur; | et creaturę eius adscri- | [115d bitur, quicquid a creatore prestatur[1].

52 Prefectus dixit: Si ille colendus est, qui humanis comodis prestat,

nullus nisi sol habebitur deus, qui aspectu suo terrę viscera visitat, ut semina suscepta parturiat, et *genuinę suboles grana in culmo restituat, atque universis salutis nostrę utilitatibus, et lumen et restaurationem pariter tribuat et vigorem. Tranquillinus respondit: Et in hoc error est infinitus. Nam si hodie per servum suum *quispiam *clientibus tribuat quod rogatur, infinita stultitia est, si neglectus ille qui prestitit, servus, per quęm prestiterit, honoretur. Et ut aliquam huius dicti conparationem exhibeam: numquid quum naves alimenta romanis deferunt, navibus potius quam regibus gratię, cuius *nutu, et omnibus usibus nostris *elementa deserviunt et sol ipse quotidie terrę marique [*aperitur, et] clauditur in fine diei, et in diei iterum renovatione aperitur?

53 | Prefectus dixit: Si ergo unus et invisibilis est quem | [116a colitis, Christum, non colitis quem iudęi crucifixerunt? Tranquillinus dixit: Recte hęc inquireres, si credere destinares. Incredulis vanum videtur omne quod nolunt. Semel enim in *preceps voluntas mortalium declinans, omne quod vituperat vituperari desiderat; et vult ut laudetur ab omnibus omne quod laudat. Sed sapientes pro merito suo cuicumque rei, aut vituperationem suam inpendere nituntur aut laudem. Prefectus dixit: Ego te de Christo vestro interrogo. Si enim a vobis hoc colitur, quod istis oculis non videtur, Christum non colitis, quia et visus est, et auditus est, et interrogatus est, et omnia, quę humane fragilitati conpetunt, in eius legitur passione conpletum. Tranquillinus dixit: Si hodie anolum habentem gemam pretiosam videas in *cloaca, aut in sterquilinio volutantem, et ad hunc eruendum mittas servos tuos; illi autem nec illum potuerint liberare, sed et seipsos in aliquo, dum illum conantur eripere, polluerint; postea vero | tu ipse, deponens has sericias, quibus indutus es vestibus, induas | [116b te servili tunica, et descendes in *cloacam, mittas manus tuas in stercoribus, et anulum aureum simul manibus tuis representes et gemam, tunc amicos tuos omnes invitas ad epulas, et lętaris super anulum et gemam, quod te sint de nimiis squaloribus liberatę.

54 Prefectus dixit: Hanc *propositionem, ad cuius similitudinem adtulisti? Tranquillinus respondit: Ut ostenderem tibi unum Deum invisibilem nos credere. Prefectus dixit: Et quod est aurum? aut quod est gema, quę in sterquilinio volutabatur? Tranquillinus dixit: Aurum, corpus humanum est; gema vero anima, quę in ipso inclusa est. Corpus vero et anima unum hominem faciunt quomodo aurum et gema unum anulum facere conprobantur. Sed quantumvis tibi pretiosus sit anolus, longe satis homo pretiosior est, centuplum Christo.

55 Tu misisti servos tuos, ut anolum de sordibus eriperent, et nulla ratione eum eruere valuerunt. Misit et prophetas suos Deus de cęlo, loquens ad eos, ut humanum genus a sordibus huius mundi | eriperet: et | [116c nulla omnino hoc facere instantia potuerunt. Tu deposuisti aureas vestes, et servili indumento indutus descendisti in cloacam, et manus tuas misisti in sordibus, ut anolum de sordibus liberares: exuit se [et] magestas divinitatis suę splendore, non tamen superna relinquens: et induit se servili

nostri corporis indumento, et huc in cloaca huius mundi de cęlo descendens, manus suas misit in sordibus passionum nostrarum; et passionem, quę meritis nostris debebatur, in semetipso suscipiens, glorię nos suorum reddidit digitorum. Nam qui per incredulitatem volutabamur in squaloribus mundi, per fidem abluti a sordibus, divinis sumus in manibus, ut ille tuus anolus, restituti.

56 Numquid servi, qui negaverunt te dominum suum, dum te in habitu servili respicerent, non poterunt, ut rebelles, occidi? Ita et qui negant Christum Dominum suum, per hoc quod semetipsum a magestate exinanivit, et formam servi suscepit, nullatenus potuerunt ęterni ignis pęnas evadere. Ideo *denique nobis, qui in eum | credimus, ęterni fontis | [116d unda subvenit, ut ęternus ignis ab ęterno fonte vincatur, et infidelitas a fidelitate superetur.

57 Prefectus dixit: Ut video, non, ut filios tuos ab hac intentione tolleres, poposcisse probaris indutias, sed ut has inanes fabulas ad nostra tribunalia meditatus adferres. Tranquillinus dixit: Non meditantur discipuli Christi, quid in conspęctu iudicum prosequantur; sic enim monuit, dicens: Quando potestatibus huius mundi vos causa mei nominis tradunt, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis divinitus quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Dei, qui loquitur in vobis. Non ergo meditando ego, sed credendo inveni creatorem meum, et qui eram podagrico et chiragrico dolore contractus et quassus, statim ut credi Christo, ac si parvulus omnium membrorum meorum recepi sanitatem. *Constat ergo apud animum meum ipsum me creasse, qui me renovare dignatus est, | et sicut dedit restaurationem corporis, ita | [117a quoque animę post istam vitam dare promisit, si tamen non dubius nec timidus hominum terroribus frangar, sed in eius nominis confessione perdurans, fidem integram, quam me Deus fecit invenire, conservem.

58 Prefectus dixit: Ignoras, Tranquilline, quanta invictissimorum principum erga christianos ira deseviat, et ideo quasi securus, quod tibi videtur sine timore prosequeris. Tranquillinus dixit: Stultus timor est, quo plus timetur humana indignatio quam divina. Numquid si in medio canuum latrantium venerimus, et vano furore nos cęperint suis morsibus adtrectare, possunt nobis de animo tollere quod nos homines sumus rationales, et sani? Ita qui nobis recte credentibus irascuntur, sęvire quidem possunt, et inferre iniqua supplicia; numquam tamen de corde nostro hoc auferre poterunt, quod Dominum Iesum Christum et creatorem esse credimus, et redemtorem nostrum ac restauratorem esse gaudemus. | Tunc prefectus iussit | [117b eum recipi a *comentariis, dicens: Proxima te audiam sessione.

59 Post hęc, mittit, et adduci eum ad se precepit per noctem occulte, [et] offerens ei infinitum pondus auri, dicebat ei: Ostende mici *medicamenta ex quo recuperasti salutem. Cui Tranquillinus ait: Scias grandem iram et furorem Dei esse passuros, qui gratiam Dei vel venundant vel emunt. Unde si vis a podagrico dolore liberari, crede Christum Filium Dei esse, et liberaveris, et sicut hodie me vides, ita salvus eris. *Nempe vix

manibus deferebar, et undecim annis per omnes iuncturas nervorum in corpore meo dolorum nodis adstrictus, vix ori meo panis alienis manibus tradebatur: ilico ut Christum verum Deum esse credidi, salutis meę gaudia recepi, et sum incolomis, quia verum salvatorem agnovi.

60 Tunc prefectus dimisit eum, dicens: Adduc ad me, qui te sanum fecit, et si mici promiserit sanitatem, possim et ego fieri christianus. Statim autem Tranquillinus veniens ad sanctum Polycarpum presbyterem narravit ei omnia, quę | gesta vel dicta sunt; et deducens eum intra domum | [117c occulte, prefecti eum aspectibus presentavit. Cui prefectus ait: Licet gravis *animadversio principum christianis infesta sit, tamen spe recuperande salutis offeram vobis quicquid illut est usque ad dimidium bonorum patrimonii mei, si ab hac nodositate *condolomatum mei fuerint membra corporis resoluta.

61 Tunc sanctus Polycarpus, subridens, ait: Potens est Dominus Iesus Christus, qui ignorantię tuę ianuas aperiat, et ostendat tibi quod ipse sit corporis restaurator. Nam pecu[ni]am sive qui offerunt, sive qui oblatam accipiunt, non solum nullam dolentibus conferunt medicinam, sed etiam ipsi sibi insanabilem morbum adsummunt. Dicit ei prefectus: Dic ergo mici quid faciam, ut consequi valeam quod spero. Dicit ei Polycarpus: Si crediderís ex toto corde tuo, sicut credidit Tranquillinus, salvus eris. Dicit ei prefectus: Quo ordine credere debeam intimato? Tunc sanctus Polycarpus *catezizavit eum, et dixit ei, | ut per triduum ieiunium observaretur. | [117d Et convocans ad se sanctum Sabastianum, tribus diebus ieiunavit: et cum lacrimis pariter orabant, ut fidem nominis sui in salutem volentibus credere Dominus declararet.

62 Igitur quum dies tertia, quę constituta fuerat, advenisset, ad domum sustinentis prefecti veniunt pariter properantes. Qui ingressi, dixerunt: Pax fidei tuę. At ille resalutavit eos officiosissime, et hortatus est eo[s][e] sedere iuxta se, et dixit: Ex ore Tranquillini ratio egressa oculorum meorum assertione declaratur. Vidi enim hunc sanissimum, quem podagrico et chiragrico videram dolore contractum. A quo genus medicamenti unde fuisset salvatus inquirens, talem ab eo recepi responsum: Dum fidem meam in idolis ponerem, debilis et nimia sum infirmitate contractus: at ubi unum Deum in cęlis didici ostensione christianorum, abnegavi universa, quę sine causa colueram, et tradidi fidem animi mei Christo. Mox autem ut unum et verum Deum in cęlis regnare confessus sum, statim omnis, quam | per undecim annis amiseram, ad me reversa est | [118a sanitas, et omnis a me est protinus infirmitas separata. Hęc audivi auribus meis, probavi oculis, corde credidi; superest ut quod fecistis Tranquillino et mici faciatis, ut possim mei corporis recipere sanitatem.

63 Polycarpus presbyter dixit: Si transeuntes dolores anima hominis non sufferet, quid de illis doloribus actura est, quibus nulla umquam evenit finis, nullus datur omnino successor? Nam isti dolores illorum dolorum

---

[e] *corr. ex* ea.

imaginem portant, et quantum *distat inter ignem vivum et eius picturam, tantum distat inter dolores, quos nunc patitur corpus, et illos quos anima passura est, si *ignara creatoris sui, presentis vitę impleverit munus. Age ergo nobiscum prius de illis doloribus, et esto de illa pęna sollicitus, quę habet ignem semper ardentem, et vermem semper edentem.

64 Tunc Chromatius urbis Rome prefectus, cum unico filio suo Tiburtio, dedit nomen suum, dicens: In hoc de fide mea certos vos esse convenit, in qua etiam filium meum | christianum fieri mecum exobto. Cui | [118b beatus Sabastianus dixit: Vide ne, sola recuperatione tui corporis ductus, te fieri christianum speres, sed magis spe vitę ęternę facias mentem tuam puram ad videndam rationem veritatis. Nisi enim veritatem agnoveris, qui sit creator tuus, non poteris invenire salutem, quam queris. Chromatius dixit: Ergo rusticos et simplicissimos homines [non] videmus esse christianos, ita ut inter mille viros vix ut invenias unum, qui possit vel sermonum disciplinam *adipiscere. Numquid hii homines ad istam inquisitionem adtingere potuerunt, dum fierent christiani? Sanctus Sabastianus dixit: Hoc responsum tuum nostrę partis adfirmat assertionem, nam ab origine mundi cum *ruriculis et pastoribus ovium Deus habuit rationem, et iuxta mundi finem veniens, non elegit gramaticos et oratores, sed simplices et piscatores, et ipsis tradidit notitiam suam.

65 Chromatius dixit: Quur ergo me dicis prius debere agnoscere quis sit creator meus, quem nisi cognoverim, salutem invenire non possum? Sanctus Sabastianus dixit: | Quia multos deos et multas deas co- | [118c luisti. Nisi ergo hos a corde tuo excluseris, et imagines eorum confregeris, et cognoveris unum et verum Deum, vitam et salutem invenire non poteris. Chromatius dixit: Indica ergo mici quis est unus et verus Deus. Sanctus Sabastianus dixit: Si servum tuum ad hauriendam aquam miseris, dum ad fontem venerit, aspicit prius ne sordes aliquę intus lateant, et non est ausus aquam in vas mittere, nisi mundatum a sordibus viderit; nos tibi quomodo tradimus fontem veritatis, nisi prius te ab omnibus idolorum sordibus et ab squaloribus feceris alienum? Chromatius dixit: Et quo ordine alienus effici potero ab his?

66 Sanctus Sabastianus dixit: Da nobis potestatem, ut omnia idola, quę in domo tua invenerimus, lapidea confringamus, aurea vero et argentea vel vitrea *conflemus, et pretia earum egentibus dividamus. Chromatius dixit: Et dum hęc feceritis, mici quid fructus accedet? Sanctus Sabastianus dixit: Omnium nervorum tuorum, quorum nodositate constringeris, statim consequeris sanitatem; et quasi cui | numquam nicil doluerit, ita | [118d in pedibus tuis currere incipies, et agnoscere quos inimicos tuę salutis dilexeris; tuum vero parentem hunc esse, qui te, statim ut eius notitiam atque culturam inveniris, restaurat et salvat.

67 Chromatius dixit: Nolite vosmetipsos ad hanc iniuriam deponere: sed servis meis precipiam; et ipsi universa confringant. Sabastianus dixit: Dubii et timidi et infideles si ea confregerint, inveniet diabolus per cuamcumque neglegentiam eorum occasionem lędendi eos, et statim ut lęsi fue-

rint, dicent infideles, propterea eos lęsos esse, quia idola confregerunt. Nisi enim loricam habens, non eripietur ictibus sagittarum; galea enim et scutu et hasta utitur docta manus in prelio, et impetu feriendi audacia, quę *terga versari non novit. Hii ergo qui scutu fidei muniuntur, et lorica tegminis Christi proteguntur, habentes galeam spei et salutis, ipsis est tutum inire *certamen. Pugnant etenim acerrime, | et fortiter vin- | [119a
cunt, quia contra invisibilem hostem die noctuque infatigabiliter prelian-
tur; et sunt tecti in manibus membris, fide potius armati quam ferro. Chromatius dixit: Fiat volumtas Dei et vestra.

68 Tunc sanctus Polycarpus presbyter et beatus Sabastianus, precingentes se, oraverunt; et post orationem amplius quam ducenta idolorum signa confringentes, cęperunt gratias agere Deo suo. Post hęc accesserunt ad Chromatium, dicentes ei: Confringentibus nobis idola, tu debuisti sanitatem recipere, nisi forte aliqua tibi in animo signa infidelitatis dereliquit. Hoc enim apud nos certum gerimus, quod aut est aliquid quod nondum est factum, aut si omnia facta sunt, quid animi geras nobis evidentius manifesta. Tunc ille: Habeo, inquit, cubiculum *olovitreum, in quo omnis disciplina stellarum ac *mathesis *mecanica est arte constructum, in cuius fabrica pater | meus Tarquinius amplius quam ducenta *pondus auri dinosci- | [119b
tur expendisse.

69 Cui Sabastianus dixit: Si hunc tu integrum habere volueris, te ipsum frangis. Chromatius dixit: Quid enim mathesis aut *efemeris aliquo sacrificiorum ritu coluntur? Mensuum etenim annorum cursus certo pondere pensatur et tenditur, et lunaris globi plenitudo vel diminutio, digitorum motu, rationis magisterio, et calculi computatione previdentur. Polycarpus dixit: Illic signa Leonis et Capricorni et Sagitarii et Scorpionis et Tauri sunt, illic in Ariete luna, in Cancro hora, in Iove stella, in Mercurio *tiropica, in Venerem ars, et in omnibus istis monstruosis demonibus ars Deo inimica cognoscitur. Ista quis non ita recuset, ut non solum ipsi non audiant, non colant, non credant, non teneant; verum etiam nec illos animos habeant, qui huiuscemodi *nugis suum occupant pectus? Omnia enim ista falsa deceptionisque ministra sunt: similitudo in eis veritatis est, non ipsa veritas.

70 | Dicit ei Chromatius: Quid quod nonnumquam futura pro- | [119c
nuntiant? Sanctus Sabastianus dixit: Ista omnia vanissima esse et falsa, Christo revelante, cognovimus; qui tibi nunc manifestius aperiemus. Precipe hodie ad te mathesis venire doctorem, cui dicas, illo tempore asperis te casibus laborasse, et inquirere per quas stellas hoc tibi evenerit mali; responsa eius erunt procul dubio talia, quod tempus tuum a malitioso Marte susceptum est, aut Saturnus apud *catasticos fuit, aut annus tuus ex *diametro susceptus est, aut *clemacterica tibi in *centro sint nata, aut synditus fuit cum malo, aut invisibilis, aut in *stigmate, aut immobilis circa te extitit cursus in stellis. Hęc et his similia dum dixerit, rationis tibi veri simile adsignare nititur aliquid, et probare.

71 Age nunc, interroga alterum *mathematicum, cum ipsas horas

ipsumque tempus in bonis tibi exuberase casibus dicas; ilico videbis eum tibi rationabilia *schemata infinita | adferre, [quibus adprobet,] | [119d quia in ipsis temporibus tibi evenire debuerint bona. Circulum etenim tenet ex omni parte collectum, in quo diversas et vanas causas accipit, ex quibus occasionem capiat dicendi, quod voluerit. Nam futura dum penitus previdere non possunt, clemacterica dixerunt, id est naturę rei incerta perfugia. Nam diversis temporibus nati, uno naufragio perierunt; et una hora diei vel noctis exorti, alter ad mendicitatem deponitur, alter ascendit ad regnum; in uno prelio innumerabilis multitudo prosternitur; et uno die, imo uno puncto in domo, duę nate fęminę, *pudicissima una, altera efficitur *inpudica: utriusque si stellę meritum contulerunt, nec meretrix vituperanda est, nec casta laudanda. Certe legumlatores et principes sacra sua prevaricata puniunt, et ideo forum, ideo iudex, ideo iura. ut iusti recte laudentur, et iniusti merito puniantur. Et hoc nolo ut otiosum esse existimes, quod teipsum | nondum salvatum adtendis. Nam si ex integro a te inimici | [120a generis humani cerimonias abiceres, in teipsum quod verum est didicisses.

72 Audiens hęc Chromatius, dixit: Verus ille Deus est, qui vos tales probatur habere cultores. Nam omnis sermo vester ira rationibus *affluit, ut pecodum ad rationem veram mentes inclinet. Unde etiam hoc ipsut, quod ad ornatum domus visus sum excepisse, ne impediat saluti męe eius incolomitas, dissipetur. Credo enim, et hęc fides mea est, quod in his omnibus, quę christianitatis lex abominatur ac prohibet, ex integro si a me separavero, et presente merear salutem consequi et futuram.

73 Audiens hęc filius suus Tiburtius, dixit: Nulla patior ratione hoc opus pretiosum, et precipuum, et inconparabile deici. Sed ne paterne saluti videar venire contrarius, deferantur duo clibana et accensa ante ianuam cubiculi preparentur. ut dum dextructum ab eis fuerit, et pater meus non receperit sanitatem, ambo clibanis ardentibus dimergantur | in sin- | [120b gulis. Audiens hęc pater, prohibebat fieri. Sancti vero non solum non metuebant promissum exitium, verum etiam constanter preparari clibana hortabantur.

74 Tunc acceserunt ad universa idola crystallina et *olovitrea. et omne illut opus *mecanicum: et subito, dum sanctorum manibus frangerentur, apparuit ante oculos Chromatii iuvenis, cuius facies flameo radiabat aspectu, et dixit ei: Misit me Dominus meus Iesus Christus, cui credidisti, ut omnium membrorum tuorum recipias sanitatem. Ad hanc vocem sanissimus redditus, cępit currere post iuvenem, ut pedes eius oscularetur. At ille dixit ei: Vide ne contingas me, quia nondum babtismatis sanctificatio te ab squaloribus abluit idolorum. Videns hęc Tiburtius filius eius, advolvitur pedes sancti Polycarpi. Ipse autem Chromatius adstringebat plantas beati Sabastiani, et ambo una voce clamabant: Verus Deus Christus, verus et omnipotens unigenitus Filius Dei, quem predicatis boni ministri eius.

75 Tunc beatus Sabastianus dixit Chromatio: Sicut ipse nosti, | [120c principatum cohortis primę ago, sed utrum sit militię hominis nescire olim

decrevi, nec vellem. Ad hoc tantum sub chlamyde latere volui, ut nutantium animos instruerem, et dubitantes constantes efficerem, ne passionum doloribus cederent, quos fides fecerat bellatores. Tu autem potestatis amplissime gerens apicem, non potes temetipsum nec ab spectaculis tollere, neque iudicandis negotiis *absentare. Simulans igitur egritudinem, tibi ipsi postula successorem, ut possis, liber ab occupationibus mundi, futurę vitę *rudimenta suscipere, et secunda nativitate iterum natus, ęternis efficiaris parentibus prolis. Eodem itaque die mittit ad amicos suos in palatio positos, per quos testimonialis scribta suscipiens, *tirocinium divinę militię, antequam babtizaretur, accepit.

76 Quid memorem, quam plenissime fidei fuerit, quamque acris ingenii contra | infidelium asserta constiterit, sequens lectio manifes- | [120d tat. Nam in initio qualiter sacrosancti fontis sit unda perfusus, mentis eius fides evidenter enituit. Interrogatus quod crederet, dixit: Credo. Iterum interrogatus, utrum abrenuntiaret omnibus idolis, respondit: Abrenuntio. Prosequuta est interrogatio sacerdotis, utrum renuntiaret omnibus peccatis; at ille ait: Ista prius debuisti inquirere antequam has aulas regis cęlorum intrarem. Nunc autem reinduam me nondum babtizatus, ut omnibus prius, quibus sum iratus, indulgeam; omnibus debitoribus meis *cirograba restituam; si cui aliquid violenter abstuli, integrum reddi precipiam: duę mici post uxoris obitum concubinę sunt, et istis donem, et maritis tradam, ab omni nexu servili, ingenuo, privato, publico, actuum eorum nodos exsolvam: et ita demum promittam | me renuntiaturum | [121a omnibus peccatis diabolicis et voluptatibus mundi. Dicit ei Polycarpus presbyter: Beatiorem te cęlestis unda perfundit, quum ea, quę arbitratu tuo dicis te esse facturum, tota festinatione conpleveris: nam et quadragesimę tempus ideo babtizandis iniungitur, ut tot diebus ipsis discant renuntiaturos se esse omnibus artibus inimici et mundi comertiis, hii qui verissime volunt effici christiani.

77 Tunc Tiburtius iuvenis sapientissimus dixit: Pater, si tibi pro renuntiandis negotiis tempus flagitas, ego, qui adhuc suscepturus eram negotia fori, soli susceptionis voluntati renuntio: et qui futurus eram advocatus ad agendas causas mortalium, suscipiam christianitatem ad agendas actiones angelicas, quum unus esse cępero ex eorum numero qui ęternam vitam accipiunt, et efficiuntur causedici sanctitatis. | Tunc ample- | [121b xatus est eum sanctus Sabastianus: quem dum babtizasset sanctus Polycarpus, ipse pater acceptionis eius est factus.

78 Igitur dum pauci admodum transacti fuissent dies, omnibus rite abrenuntiatis a Chromatio mundi negotiis, suscepit Chromatius sacri babtismatis novitatem: et cum eodem ex familia eius promiscui sexus mille quadringentę animę, quos omni prius manumissionis gratia a servitutis nodos exsolvit, et donis obtimis instruxit, dicens: Hoc quod isti, qui Deum incipiunt habere patrem, servi hominis non esse debent.

79 Erat autem papa urbis Rome, nomine Gaius, vir magne prudentię magneque virtutis, imperantibus tunc Carino, Diocletiano et Maximiano.

Diocletianus in urbe erat cum Maximiano: Carinus autem erat cum omni exercitu in partibus Galliarum, et eius intuitu *lenta persequutio Diocletiani circa christianos esse ceperat, quia Carinus | habebat aliquos | [121c amicos, quos huius tituli professio decorabat.

80 Igitur occiso Carino in civitate Montiaco, Maximiano et Aquilino consulibus facta est persequutio talis, ut nullus emeret vel venundaret aliquid, nisi qui, *staticulis positis in eo loco, ubi emendi gratia ventum fuisset, thuris exhibuisset incensum. Circa insulas, circa vica, circa *nimfea quoque erant conplures positi, qui nec manendi copiam darent, aut haurientibus aquam ipsam facultatem tribuerent, nisi qui idolis delibassent.

81 Tunc sancti Gagi episcopi consilio habito, Chromatius inlustris vir omnes christianos in domo sua suscepit, et universos ita *fovebat, ut nullus omnino sacrificandi necessitate subcumberet. Verum qui tanta vis persequutionis extiterat, ut opinio christianitatis eius celari non possit, meruit ex sacro rescribto Chromatius, ut medendi gratia in Campano litore moraretur, in quo erat *lati cespitis dominus, tribuitque copiam omni christiano ire volenti | cum eodem ad persequutoris rabiem declinandam. | [121d Tunc orta est contentio inter sanctum Polycarpum presbyterem et beatum Sabastianum: qui in Urbe remaneret, et quis iret cum Chromatio, qui tantum populum susceperat christianum. Quibus altercantibus, venerabilis papa Gaius dixit: Dum ambo coronam passionis queritis, adquisitum Christo populum desolatis. Unde mici videtur ut tu, frater Polycarpe, qui et sacerdotii rectum tramitem tenes, et scientie Dei repletus es donis, perge simul ad confortandas credentium mentes, et animos dubios *defecandos. At ille, his auditis, quievit, blandumque pape imperium equanimiter tulit.

82 Venit itaque dies dominica, in qua episcopus, agens que Dei sunt intra domum Chromatii, hac omnes alloquitur voce: Dominus Iesus Christus, prescius fragilitatis humane, duos in se credentibus constituit gradus, confessionis scilicet et martyrii, ut hii, qui martyrii pondus se perferre disperant, confessionis gratiam teneant, et dantes latus bellantibus, Christi militum, | qui pro eius nomine pugnaturi, sollicitudinem gerant. | [122a Pergant itaque qui volunt una cum filiis nostris Chromatio et Tiburtio; et mecum in hac urbe, qui voluerint maneant. Nos enim non terrarum spatia dividit, quos Christi caritas nectet, nec absentiam vestram sentiunt oculi nostri, quia de interioris hominis vos intuemur aspectu.

83 Hec et his similia dicente papa Gaio, exclamavit Tiburtius vir clarissimus, dicens: Obsecro te, pater episcoporum, episcope, ne me patiaris terga persequentibus dare. Mici enim valde iucundum est et obtabile, pro Deo vero millies, si possem, occidi, tantum ut illius vite dignitatem inveniam, quam nullus mici succesor eripiat, nulla tempora finem inponant. Tunc sanctus Gaius, congaudens fidei eius, lacrimas effundebat, orans ut omnes, qui remanserant, certaminis victores existerent, triumphum martyrii suscipientes.

84 Remanserunt autem cum venerabile papa hii, | Marcelli- | [122b nus et Marcus, simul quoque et pater eorum, vir gloriosissimus Tranquil-

linus, item Sabastianus beatus, et pulcherrimus iuvenis sed mente pulchrior, sanctus Tiburtius, Nicostratus ex primiscrinio cum fratre suo Castorio, et cum coniuge sua. Zoe nomine; iterum Claudius cum Victorino fratre suo, et cum filiis suis [Felicissimus et Felix] [h], qui fuerant a morbo hydropis liberati [atque Simproniano.] Ceteris vero universis cum Chromatio proficiscentibus, hii tantum cum Gaio ępiscopo remanserunt, qui Marcum et Marcellinum diaconii honore sanctificavit. Tranquillinum vero patrem eorum, fecit presbyterum. Sanctum Sabastianum, qui ad multorum profectum sub specię militię latebat, defensorem Eclesię instituit; ceteros vero subdiacones fecit.

85 Sed quia tutus nullus inveniri poterat locus ad *latebram confovendam, morabantur omnes apud Castulum, quendam christianum, zetarium palatii: qui Castulus ibidem in palatio, in superiori loco et valde altissimo conmanebat. Ideo autem hęc alta mansio probabatur, | [122c quia ipse Castulus cum suis omnibus christianissimus erat; et lex lata de sacrificiis quum ubique sui fervore deseviret, in illis, qui palatio adherebant, quia nec suspicio de eis esse poterat, celabantur. Erant ergo, ut diximus, omnes hii morantes cum sancto papa Gaio apud Castulum zetarium in ipsis superioribus palatii, et die noctuque, gemitibus ac fletibus et ieiuniis atque orationibus occupati, exorabant Dominum, ut digni haberentur tolerantię confessionis eius, et numero sanctorum martyrum sociari. Ascendebant autem ad eos occulte religiosi viri et religiosę fęminę, et utpote a sanctis diversas sibi sanitatum gratias impetrabant. Nam et cęcorum oculi inluminabantur eorum precibus, et sanabantur infirmi, et ex obsessis corporibus dęmones expellebantur.

86 Interea quum hęc aguntur, transiens beatus Tiburtius, occurrit homini, qui de alto lapsus, et caput et omnia membra quassaverat, | [122d ita ut de sola sepultura eius agerent hii, quorum filius esse dinoscebatur. Tunc dicit eis flentibus: Permittite me pręcantare ei: forsitan recuperat sanitatem. Quumque omnes dedissent spatium, accessit iuxta eum, et dicens super vulnera eius lente orationem dominicam et symbolum, ita solidata sunt membra eius et caput et omnia viscera, ut quasi quia nicil ei evenisset, ita factus est incolomis.

87 Hęc itaque quum fecisset, cępit ire. Tenebant autem illum parentes eius, dicentes: Veni et habe eum servum, et omnia bona nostra tibi tradimus cum eo, quia ipsum unicum, quem habebamus, nobis iam mortuum vivum reddidisti. Dicit eis: Si ea, quę vobis dixero, feceritis, magni inpendam mercedem sanitatis huius. Dicunt ei parentes eus: Nosmetipsos, si servos habere digneris, contraire non possumus: quinimmo et obtamus, si ipse iudicaveris dignum. Tunc adprehendens manum eorum, segregavit eos a turbis, et | indicavit eis virtutem nominis Christi. Et videns animum | [123a eorum fixum fortiter in timore Domini, duxit eos ad papam Gaium, et dixit: Venerabilis papa, ac divinę legis antestis: ecce quos per me hodie

---

[h] Felix] Simproniano *add. et delev.*

lucratus est Christus, in quibus fides mea, velut arbuscula novella, prorupit in fructu. Tunc sanctus Gaius ępiscopus babtizavit iuvenem cum parentibus suis, Deo gratias referentes.

88 Verum quia multum est, si velimus ea prosequi quę per eos et quanta fecerit Christus, qualiter unusquisque ad palmam martyrii venerit explicemus. Beatissima Zoę in Apostolorum natale, dum ad confessionem Petri apostoli oraret, ab insidiantibus paganis artatur. duciturque ad patronum regionis Naumachię, et conpellitur Martis *staticulo, quod illic stabat, thuris guttam incendere. Cui illa respondit: Mulierem Martis sacrificare conpellis, ut ostendas Martem vestrum muliebria delectari. Sed ille inpudicissime Veneri potuit pudorem eripere, mici vero, tropheum fidei in fronte portanti, non | poterit prevalere. Non ergo meis contra | [123b eum viribus luctor; sed Domini mei Iesu Christi virtute confidens, et vos et illum pariter inridendo contemno. Tunc patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam, et per quinquem dies fecit nec lumen videre eam, nec cibum nec potum accipere; solum vox eius, qui eam illic inclauserat, audiebatur, dicentis sibi: Ibi morieris fame et cęcitate, nisi te libaturam repromiseris diis.

89 Sed quum transissent sex dies, suggesserunt de ea prefecto sevienti; qui iussit eam a collo et capillis in arborem excelsam suspendi, et subter fumum ex sterquilinii adhiberi. Statim autem ut suspensa est, in confessione Domini emisit spiritum. Illi autem auferentes corpus eius, saxo ligaverunt, et Tiberis alveo inmiserunt, dicentes: Ne christiani corpus eius tollant. et faciant sibi illam deam.

90 Igitur celebrato martyrio, venit in somniis sancto Sabastiano, et narravit ei qualiter martyrium Domini suscepisset. Quod quum narrasset sanctus Sabastianus, | proripuit se, et ait Tranquillinus, dicens: | [123c Feminę nos ad coronam precedunt; ut quid vivimus? Et descendens octava die Apostolorum, ad beati Pauli confessionem accessit: *nicilominus et ipse, perpessus insidias, temtus est: et a populo lapidatus, mortuus est, et corpus eius Tiberino gurgiti mancipatum est.

91 Item Nicostratus et Claudius, una cum Castorio et Victorino et Simproniano, dum corpora sanctorum per ora Tiberina requirerent, a persequutoribus temti sunt, et ad urbis prefectum perducti sunt. Erat iudex Fabianus, qui hortatus [est] ad sacrificandum, et per decem dies minis eos et blanditiis agens. in nullo penitus potuit comovere. Tunc fecit de his suggessionem imperatoribus, quique iusserunt eos tertio torqueri. Quum nulla ratione tormentis conpulsi cederent, iussit eos in medio mari precipites dari. Inmensis itaque artati ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, ut in loco mundo. inter aquas, coronam martyrii celebrarent. Insidiebantur itaque infideles fidelibus, | et iniquo furore christianum non poterant | [123d nec nomen audire.

92 Interea dum sancto Gaio ępiscopo quidam se simulata fide sociasset, dicens se esse christianum; porro hic apostata extiterat, et erat fraudulentus in omni sermone, et callidus in omni comisso. Quid multa? Dum

a Tirbutio viro scholasticissimo et sancto frequenter argueretur, quod capillos super apicem frontis tonsoris arte componeret; quod assidue pasceretur, et ludendo pranderet; quod licentius fęminarum se aspectibus daret, et quod a ieiuniis se et orationibus tolleret; quod somno deditus, non interesset pervigiles in hymnis Dei ducentibus noctes; dum pro id, ut diximus, a beato Tiburtio acrius argueretur, simulat se ęquanimiter monentem accipere, et agit artem quatenus orantem sanctum Tiburtium conprehenderent infideles. In qua conprehensione seipsum teneri fecit, et simul ad secretarium perduci iudicis sęvientis.

93 At ubi introducti sunt, Fabianus prefectus dixit ad eum, qui se arte tradiderat: Quis diceris? At ille respondit: Torquatus. Fabianus dixit: | Quid profiteris? Torquatus dixit: Christianus sum. Fabianus | [124a dixit: Ignoras quod iusserunt invictissimi principes, ut qui sacrificare diis noluerint, diversis suppliciis macerentur? Torquatus dixit: Hic magister meus est, et ipse me semper docuit: quod hunc videro facere, necesse est ut faciam.

94 Fabianus conversus ad Tiburtium dixit: Audis quid Torquatus asserat? Quid ad ista respondis? Tiburtius dixit: Torquatus diu est quod se christianum esse mentitur; *virtus enim ipsius nominis sancti graviter fert et moleste, suum nomen non a suis amatoribus *usurpatum. Revera enim, vir inlustrissime, hoc christianum vocabulum divinę virtutis est, sectatorum scilicet Christi, qui vere *philosofati sunt, qui ad obterendas libidines fortiter militarunt. Credisne, vir inlustrissime, hunc esse christianum, qui in *lenocinio, sui molliendo capitis fibras omittit, qui tonsuram diligit, qui scapulis molliter gestit, qui flexum gressum *inprobo nisu distendit, et quia viros neglegenter agit, | fęminas diligentius intuetur? | [124b Numquam tales *pestes Christus habere dignatus est servos. Verum quoniam me hic se imitaturum asseruit, hic in tuo probabis eum conspectu mentitum. Hic enim qualis semper fuerit, nunc evidenter ostendit. Fabianus dixit: *Consultius facies, si saluti tuę *consuleas, et principum decreta non contemnas, Tiburtius dixit: Ego saluti meę melius *consulo, quam ut deos deasque contemnens, unum Dominum Iesum Christum Deum meum esse confitear. Torquatus dixit: Non solum ipse christianus crudelis est, verum etiam multos persuadet, decipit, ac docet omnes deos dęmones esse; ipse autem cum sociis suis, cum quibus magicas *clades exercet, die noctuque incantationibus occupantur.

95 Tiburtius dixit: Falsus testis non erit inpunitus. Istum, quem vides, inlustrissime vir, malitię suę cura exestuans ad nicil aliut christianis est iunctus, nisi ut cogitaret quomodo se nobis quasi christianum ostenderet; quomodo aliis fidelissimum mentiretur. Reprehendebam tamen in eum *cyclopem | edacitatem, et emersum vino pudorem, et sepultam | [124c divini nominis sanctitatem. Ebrius patiebatur sitim, et ęsurius vomens: nec ut christianus, sed ut antunianus quidam ille conviva manducabat et bibebat et vomebat, et nunc christianos arguit, christianos accusat, in nos mitem iudicem incitat, gladium nolenti iudici porrigit, et ut dęmoniis cervices

nostras inclinemus hortatur. Videmus obtutum tuum, videmus cruenta consilia; et scelerata arte verborum tui pectoris venena intuemur. Accingere nunc, o crudelissime, utere carnificis vocem: adplica ęculeos, suspende christianos, damna. percute, incende, universa adhibe. Si exilium minaris, hoc filosofantibus totus est mundus; si supplicium, evadimus mundi carcerem; si ignes, maiora horum in cupiditatibus vincimus. Decerne quicquid libet, omnis nobis vilis est pęna, ubi pura comes est conscientia.

96 Fabianus dixit: Restitue te generi tuo, et hoc esto | quod | [124d te natura dictavit. Nobilis enim natus ad tantam devolutus es fecem, ut possis et supplicium simul et infamiam subire et mortem. Tiburtius dixit: O prudentissimum virorum, et romanis iudicem constitutum! quia meretricem Venerem, et *incestum Iovem, et Mercurium fallacem, et Saturnum filiorum occisorem colere non volo, infamiam generositatis incurro: et quia unum et verum Deum, qui in cęlis regnat adoro et venero, suppliciis me esse macerandum minaris et timidas? Non *abnuimur, non *renitimur; non negabimus Christum Filium Dei ad hoc de cęlo descendisse ad terras, ut a terris homo ad cęlos possit ascendere; ideo istas omnes vanas *effigies, quas colitis sine causa, proculcans pedibus meis, Deo meo [omnipotenti] me *subieci.

97 Tunc Fabianus iussit ante pedes eius carbones ardentes effundi; et ait ad eum: Elige tibi unum e duobus, aut thura | in istis carbo- | [125a nibus adice, aut pedibus nudis super eos incede. Tunc beatus Tiburtius. faciens signum crucis, constanter nuda super eos ingressus est planta, et cępit prefecto dicere: Depone infidelitatem, et disce quia hic est solus Deus, quem confitemur creaturis omnibus dominari. Mitte tu, si potes, in nomine dei tui Iovis, et deus tuus faciat te non sentire ardoris fervorem. Nam mici in nomine Domini mei Iesu Christi videtur, quod super flores roseos gradiar, quia creatura ipsa creatoris sui famulantur imperio. Fabianus dixit: Quis ignorat magicam vos docuisse Christum vestrum? Tiburtius dixit: Obmutesce, infelix, et noli auribus meis hanc iniuriam facere, ut audiam rabido te ore latrantem, mellifluum nomen eius sanctum nominare.

98 Tunc iratus Fabianus dictavit sententiam, dicens: Blasphemator deorum, et reis atrocium iniuriarum, gladio animadvertatur. Ductus autem est in via Labicana. | tertio miliario ab Urbe, et effundens oratio- | [125b nem ad Dominum, uno ictu gladii verberatus abscessit. In eodem loco, *apparente quodam christiano. sepultus est. In quo loco multa beneficia semper prestitit Christus ad laudem nominis sui usque ad presentem diem.

99 Post hęc autem Torquatus egit ut Castulum zetarium palatii, hospes sanctorum, conprehenderetur: qui quum fuisset artatus, et hic tertio appensus, tertio auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in fovea, et dimissa est super eum massa arenaria, et ipse cum palma martyrii migravit ad Christum.

100 Temtus post hęc Marcelli[a]nus et Marcus; et ambo ligati ad *stipitem, in pedibus acutos clavos acceperunt; quibus dicebat insanissimus Fabianus: Tamdiu fixis stabitis plantis, quamdiu diis debitum exhibeatis

officium. Tunc ambo fratres, in uno ligno confixi, psallebant, dicentes: Ecce quam bonum et quam iucundum [habitare] fratres in unum. Dicit eis Fabianus: Infelices et miseri, deponite | amentiam, et liberate vosme- | [125c tipsos a cruciatibus imminentibus super vos. Cui respondentes ambo, dixerunt: Numquam tam bene ępulati sumus; modo cępimus esse in amore Christi. Utinam nos sic esse sicut sumus tamdiu permittas, quandiu huius tegimur corporis indumento! Quumque transissent una dies et una nox, et illi in psalmis et hymnis perseverassent, iussit eos ambos ubi stabant laceis per latera verberari: et ipsi per gloriam martyrii ad siderea regna migraverunt. Item sepulti sunt in via Appia, miliario secundo [ab Urbe], in loco qui vocatur ad Arenas quia *crypte arenarum illic erant, ex quibus urbis menia[1] struebantur.

101 His igitur expletis, beatus Sabastianus ab insidiantibus conventus est: et quia, ut diximus, videbatur sub chlamyde latere quod miles esset dignissimus Christi, suggessit de eo prefectus Diocletiano imperatori. Quem Dioclетianus ad se convocans, ait: Ego te semper inter primos in palatio meo habui, et contra salutem meam, et deorum iniuriam | hactenus | [125d latuisti. Sabastianus dixit: Pro salute tua semper Christum Deum colui, et pro statu orbis romani illum, qui in cęlis est, semper adoravi, considerans ad lapidibus auxilium petere insani capitis esse, et vani. Tunc iratus Diocletianus iussit eum duci in medio campo, et ligari quasi signum ad sagittam, et iussit ut sagittarii eum suerent. Tunc posuerunt eum milites in medio campo, et hinc inde ita eum repleverunt sagittis, ut quasi hiricius ita esset insutus ictibus sagittarum.

102 Extimantes autem illum mortuum, abierunt. Tunc relicta martyris Castuli zetarii, nomine Irenę, abiit nocte, ut corpus eius tolleret et sepeliret. Et inveniens eum viventem, adduxit ad domum suam, in insula excelsa, ubi manebat, ad Palatium, et ibi intra paucos dies integerrimam salutem recuperavit in omnibus membris.

103 Quumque omnes christiani convenirent | ad eum, horta- | [126a bantur eum abscedere. Ille autem, oratione facta, discessit, et stans super gradus Heliogabaldi[2], venientibus imperatoribus, dixit: Iniquis arreptionibus animos imperii vestri templorum pontifices obsident, suggerentes de christianis falsa *comenta, dicentes eos reipublice adversarios, quorum orationibus ipsa respublica melioratur et crescit; qui pro imperio vestro, et pro salute romani exercitus orare non cessant. Quum hęc et talia diceret, ait Diocletianus: Tu non es Sabastianus, quem nos dudum sagittis interfici iusseramus? Sabastianus sanctus dixit: Ad hoc me Dominus meus Iesus Christus resuscitare dignatus est, ut conveniam et contester vos coram omni populo, iniusto iudicio persequutionem vestram in Christi famulos *ebullisse.

104 Tunc iussit eum in *hippodrimo palatii duci, et tandiu fustigari

---

[1] *corr. ex* moenia.
[2] Eliogabaldi *cod.*

nudo, quamdiu spiritum exhalaret. Tunc | tulerunt corpus eius | [126b nocte, et in *Cloacam Maximam miserunt, dicentes: Ne forte christiani eum sibi martyrem faciant. Tunc beatus Sabastianus apparuit <in somnis> sanctę Lucinę, cuidam <matronę> religiosissime, dic<ens:> In cloaca illa, quę est <iuxta Circum, in>venies corpus meum pend<ens in gonpho.> Hoc tu, dum levaver<is, perduces ad> Catacumbas, et s<epelies in> initio crypte iux<ta vestigia> Apostolorum.

105 Tunc <beata Lucina> ipsa per se cum ser<vis suis medio noctis> abiit, et levan<s eum, posuit in pavone> suo, et perduxit <ad locum ubi> ipse imperave<rat, et cum omni diligentia> sepelivit. <Ipsa autem sancta Lucina> per triginta <dies a loco sancto ipso non> discessit.

106 <Post aliquantos autem> annos p<ax Eclesie est reddita:> quę statim, ut Eclesia gloriam pacis accepit, domum suam fecit ęclesiam. Quę omnes *opes suas ad christianorum requiem derelinquens, fecit ipsam Eclesiam heredem Christo.

107 Qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu ęqualis vivit et regna in unitate virtutis in secula seculorum. Amen.

XX

[Agnetis et Emerentianae]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] III[a].	[4] [Lectio] VI[a].	[7] Or[atio].
[2] [Lectio] IIII[a].	[5] [Lectio] VII[a].	[8] Or[atio].
[3] [Lectio] V[a].	[6] [Lectio] VIII[a].	

1 | Passio sanctarum virginum Agnetis et Emerentianę, quę | [126c passę sunt in civitate Roma sub Sempronio preside; die XII kalendas februarias. Deo gratias.

2 <**A**>mbrosius servus Christi virginibus sacris: <D>iem festum sacratissime [virginis] celebrantes, hic psalmi resonent, inde concrepent lectiones; hinc populorum turbę lętentur, inde substententur <pauperes> Christi. Omnes ergo gloriemur in Domino, et ad edificationem virginum qualiter passa sit beatissima Agnes ad memoriam revocemus.

3 Tertio decimo anno ętatis suę mortem perdidit, et vitam invenit, quia solum vitę dilexit auctorem. Infantia conputabatur | in annis, | [126d sed erat senectus mentis inmensa. Corpore quidem iuvencula, sed animo cana: pulchra facię, sed pulchrior fide. Quę, dum ab scholis reverteretur, a prefecti urbis filio adamatur, cuius parentes dum requisisset et invenisset, cępit offerre plurima, et ampliora promittere. Denique detulit secum pre-

tiosa ornamenta, quę a beata Agnę veluti quedam sunt stercora recusata. [1] Unde factum est, ut maiori iuvenis urgueretur stimulo, et putans eam meliora accipere velle ornamenta, omnem lapidum pretiosorum secum defert gloriam, et per se ipsum, et per amicos et notos et adfines cępit aures virginis appellare, divitias, domos, possessiones, familias, atque omnes munda delicias repromittere, si consensum suum eius coniugio non negaret.

4 [2] Ad hęc beata Agnes talem fertur iuveni dedisse responsum: Discede a me, fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis; discede a me, quia iam ab alio amatore prę̨venta sum, | qui mici satis meliora a | [127a te obtulit ornamenta, et anulo fidei suę subarravit me; longe a te nobilior, et genere et dignitate, ornavit inextimabile *dextrocirio dexteram meam, et collum meum cinxit lapidibus pretiosis; tradidit auribus meis inextimabiles margaritas, et circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis; posuit signum suum in faciem meam, ut nullum preter ipsum alium amatorem admittam ad me; induit me *cyclade auro texta, et inmensis muneribus ornavit me; [3] ostendit mici thesauros inconparabiles, quos mici se daturum, si ei perseveravero, repromisit.

5 Non ergo potero, ad contumeliam prioris amatoris, vel aspicere alium, et illum derelinquere, cum quo sum depacta caritate, cuius est generositas celsior, possibilitas fortior, aspectus pulchrior, amor suavior, et omni gratia eligantior; a quo mici thalamus conlocatus est, [4] cuius mici organa modulatis vocibus sonant, cuius mici virgines iustissimis vocibus cantant. | Iam mel et lac ex eius ore suscepi, iam amplexibus eius | [127b castis adstricta sum, iam corpus eius corpori meo sociatum est, et sanguis eius ornavit genus meum; cuius mater virgo est, cuius pater fę̨minam nescit, cui angeli serviunt, cuius pulchritudine sol et luna mirantur, cuius odore revivescunt mortui, cuius tactu confortantur infirmi, cuius opes numquam deficiunt, cuius divitię non decrescunt; ipsi soli servio, ipsi me tota devotione conmitto, quem quum amavero casta sum, quum tetigero munda sum, quum accepero virgo sum. [5] nec deerunt post nuptias filii, ubi partus sine dolore succedit, et fecunditas quotidiana cumulatur.

6 Audiens hęc insanissimus iuvenis, amore carpitur cęco, et inter angustias animi, anhelo cruciabatur spiritu. Inter hęc lectulo prosternitur, et per alta suspiria amor a medicis aperitur. Fiunt nota patri, quę fuerant inventa a medicis; et eadem paterna voce, que fuerant iam dicta a filio, ad petitionem virginis revolvuntur. [6] Abnegat Agnes beatissima et se | [127c nullo pacto asserit prioris sponsi fę̨dera violare. Quumque pater diceret in fascibus constitutus se prę̨fecturam agere, et idcirco non sibi quamvis erga inlustrissimum posse prę̨ferri, cępit tamen vehementer inquirere quis esset sponsus de cuius se Agnes potestate *iactaret. Tunc quidam extitit ex *parasitis eius, qui diceret hanc christianam esse ab infantia, et magicis artibus ita occupatam, ut Christum dicat sponsum suum.

7 Audiens hęc prę̨fectus, lętus efficitur, et missa apparitione, cum ingenti strepitu suis eam tribunalibus sisti precepit. Et primum quidem blandis eam sermonibus secretius provocat, dehinc terroribus pulsat. Sed

Christi virgo nec blandimento seducitur, nec terrore concutitur. sed eodem vultu eodemque animo perseverans, et terrentem similiter sicut blandientem animo deridebat. Videns itaque Simpronius prefectus tantam in puella constantiam, parentes eius adloquitur, et quia erant nobiles et vim eis inferre non poterat, titulum eis christianitatis inposuit.

8 | Sequenti namque die Agnem sibi presentari iubet, et ite- | [127d rum repetens, replicare cepit de iuvenis amore sermonem; quumque omnis sermo eius *casso labore deficeret, sisti eam iterum suis tribunalibus iussit; cui et dixit: *Supprestitio christianorum, de quorum te magicis artibus *iactas, nisi a te fuerit segregata, non poteris insaniam abicere pectoris, neque equissimis consiliis prebere consensum. Unde ad venerandam deam Vestam te properare necesse est, ut si perseverantia virginitatis placet, eius die noctuque sacrificiis venerandis insistas.

9 Ad hec beata Agnes dixit: Si filium tuum, iniquo quamvis amore vexatum, tamen viventem hominem recusavi, hominem utique qui est et ratione capax, qui et audire et videre et palpare et ambulare potest, et florem lucis huius cum bonis perfrui; si ergo hunc causa amoris Christi nulla possum ratione respicere, quomodo possum idola muta et surda, sine sensu et sine anima, colere, et ad iniuriam summi Dei cervices meas vanis lapidibus inclinare?

10 | Audiens hec Simpronius prefectus, dixit: Cupio prebere | [128a *consultum infantie tue, et adhuc te deos blasphemantem idcirco *differo, quia annos tuos infra sensum aspicio. Noli ergo temetipsam, ita despicere, ut motus deorum incurras. Beata Agnes dixit: Noli infantiam corporalem ita in me despicere, ut putes me te velle habere propitium; fides enim non in annis, sed in sensibus geritur, et Deus omnipotens mentes magis probat quam etates; deos autem tuos, quorum motus me incurrere non vis, ipsis irasci permitte, ipsis loqui, ipsi hoc mici precipiant, ipsi iubeant se coli, ipsi iubeant se adorari verum, quia te ad hoc video tendere, quod impetrare non poteris; quicquid tibi videtur exerce.

11 Simpronius prefectus dixit: Unum tibi e duobus elige: aut cum virginibus dee Veste sacrificare aut cum meretricibus *scortaveris in *contubernio *lupanari; et longe erunt a te christiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt ut hanc *calamitatem intrepido animo te perferre posse confidas. Unde, ut dixi, aut | sacrifica dee Veste ad laudem generis | [128b tui, aut ad *ignominiam natalium tuorum eris publice adiectionis *scortum. Tunc beata Agnes cum ingenti *constantia dixit: Si scires quis esset Deus meus, non ista tu ex ore tuo proferres. Unde quia ego novi virtutem Domini mei Iesu Christi, secura contemno minas tuas, credens quod neque sacrificem idolis tuis, neque polluar sordibus alienis. Mecum enim habeo custodem corporis mei, angelum Domini.

12 Nam unigenitus Filius Dei, quem ignoras, murus mici est *inpenetrabilis, et custus mici est numquam dormiens, et defensor mici est nunquam deficiens. Dii autem tui, aut ere sunt ex quibus cucume melius fiunt ad usus hominum, aut lapidei ex quibus platee melius sternuntur. Divinitas

ergo non in ſla]pidibus vanis habitat, sed in cęlis; neque in ęre, aut in aliquo metallo, sed in regno consistit superno. Tu autem et similes tui, nisi ab istorum cultura recesseritis, similis vos pęna concludet; sicut enim in igne *conflati sunt, ut funderentur, sic colentes eos perpetuo | [128c incendio conflabuntur, non ut fundantur, sed ut confundantur, et pereant in ęternum.

13 Ad hęc insanus iudex iussit eam expoliare, et nudam ad *lupanar duci, sub voce preconia dicentis: Agnem sacrilegam virginem, diis blasphemiam inferentem, *scortum lupanaribus datam. Statim autem ut expoliata est, crine soluto tantam densitatem eius capilli gratia divina concessit, ut melius eorum fibris videretur quam vestibus tecta. Ingressa autem turpitudinis locum, angelum illic Dei ita paratum invenit, ut circumdaret eam inmenso lumine, ita ut nullus posset eam prę splendore nec contingere, nec videre. *Fulgebat enim tota cellula illa quasi radians sol in virtute sua, et quanto quis curiosior oculis esse voluisset, tanto sui visus aciem *obtundebat.

14 Quumque se in oratione Domino substrasset, apparuit ante oculos eius stola candidissima, et adprehendens eam, induit se, et dixit: [7] Gratias tibi ago, Domine, Iesu Christe, qui me | in numero ancillarum | [128d tuarum conputans, hac mici veste largire precepisti. Ita namque ad mensuram corpusculi eius abtatum erat indumentum, et ita nimio candore conspicuum, ut nullus dubitaret hoc nonnisi manibus angelicis prępparatum. Interea lupanar locus orationis efficitur, in quo omnis qui fuisset ingressus adorare, si veneraretur, dans honorem inmenso lumini, mundior egrederetur foras quam fuerat intus ingressus.

15 Quumque hęc agerentur, prefecti filius, qui auctor huius sceleris erat, venit ad locum cum sodalibus suis iuvenibus quasi insultaturus puellę, cum quibus libidinis suę se credebat *ludibrium exerceri. Sed ingressos ante se ferventes pueros, et turpiter sęvientes, cum nimia autem veneratione, et ingenti admiratione regressos, cępit inpudenter agere, et vanos eos ac molles et miseros iudicare: et inridens eum locum in quo virgo orabat, audacter ingressus est. | Et videns tantum lumen circa eam, non | [129a dedit honorem Deo, sed inruens in ipso lumine, priusquam vel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, et provocatus a diabolo, expiravit.

16 Videntes autem socii eius quod moras intus innecteret, putabant eum *obscenis operibus occupari, et ingrediens unus ex iuvenibus, qui ei familiarior erat, ut quasi congratularetur insultationi eius, mortuum eum inveniens, exclamavit voce magna, dicens: Piisimi romani, succurrite; magicis artibus ista meretrix prefecti filium interfecit. Fit repente concursus populorum ad *theatrum, et varia vulgi furentis adclamatio. Alii dicebant magam, alii innocentem, alii sacrilegam conclamabant.

17 Prefectus autem audiens filium suum interisse, cum ingenti tumultu [et luctu] venit ad theatrum; et ingressus locum in quo corpus filii eius iacebat exanimę, cum ingenti clamore dicebat beatissimę virgini: Crudelissima omnium feminarum, ad filium meum voluisti | *apo- | [129b

dixen artis tuę magicę demonstrare. Et quum talia atque huiuscemodi verba multa repeteret, et causas mortis eius ab ea vehementer inquireret, ait ad eum beata Agnes: Ille, cuius voluptatem volebat perficere, ipse in eum potestatem accepit. Quare omnes, qui ad me ingressi sunt, [sani sunt,] nisi quia universi dederunt honorem Deo, qui mici misit angelum suum, et induit me hoc indumentum misericordię, et custodivit corpus meum, quod ab ipsis *cunabulis Christo consecratum est, et oblatum? Videntes ergo splendorem angelicum, adorabant omnes, et abscedebant inlęsi; hic autem *inpudens, statim ut ingressus est, sęvire cępit et fremere; quumque manum suam ad me contingendam abtaret, dedit eum angelus Domini in [re]probam mortem.

18 Dicit ei prefectus: In hoc apparebit quia non magicis artibus ista gessisti, si deprecata fueris angelum, ut restituat mici filium sanum. Cui beata Agnes dixit: Licet fides tua hoc impetrare non mereatur a Domino, tamen quia tempus est, ut virtus Domini nostri Iesu Christi manifestetur, | egredimini omnes, ut solitam ei orationem offeram. Quumque | [129c universi fuissent egressi, prosternens se in faciem suam, plorans, rogare cępit Dominum, ut iuvenum suscitaret, dicens: [8] Domine Iesu Christe, exaudi me supplicem tuam, et iube animam pueri redire in corpore suo, ut, vivens, te Deum se confiteri gratuletur.

19 Orante autem illa, apparuit ei angelus Domini, qui et elevavit eam flentem, et confortans animum eius, iuvenem suscitavit, qui egressus foras, cepit voce publica clamare, et dicere: Unus Deus in cęlo et in terra et in mari, qui est Deus christianorum. Nam omnia templa vana sunt. Dii, qui coluntur, omnes vani sunt, et penitus nec sibi possunt, nec aliis aliquod auxilium exhibere.

20 Ad hanc vocem, omnes *auruspices, et templorum pontifices conturbantur, et fit per eos vehementior quam fuerat seditio populorum. Atque omnes una voce clamabant: Tolle magam; tolle maleficam, qui et mentes inmutat, et animos alienat. Prefectus autem, | videns tanta mira- | [129d bilia, obstipuit. Sed *veritus proscribtionem timens, si contra pontifices templorum ageret, et Agnem contra suas sententias defensaret, vicarium ad *seditionem populi iudicem dereliquit. Ipse autem tristis abscessit, quod eam non potuit post resuscitationem filii sui liberare.

21 Tunc vicarius, Aspasius nomine, iussit ignem copiosum accendi, et in medio eam precepit iactare flamarum. Quod quum fuisset impletum, statim in duas partes divisę sunt flamę, et hinc atque illuc *seditiosos populos exurebat: ipsa autem penitus in nullo contingebat incendium. Et magicis artibus hoc, non virtutibus divinis, sed maleficiis, reputantes, dabant fremitus populi inter se, et infinitos clamores ad cęlos.

22 Tunc beata Agnes expandit manus suas in medio ignis, et his verbis orationem fudit ad Dominum: Omnipotens, adorande, colende, tremende, pater Domini nostri Iesu Christi, benedico te quia per Filium tuum evasi manus omnium impiorum, et sporcitias diaboli | inpolluto | [130a calle transivi. Ecce et nunc per Sanctum Spiritum, rore cęlesti perfusa,

ignis iuxta me moritur, flama dividitur, et ardor incendii huius ad eos, a quibus in me ministratur, refunditur. Benedico te, Pater predicande, quia etiam inter flamas intrepidam me ad te pervenire permittis. Ecce iam quod credidi video, quod concupivi conpletor. Te confiteor labiis; te corde, te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio, sumum et verum Deum, quia cum Domino nostro Iesu Christo Filio tuo, et cum Spiritu Sancto vivis et regnas modo et semper et in cuncta secula seculorum, amen.

23 Quumque conplesset orationem, ita omnis ignis extinctus est, ut nec *tepor quidem incendii remaneret. Tunc Aspasius, urbis Rome vicarius, populi seditionem non ferens, in eius gutture gladium mergi precepit; atque hoc exitu roseo sanguinis sui rubore perfusa, Christus sibi et sponsam et martyrem consecravit.

24 Parentes vero eius nullam ⌈penitus⌉ tristitiam habentes, cum omni gaudio abstulerunt corpus eius, et posuerunt in prediolo suo | non | [130b longe ab urbe, in via quę dicitur Numentiana, ubi quum omnis turba christianorum concurreret, insidias a paganis perpessi sunt; et videntes populum infidelium super se venientem armatum, omnes fugierunt. Aliquanti tamen lapidum ictibus lęsi, evaserunt.

25 Emerentiana autem quę fuerat conlactanea eius, virgo sanctissima, licet cathecumina, constanter intrepida stabat inmobilis, et his verbis exprobrabat eos, dicens: Superflui, miseri, caduci, atque atrocissimi, eos, qui Deum omnipotentem colunt, occiditis; et pro defensione lapidum, innocentes homines iugulatis. Hęc et his similia dum turbis furentibus diceret, lapidata est ab eis; et orans iuxta sepulcrum Agnes beatissimę, emisit spiritum. Unde non dubium est, quod in suo sanguine babtizata est, quę pro defensione iustitie, dum confiteretur Dominum, mortem constanter excepit.

26 Eadem denique hora fit terremotus vehementissimus, et quum nimia esset cęli serenitas, tantę coruscationes, | tantaque fulgura, | [130c ac tonitrua extiterunt, ut pars maxima insani populi expirarent. Unde factum est, ut nullus penitus ex eo advenientibus ad sepulcra sanctarum, aliquas molestias excitaret. Venientes autem parentes beatę sanctę virginis Agnes cum sacerdotibus, nocte abstulerunt corpus sanctę virginis Emerentianę, et sepelierunt eam in *confinio *agelli sanctę virginis Agnes, non longe ab urbe, in via quę dicitur Numentiana. Dum igitur assiduis pernoctationibus evigilarent ad tumulum eius, vident in medio noctis silentio exercitum virginum, quę omnes auro textas *cycladibus indutę, cum ingenti lumine preteriebant: inter quas vident etiam beatissimam Agnem, simili veste fulgentem, et ad dexteram eius agnum nive candidiorem. Hęc itaque dum viderent parentes eius, et qui simul erant, stuporem mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat sanctas virgines parumper gradum figere, et stans, parentibus suis dixit: | Videte ne me quasi mortuam lugeatis, sed | [130d congaudete mici, atque congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi: et illi sum iuncta in cęlis, quem in terris posita tota animi intentione dilexi. Et his dictis, pertransi⌈i⌉t hęc visio publice.

27 Unde factum est, ut post aliquantos annos, ad Constantiam, Constantini agusti filiam, hoc factum ab his qui viderant narraretur. Erat enim ipsa Constantia regina virgo prudentissima, sed ita obsessa vulneribus, ut a capite usque ad pedes nulla pars membrorum eius libera remansisset. Accepto autem consilio, spę recuperandę salutis, venit ad tumulum martyris nocte; et licet pagana tamen credula, animi intentione preces fideliter effundebat. Quę dum faceret, repentina somni suavitate corripitur, et videt per visum Agnem beatissimam talia sibi monita preferentem: Constanter age. Constantia, et crede Dominum Iesum Christum Dei Filium esse salvatorem tuum | per quem modo consequeris omnium vul- | [131a
nerum, quę in corpore tuo pateris, sanitatem.

28 Ad hanc vocem Constantia evigilat sana, ita ut nec signum in eius membris alicuius vulneris remaneret. Reversa igitur ad palatium sanissima, facit gaudium patri augusto et fratribus suis imperatoribus. Convocatur tota civitas: fit lętitia, et militantibus et privatis, atque universis audientibus hęc infidelitas gentium confundebatur, et fides Dominica lętabatur.

29 Interea babtismi gratia Constantia consequuta est, et petit patrem et fratres augustos ut baselica beatę Agnes construeretur; et sibi illic mansionem conlocari prręcepit. Cucurrit autem hęc opinio ad omnes, et quotquot credentes ad eius tumulum adveniebant salvarentur, quacumque fuissent infirmitate detenti; quod facere Christum nullus ambigat usque in hodiernum diem.

30 Perseveravit autem Constantia augusti filia in virginitate, | [131b
per quam multę virgines, et mediocres et nobiles et inlustres, sacra velamina susceperunt; et quia fides mortis damna non patitur, usque hodie multę virgines Romę Agnem beatissimam, quasi in corpore manentem, adtendunt, et eius exemplum provocate, viriliter integrę perseverant: credentes sine dubio quod perseverantes perpetuę victorię palmam adquirant.

31 Hęc ego Ambrosius servus Christi, dum in voluminibus abditis invenissem scribta, non sum perpessus infructuoso silentio tegi. Ad honorem igitur tantę martyris, sicut gesta eius agnovi, conscripsi; et ad edificationem vestram hoc, o sanctę virgines Christi, textum passionis eius credidi destinandum, obsecrans caritatem Spiritus Sancti, ut labor noster in vestra imitatione fructum in conspectu Domini valeat invenire.

32 Regnante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor, et gloria, in secula seculorum. Amen.

XXI

[Fructuosi, Augurii et Eulogii]

| = L 131c-133a; / = P^2 90b-91c.

Notas litúrgicas marginales de P^2

1' [Lectio] VI. 2' [Lectio] VII. 3' [Lectio] VIII

1 | / Passio sanctorum Fructuosi episcopi, | [131c; / [90b
Augurii et Eulogii diaconorum, qui passi sunt Terracona sub
3 Valeriano et Emiliano, et Tusco Bassoque consulibus; die XII
kalendas februarias. Deo gratias.

2 In diebus illis Fructuosus ępiscopus, Augurius et Eulogius diacones die dominica conprehensi sunt. Reposito Fructuoso
3 in cubiculo, direxerunt se beneficiarii in domo eiusdem, id est
Aurelius, Festucius, Elius et Pollentius, Donatum et Maximum,
et quum sensisset peduum ingressum ipsorum, confestim surrexit
6 et *prodiit ad eos in solias. Cui milites dixerunt: Veni, preses te
iussit accersire cum diaconibus tuis. Quibus Fructuosus ępiscopus
dixit: Eamus, aut, si vultis, calcio me. Cui milites dixerunt: Calcia
9 te ad animum tuum. Et mox venerunt, et recepti sunt in carcerem.
Fructuosus autem ępiscopus, certus et gaudens de | corona | [131d
Domini, ad quam vocatus erat, orabat sine / cessatione; / [90c
12 erat autem et fraternitas cum ipso, refrigerantes et rogantes ut
illos in mente haberet.

3 Alia autem dię babtizavit in carcerem fratrem nostrum,
nomine Rogatianum: et fecerunt in carcere dies sex, et producti
3 sunt duodecimo kalendas februarias, sexta feria, et auditi sunt
eadem die. Emilianus preses dixit: Fructuosum, Augurium et
Eulogium introducite. Ex *officio dictum est: Adstant. Emilianus
6 preses Fructuoso ępiscopo dixit: Audistis quid imperatores pre-

---

1. 4 Deo gratias *om.* P^2.

ceperunt? Fructuosus ępiscopus dixit: Nescio quid imperatores vestri preceperunt; ego vero christianus sum. Emilianus preses
9 dixit: Preceperunt deos coli. Fructuosus ępiscopus dixit: Ego unum Deum colo, qui fecit cęlum et terram, mare et omnia quę in eis sunt. Emilianus dixit: Scis esse deos? Fructuosus ępiscopus
12 dixit: Nescio. Emilianus dixit: Scies autem postea. Fructuosus autem ępiscopus respexit ad Dominum, et orare cępit intra se. Emilianus dixit: Hii dii audiuntur, hii timentur, hii coluntur: si
15 dii non coluntur, nec imperatorum | vultus adoratur. | [132a Emilianus preses Augurio diacono dixit: Noli verbis Fructuosi abscultare. Augurius diaconus dixit: Ego Deum omnipotentem
18 colo. Emilianus preses Eulogio diacono dixit: Numquid et tu Fructuosum colis? Eulogius diaconus dixit: Ego Fructuosum non colo, sed ipsum colo quem et Fructuosus. / Emilianus / [90d
21 preses Fructuoso ępiscopo dixit: Episcopus es? Fructuosus ępiscopus dixit: Sum. Emilianus dixit: Fuisti. Et iussit eos sententia sua vivos ardere.

4 Et quum ducerentur Fructuosus ępiscopus cum diaconibus suis ad anfitheatrum, populus Fructuoso ępiscopo dolere cępit, qui
3 talem amorem habebat non tantum a fratribus sed etiam ab *ethnicis. Talis enim erat qualem Spiritus Sanctus per beatum apostolum, vas electionis, doctorem gentium, debere esse declaravit.
6 Propter quod etiam fratres, qui sciebant illum ad tantam gloriam pergere, gaudebant *potius quam dolebant. Quumque multi ex fraterna caritate ei offerrent conditum permixtum poculum su-
9 mere, ait Fructuosus: Non est hora solvende stationis. | [132b Gerebatur enim hora diei quarta, siquidem et in carcerem quarta feria stationem sollemniter celebraverat. Igitur sexta feria lętus
12 atque securus festinabat, ut cum martyribus et prophetis in paradiso, quem paravit Dominus eum amantibus, solveret stationem. Quumque ad anfitheatrum venisset, statim ad eum accessit *Au-
15 gustalis lector eiusdem, cum fletibus deprecans, ut eum discalciaret. Cui beatus martyr dixit: Dimitte me, fili, ego me discalcio. Qui, quum se discalciaret, accessit ad eum *conmilito frater noster,
18 nomine Felix, / adprehenditque dexteram eius, rogans ut / [91a sui memor esset. Cui Fructuosus martyr clara voce respondit:

---

3. 17 auscultare P^2.

In mente me habere necesse est Eclesiam catholicam ab oriente
21 usque ad occidente in pace difussam.

5 In porta *anfitheatri constitutus, prope iam ut ingrederetur ad coronam inmarcessibilem potius quam ad pęnam, obser-
3 vantibus licet ex officio beneficiariis, quorum nomina supra nominata sunt, ita ut et ipsi audirent a fratre nostro etiam *Martiale monentem pariter | et loquentem ępiscopus sanctus ait: | [132c
6 Iam non deerit vobis pastor, nec deficere poterit caritas et repromissio Domini tam hic quam etiam in futuro; hoc enim quod cernitis, unius horę videtur infirmitas esse. Consolatus igitur fra-
9 ter, ingressus est ad salutem *insignis et ipso martyrio felicibus, qui sanctarum Scribturarum fructus repromissionis sentiunt. Similes Ananie, Azarie et Misaheli extiterunt, ut etiam in illis
12 Trinitas cerneretur; [1] siquidem iam in igne seculi constitutis, et Pater non deesset, et Filius subveniret et Spiritus Sanctus in medio ignis ambularet. Quumque exustę fuissent fasciolę, a quibus
15 manus eorum fuerant ligatę, orationis divinę et solite consuetudinis memores et gaudentes, positis genibus, de resurrectione securi, insigni tropheo constituti, Dominum deprecabantur.

6 / Post hęc Domini non defuere magnalia: aper- / [91b tumque cęlum, videntibus *Babilone et Migdonio fratribus nos-
3 tris, ex familia Emiliani presidis, qui erant filię eiusdem Emiliani domine eorum carnalis, | ostendebant Fructuosum cum | [132d diaconibus suis, adhuc *stipitibus, quibus ligati fuerant, perma-
6 nentibus, cęlum ascendentes coronatos. [2] Quumque Emilianum vocarent, dicentes: Veni, et vide quos hodie damnasti, quemadmodum in cęlo spei suę constituti sunt. Igitur quum Emilianus
9 venisset ut videret eos, non fuit dignus videre eos.

7 Fratres autem tristes, velut derelicti sine pastore, sollicitudinem sustinebant, non quod dolerent Fructuosum, sed potius
3 desiderarent, unusquisque fidei et agonis sui memores. Superveniente nocte ad anfitheatrum cum vino festinanter pervenerunt, ut semiusta corpora extinguerent. Quo facto eorundem martyrum
6 cinere collecto, prout quisque sibi potuit vindicavit. Sed in hoc Domini et salvatoris nostri, non defuere magnalia, ut credentibus

---

4. 20 Ecclesiam P^2.
5. 10 repromissi[o]nis *L*.

fides augeretur et parvulis monstraretur exemplum. [3'] Oportebat
9 enim Fructuosum martyrem, quod in seculo per misericordiam
Dei docendo promiserat, etiam | Dominum et salvatorem | [133a
nostrum, in sua passione et resurrectione carnis conprobare. Igitur
12 post passionem apparuit fratribus, et monuit, ut unusquisque
/ quod per caritatem de cineribus usurpaverant restituerent / [91c
sine mora.

8 Etiam Emiliano, qui eos damnaverat, Fructuosus ostendit
se pariter cum diaconibus suis in stola promissionis, increpans
3 pariter et insultans nicil profuisse quod frustra exustos a corpore
in terra crederet futuros, quos cerneret gloriosos.

9 O beati martyres, igne probati sicut aurum pretiosum,
vestiti lorica fidei et galea salutis; qui coronati sunt diademate et
3 corona inmarcessibile, eo quod diaboli caput calcaverunt! O beati
martyres, qui meruerunt dignam habitationem in cęlis ad dexte-
ram stantes Christi.

10 Benedicentes Deum Patrem et Dominum nostrum Iesum
Christum, unigenitum Filium eius, cum Spiritu sancto: cuius
3 regnum sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

XXII

[Vincentii]

| = L 133b-139a; / = P^2 91c-95d.

1 | **P**assio <sancti> ac beat<issimi> Vincenti levite | [133b
martyris Christi, qui passus est Valentia in civitate sub Datiano
3 pręside; / XI kalendas februarias. Deo gratias. / [91d

2 | <**P**>robabile satis est ad gloriam Vincenti mar- | [133c
tyris, quod discribtis ipsius <passionis titulis, invi>dus extitit
3 inimicus; unde credimus fide plena relata gestorum, quę litterarum apicibus adnotari non inmerito noluit qui victum se erubescebat audiri. Naturalis quippe *providentia est male errantium
6 auferre de medio testimonia *probitatis.

3 Igitur quum apud Cęsaragustanam civitatem, ut multorum sinceritas et signata veritatis verba testantur, Datiano cuidam
3 pręsidi gentili et sacrilego, ex dominis et principibus suis sęviendi in christianos exobtata *offula cecidisset, et ob latranti profane crudelitatis, famelico cani sua rabies adspirasset; episcopos, cle-
6 ricos, et omnia sancta corpora, temtamentis diaboli | magis | [133d
Deo probanda, spiritu nequitię suę rabie *precipitanter *incubuit. Protinus pervolantes, ępiscopus gloriosissimus Valerius et Vin-
9 centius beatissimus martyr, *perniciter in suę laudis titulo cucurrerunt, feliciores se in ipsa futuros / confessione creden- / [92a
12 tes, si coronam statim *preco quam suis virtutibus et meritis, pro sua devotione rapuissent

4 Sed enim ille *artifex *sęvus, ut vexatione itineris magis illos frangeret, et facilius afficeret iniuria, quos videret supe-
3 rari non posse de pena, ad civitatem Valentiam sanctos Dei pertrahi mox precepit. Cum summa pęna carceris, famis inopia, stri-

---

1. 3 XI] die undecimo P^2 Deo gratias *om.* P^2.
2. 2 passionis ipsius P^2.
4. 4 famis] *L corr. ex* fammis; fammis P^2

dore catenarum, ut manibus et collo vix ferri pondera sustinerent,
6 et per omnes *artus iam tunc mortis supplicia *paterentur, quę
illi graviora cumulatius pro sua laude portarunt. Sed ubi iam
| defecisse eos crederet, iugi iniuria fatigatos, timens ne | [134a
9 ipsorum preventus occasu suę sevitię damna pateretur, produci
iussit ę carcere, quum putaret eos, tamdiu a communi publicę
conversationis luce *seclusos, nec corpore iam nec ipsum spiritum
12 prevalere; mori tamen eos ante tormenta nolebat, quibus propo-
nebat etiam nec mortuis temperare.

5 Sed pabefactus Datianus a conspectu eorum, quod integri
corpore et viribus essent: Quid, *inquit, istos indulgentiori pastu,
3 et potu largiori propinastis? Et mirabatur furor cęcus robustiores
esse, quos Deus paverat. Irascens igitur malignitatis suę *prę-
sagus spiritus, quod videbat inter / sua supplicia fortiores, / [92b
6 qui eum vincerent superesse. mox inflata vox serpentis insibilat:
Quid agis, inquit, tu, Valeri, qui sub nomine religionis contra
principes facis, | extimans inimicus, quod si ipsut caput | [134b
9 conturbare et percutere potuisset, id est ępiscopum, reliqua quoque
subiectiora facilius membra confoderet?

6 Sed Deus unus voluit, eum etiam ab inferioris ministerii
nomine superari, ut *adverteret quid facturus aut acturus esset
3 ille, qui in capite sacerdotii erat, quum posset eum etiam levita
eius, qui habebat minora officiorum ministeria, vincere. Quid
submurmuras, inquit ępiscopo suo Vincentius sanctus, cuius iam
6 erat spiritus in corona, et contra canem leviter musitus; exclama
in magna virtute, o christicola!, ut *conterrita rabies, quę contra
sanctum Dei mysterium latrat, divinę percussa protinus vocis
9 auctoritate frangatur. Iste enim ille est venenatissimus *serpens,
qui in protoplastis gloriam ab omnibus traditam, quam ipse perdi-
derat, invidit. Statimque insatiabilis homicida, ut occideret, quod
12 Deus inmortalis fecerat mori, et ipse | contemtus gustu, | [134c
quem aliis tradebat, prior ipse propinatus est. Iste ille est / [92c
quem *exigimus e corporibus humanis invocatione divina et
15 Christi nomine; mecum decertet, pugnet, si prevalet. Confidentia

---

4. 9 Paterentur *L* 10 comuni P^2.
5. 8 ipsud P^2.
6. 2 quit P^2.

videbit, me plus posse dum torqueor, quam ille dum torquet: quia, dum punit, gravius ipse punienda patietur. Unde iam singu-
18 lariter gaudeo, quia dum patior, vindicabor.

7 Exarsit diabolus adversus christianam fidem, et dum contemni se ac despici videt, ingemuit: Amovete, inquit Datia-
3 nus, ępiscopum istum; Vincentium graviorem rebellem, qui in publicam contumeliam venit, adplicate tormentis. *Animositati eius maiora iubebat inferre supplicia, et quicquid illi accessurum
6 erat pro gloria, vincere pręsumebat ex pęna, sibi potius inferens diabolus, quę illi crudelitatis spiritu minabatur, et supplicia, quę | inferebat ipse passurus. Adplicate, inquit, ad çculeum: | [134d
9 membris extendite, et toto corpore *dissipate; pęnam ante ipsa sui tormenta sustineat.

8 Tunc Datianus: Quid dicis, inquit, Vincenti, ubi istut corpus tuum miserabile conspicis? At ille subridens, ait: Hoc est
3 quod semper obtavi: nemo mici amabilior, nec *familiarior fuit. Tu solus *maxime ad mea vota concordas. Ecce iam et in sublimibus / ago, et te, et ipsos principes tuos, in seculo altior, / [92d
6 despicio. Ne cesses, diabole, crudelitate qua adspiras; prestabis mici gloriam, si inter ipsa graviora suppliciorum meorum *exitia vincaris. Nolo cesses: insurge, diabole, et toto malignitatis tuę
9 spiritu *debacchare. Ne gloriam meam minuas, ne damna inferas laudi: paratus est Dei servus ad omnia pro nomine salvatoris sustinenda, | ut dum devotionem meam punis, gravius | [135a
12 ipse puniaris.

9 Clamare Datianus cępit, et inter tortores suos et carnifices ipsos illo furore bacchari virgis, fustibus milites cedere, et in
3 suos amplius desęvire. Dum sęvit ingemuit, dum adversus Christi servum devotissimum venit, prius ipse diabolus suos occiderat, et vere quos in potestate habebat, christiano a pęna tuto, et Dei
6 ęternitate securo, illos magis, qui in illius erant *dicione, vexabat. Quid dicis, inquit Vincentius sanctus, Datiane? Ecce iam de *ap-
9 paritoribus tuis vindicor; ultionem mici in pęnam ipse fecisti.

10 Summa voce diabolus fremere cępit, rabidioribus intonare sermonibus, stridore dentium frendere, et in suis amplius
3 desęvire; ut dum martyrem Dei lacerat, seipsum potius laceraret.

---

8. 1 istud P^2.

Fessi, *cessere carnifices, et defatigata / lictorum manus, / [93a
| dum per latera martyris pendet, victa defecit. Expalluit | [135b
6 torquentium vultus, siquidem sudoris *rivolis liquescentia membra *tabuerunt; *anhelum fessis pectus extabuit, putans se potius ipsos inter martyris sancti tormenta torqueri. Exsanguis et ipsius
9 Datiani facies tremere cępit. *Trepidum pectus, evanescentes hebetantesque lumine oculi quasi in sua morte confusi: Quid agitis! suis militibus exclamat; non agnosco manus vestras *obsistentes
12 pertinaciter: homicidas sępe vicistis, parracidarum magorumque silentia alta rupistis, arcana ipsa adulterorum vobis in conventibus patefactę sunt: et quisquis confitendo mori timebat, in mor-
15 tis confessione perductus est. O milites principum meorum, quod in contumelia imperatorum nostrorum dicitur non possumus prohibere, ut vel pro nostro solo | pudore taceatur; alteros | [135c
18 in confessionem mortis suę loqui cogimus: huic silentium pro nostra contumelia non possumus imperare.

11 Tunc demum Vincentius sanctus subridens, ait: Hoc est quod in sancta lege pręscribitur: Videntes non videbunt, et au-
3 dientes non audiunt. Dominum Iesum Christum confiteor Filium Dei Patris altissimi uniti / unicum, et cum Patre unum / [93b
Deum esse protestor, et negare me asseris quia, quę sunt vera
6 confiteor? Plane debes torqueri, si mentior, si principes tuos deos dicam; sed torque diutius confitentem, nec a pęna mea cesses, ut vel sic possis probatam sacrilego spiritui tuo *respirare veritatem.

12 Insanior diabolus inritatus, vox serpentis inflammatior, anhelum pectus, tumentioresque cervices, et tota facies humani-
3 tatis inversa, solum in corpus beatissimi martyris flagrantem aciem luminum, venenata | pestifero sidere, figebat ocu- | [135d
lorum; profluentem, non iam solis lateribus, sed toto corpore,
6 sanguinem cernens; viscerum interna patefacta, iuncturas et conpages *divaricatas *divortio tormentorum. Nicil erat, quod vel suis iam posset irasci, et quod vincebatur iam et ipse mirabatur.
9 Miserere, inquit Vincentio Datianus, tui: ne florem perdas nunc primum *vernantis ętatis; in primis annis positus, ne vitam minuas longiorem. Parce iam supplicibus tuis, ut vel *sera, quę
12 supersunt, tormenta lucreris.

---

10. 9 eva[nes]centes *L*.
12. 11 logiorem P^2.

13 At ille pręscius sanctitate, ait: O viperosa diaboli lingua, quid in me non facias, qui Deum et Dominum meum temtare
3 voluisti? Non timeo supplicia tua, quęcumque / iratus im- [93c peleris; hoc magis mici formidinis est, quod fingis te velle misereri. Percurrant omnes penę, et, si quid *prestigiis, si quid tua
6 arte perversa, | si quid malignitatis viribus potes *expe- | [136a riri, exerce. Sub amarissimo veneno tuo fidem et fortitudinem examina christianam; nicil de suppliciis cesses, ut in omnibus te
9 victum esse fatearis.

14 Datianus dixit: Transferatur Vincentius ad legitimam questionem; percurrant omnium latronum homicidarumque con-
3 victorum, etiam parracidarum, violentiora tormenta: si tamdiu, inquit, durare anima potest, inter supplicia vel membra deficiant. Vincere me non potest iste dum vivit. O felicem me! inquit Vin-
6 centius sanctus: minę tuę laus mea est, et terror asperior cumulatior gloria; quod irasci te gravius putas, modo mei melius incipis misereri.

15 Hinc ad *patibulo raptus, immo *ex çculeo depositus, tortores suos ipse percurrens, moras carnificum urguendo, in
3 | sęvitia sua diabolum pudore tarditatis onerabat. Torqui- | [136b tur, tunditur, flagellatur, exuritur, et distentis membris crescebat corpus ad pęnam, sed spiritus, qui Christum Dominum fatebatur,
6 in victoriam perdurabat. *Inprimuntur ardentes pectori laminę, / et *liquefactus inter ipsas candentes ferri acies, *licor / [93d guttis, flama stridente, *respergitur. Vulnera vulneribus inpri-
9 muntur, et supra tormenta tormenta desęviunt; sales ignibus adsparsis, crepitantibus minutis, per membra *dissiliunt: et iam non ad artus tantum, sed ab ipsius viscera suppliciorum *tela *iaciun-
12 tur. Et quia integri corporis pars nulla superesset, quę primum fuerat inlata, iam et ipsa pęna punitur.

16 *Adtonitus Datianus, et a recurrentibus militibus suis de Vincenti beatissimi martyris, ut putabat professione perversa,
3 aut certe iam de ipsa morte sollicitus, quid ageret, vel | [136c quid diceret inquirebat. Renuntiatur ipsi Datiano a dilectis et militibus suis, percurrisse Vincentium universa supplicia hilari

---

14. 5 feliceme P^2.
15. 6 lamminę *L*.

6 vultu, spiritu fortiori, pertinaci magis professione, qua cęperat
Dominum Iesum Christum fateri. Heu! inquit Datianus, vinci-
mur. Sed adhuc habeo, quod de suppliciis supersit, si flecti perti-
9 nancia non potest, vel semper duret in pęna; spiritus, qui *coerceri
non potest, puniatur.

17 Querite, inquit, locum tenebrosum oppressumque, ur-
guente tectura, ab omni publica luce *sepositum, et perpetua nocte
3 damnatum: reatui huius peculiarem, extra carceres / car- / [94a
cerem patiatur. Ibi fragmentis testule *passim exasperatos *con-
gerite mucrones, ut ex omni parte male incisa fractura, elimatis
6 aculeis, iacentis corpus, quod tetigerit, infigat, et ipsa conversio
laterum iterum innovetur ad pęna; ut quod, comutatis artubus,
| membra evadere se credunt, semper offendant. *Divari- | [136d
9 cate preterea distentum roborem, quodadusque *discerpi pęne
artus possint, ut per singula membra rebellis nostrorum prin-
cipum expiret. Inde clausum relinquite tenebris, ne vel oculis
12 respirent ad lucem; nullus ibi hominum relinquatur, ne vel con-
sortio alicuis sermonis *animetur. Clausa et obserata sint omnia:
solliciti tantum estote, ut quando defecerit, nuntietur.

18 Nec mora: quum prima quies fessos custodum artus,
somno vincente, laxaverat, quod Datianus pęnę gravissimę mortis
3 intulerat, divinitus commutatur in gloria. Carceris illius nox *te-
tra novam accepit lucem: *flagrant cerei ultra solitum fulgorem
radiantes. Ipse sanctus Vincentius, stramentis mollioribus iam
6 refectus, psalmum Domino canit, et | hymnum lętus exul- | [137a
tat, vocis organo modulata suavitate concinens. Tota autem vici-
na, quę ad eius supplicia mesta pen/debat, pro suavitate / [94b
9 sonitus demulcet auditus. Trepidi subito expavere custodes, et
evasisse per fugam, quem acceperant, putaverunt.

19 Tunc beatus Vincentius exclamans, ait: Nolite timere:
pro vobis laudes meas ipse non fugio. *Propere, si potestis, in-
3 rumpite, et solacia martyris, angelico obsequio ministrata oculis,
aurite securi; ubi relinqueratis tenebras, gaudete lucem; quem
ingemescentem in suspiriis credebatis, in laudem Dei veri, et cum
6 Patre unici exultare gaudete. Laxata sunt vincula, crevere vires,

---

18. 4 ultra] *corr. ex* ultro *L.* 8 pendebat] *corr. ex* pendebant *L.*
19. 3 martyr[is] *L.*

corpus stramento molliori reficitur; miramini potius, et plenis pia voce asserite preconiis, | confessorem Dei semper esse | [137b
9 victorem. Euntes renuntiate quin potius Datiano, qua perfruar luce; *comentetur adhuc, si potest, diabolus, et aliquid superaddat ad gloriam meam. Si quid potest, de laudis titulo nicil defrau-
12 det, sed exerceat quicquid adhuc furor *bacchantis invenerit. Solam eius misericordiam timeo, ne videatur ignoscere.

20 Ad renuntiationem omnium, exsanguis, trepidus et pallidus, Datianus etiam ipse sibi male conscius, in se penam sensit,
3 dum in famulum Dei sevit. Tandem vox vera, etsi invita simplicitate, prorupit: Et quid, inquit, amplius faciemus? / Iam / [94c victi sumus. Deferatur ad lectulum corpus, stramentis mollioribus
6 reponatur: nolo gloriosiorem eum facere, si inter tormenta defecerit. Fertur ad lectulum gaudentium manibus, et letantium humeris, qui oscularentur vestigia eius, et omne corpus | [137c
9 lacerum lamberent, et ipsum sanguinem profluentem in sue salutis remedia distringerent. Et qui in ipsius fuerant supplicia *crassati, utitur eorum obsequiis baiulorum: Dei servus beatis-
12 simus accipere inimicorum suorum meruit servitutem. Hic vero statim spiritus, iam victo diabolo, cruento consilio emisit e seculo. Et puto ob hoc *maxime ne Datianus crederet per se esse ser-
15 vatum.

21 Renunciato igitur recessu eius, iam victus atque confusus, Datianus dixit: Si non potui, inquit, superare viventem, pu-
3 niam vel defunctum: non est spiritus, qui repugnet, non etiam anima, que vincat. Cum vacuo certamen nullum est; in exsanguis artus corporis destitutus novis suppliciis debacchabor. Satiabor
6 de pena, si mici non potuit provenire victoria. Proicite, inquit, illum in apertum campum nullo defendente *obstaculo: ibi cadaver exanime feris avibus | et canibus consummetur, vel, quod | [137d
9 solum inferre mortuo possum, non habeat sepulturam.

22 / Sed ecce *expositum ad supplicium corpus, non / [94d aliqua manus humana, que forte corrupta crederetur, servat; non
3 pia ipsa licet miseratio christiana, que sibi martyrem in comune provenisse gaudebat, in quo forte ideo nullius excubiis vigilavit obsequium, ne angelica et divina custodia honori martyris defuis-

---

20. 13 consilio *om. L.*

6 se crederetur, si custodia vigilasset humana. Corvus *haud procul residens, avis *lenta et *pigerrima, cute *tetra, specię *decolor, puto ut *funebrem habitum vel lamento quasi lugentis ostenderet,
9 quum *abigeret reliquas aves magnificas pinnisque *pernicies, adveniente subito lupum in curribus suis, *terrens, *exegit ę corpore, quum ille, reflexa cervice, non quod corvi illius impetu | [138a
12 terreretur, sed in aspectu corporis stupefactus hereret, credo, aliquam custodiam mirabatur angelicam. Reddita est antiquitatis storia, per avem similem, ut, quę ante ad Elię plenos messorum
15 portaverat cibos, nunc sancto Vincentio martyri iussa obsequia ministraret.

23 Territus tali nuntio Datianus: Iam, inquit, vincere nec mortuum possum, et per diversa sęvitia mea, dum acrius perse-
3 quor, gloriosiorem feci. Sed si consumere eum terra / non / [95a potuit, mergatur pelago, ne erubescamus quotidie in oculis hominum: victoriam eius vel maria celebunt. Insuatur *fiscinulę quasi
6 in culleum parracide, immo in eronis angustiis cum gravissimo lapidum pondere corpus lacerum *constipetur. Et ubi spatia *naute longa processerint, inprimatur fluctibus corpus, ut in pas-
9 tibus pisces, si quid forte superest | *laceri vulneris, vel | [138b lambendo consummant. Et si ferę terrenę lentitudine sua nequeunt, beluarum *avidiori *hiatu *lanietur; et si proiectus fuerit
12 ad peregrina litora, reciprocatus fluctibus, et ad *scopulos frequenter inlisus, nec mortuus inter saxa quiescat.

24 Ecce quid agis, sęvissime diabole: facis martyrem nostrum et in alio elemento esse gloriosum. Insuitur *irunculo, qui
3 aut salubre sal portat, aut partem dominicę portionis, aut modice sinapis fidem, aut fruges tritici ad substantia vitę, aut salutis alimoniam. Ibi, inquam, cadaver inseritur, et cervice tenus consti-
6 patum corpus artatur: putasse Datianum timuisse ne fugeret. Tunc *pestifer homo, Eumorfius quidam nomine, *profanę mentis, sacrilegi / generis et spiritu, qui in hoc ipso Datiano / [95b
9 baiuli, vel portitoris, crudele gerebat officium, suo fidelis in crimine, *incitatis *nautis, ita ut spatia longa | et diffusa | [138c

---

22. 14 storia] *corr. ex* istoria *L* Helię *codd.*
23. 3 consummere P^2; *corr. ex* consummere *L* 5 victoria P^2
6 cum] quum *codd.*
24. 3 salubre *om.* P^2.

transmitterent, et ubi oculis absconditi montes atque omne litus
12 evanuit, ubi iam defessis satis visum est, timentes ne ad aliam
provinciam eripiendum forte portarent, medio mari inmersum
fluctibus inpresserunt.

25 Et redeuntes iam ad Datianum hilares, quasi gaudia re-
portarent, cum lętitia *nautica *lascivientes, vocibus plausu dis-
3 sono, et *procacibus sibilis *prestrepentes, et ob hoc magis preci-
pites, ne non primi pręsidi suam lętitiam nuntiarent subtractum
ab oculis hominum esse Vincentium sanctum. Sed ecce, licet for-
6 tissimos remiges, velociori tamen Dei manu gubernante, martyris
ad litus pręvenerat corpus: et quod in altioris locus saltim crede-
batur adhuc profundo dimergi, iam ad portum sibi venerat quie-
9 scendi, pene ante honorem debitum *repetens sepulture quam
| renuntiaretur expositum. Nam quendam virum, credo, | [138d
quem fide probaverat, in extasi sanctus eius spiritus, comonet se
12 deportatum ad litus, indicans locum in quo iacebat litoris. / [95c
Qui dum trepidus vel lentior venit, comonita in somnis vidua
quedam, ętate et sanctitate plenissima, vera signa accepit quie-
15 scentis: ubi corpus reciprocatum lenior fluctus iam molli arena
tumulaverat, et elementi ipsius *prolabente *congerie ad honorem
famulatus lambendo *servierat sepulturę.

26 Unde nicil mirum si humana postmodum obsequia con-
pleverunt, quod iam et elementa ipsa persolverant. Sepultus est
3 in litore inter ipsa soli aquarumque *comertia, qui in documentis
fidei pro sui miraculo, et terris fuerat probatus et pelago. Demons-
trat ergo multis anus illa locum litoris, | et quasi relegens | [139a
6 certa oculis signa, vestigiis in curvo errore litorum *expedita diri-
gitur. Vincentius sanctus, qui inveniri ad honorificentiam sepul-
turę dignus fuerat, inventus est ad quietem.

27 Hinc ad basilicam sanctum corpus adlatum est venera-
bile omnibus, et beatum iam de honorificentia sepulture securum.
3 Inde in ęclesiam matrem sanctus Vincentius consecratur altario:
mancipatum Deo devotione locum, et mysteriis venerabile, dum
honoratum honoravit; ita quod in plurimis locis refectio eius
6 corporis fuit. Hoc ad cele/branda ipsius ampliora per- / [95d

---

25. 11 se] sed P^2 17 lambendo] labendo *L. sed corr. ex* lambendo.

tinet vota. Venerationem sui ex multis meruit, ut dum plurima numerosius consecrat, cumulatius ipse sit consecratus.

28 Ut sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Amen.

XXIII

[Babylae et trium puerorum]

1 Passio sanctorum | martyrum Babyle et trium puerorum, | [139b qui passi sunt in civitate Antiochia sub Numeriano imperatore; die VIIII kalendas februarias. Deo gratias.

2 Si quis studiosius gloriosa martyrum gesta perquirat, semper aliquid, quod plus miretur, inveniet. Babylas nobis prestat exemplum: cuius *pertinax fides non cuicumque iudici *restitit, sed rabiem ipsius imperatoris extinxit, ostendens singularem contemnendam esse personam, quum de Dei virtute contemtio est. Nam quum Numerianus imperator, novis sacrificibus thurę *redundans, necdum *inluvię sordidi *nidoris ablutus, facto impetu, ingredi pararet ęclesiam, ut locum illum veneratione dignissimum profana violatione calcaret, Babylas ępiscopus illius et civitatis et temporibus, convocatis omnibus | christianis, ubi hoc primum comperit, | [139c quid agere deberet ostendit, hac omnes ratione confirmans: Nullus ex vobis, o dulcissimi filii, formidet exitium, state fortiter, durate feliciter: quę enim trepidatio habenda est, ubi defendet Christus, et adversatur antichristus? Rabidus hic lupus temtat inrumpere, et hunc sanctę orationis locum, perfuso hostiarum cruore, maculare. In grandis periculis et angustiis sumus: et nisi Dominus opem largiatur, occidemur.

3 Hoc sermone conpleto, ęclesię ianua repugnaturus obsedit, repellens advenientem regem increpatione non modica, qua diceret: Hic non licet intrare pollutum. Numerianus vero, qui ad ingrediendum paratus advenerat, partim rubore confusus, partim elatus insania, quid ageret nesciebat: et in partem sę utramque circumferens, inter iram medius et pudorem, nec rebellem persequi, nec patiebatur cedere repugnanti: tamen honestius | [139d extimavit recedere interim, ne et derisus esset et victus. Discedens itaque iubet Babylam sibi nullo sciente servari.

4 Alia die quum in excelsa palatii sui residisset sede, exhibitum eum, iussit induci, et presentibus cunctis ait: Quis te, infelicissime hominum, insipientię error invasit, ut ignarus regi[e] potestatis manum inicere festinasti, nec ingredi me sinires quo volebam? Per Arasten deum iuro, me sceleri huic veniam non daturum: videamus an tibi deus tuus largiatur auxilium. Respondit Babylas: Ego homo sum, parvi apud homines pretii.

Sed omnipotens Dominus, magnanimem me fecit; ut qui mici vix sufficerem, insuper tante plebi doctor efficerer. Unde factum est, ut diligens pastor ac sollicitus gubernator, nec *ovilia lupo *pervia, nec scopulis *carinam obviam, quibus navis rumpatur, obponam, sciens me rationem totius populi redditurum. Veniente itaque te reppuli, quia | nocendi veniebas | [140a animo, non credendi.

5 Numerianus dixit: Lupus tibi videor, ut fateris? Respondit Babylas: Imperator factus es volumtate divina, ut te occasio peccandi, et nos patiendi oportunitas inveniret, et meliores famulos Dei, timor persequutionis efficeret. Sed tu bona tua nescis: nec dicendus es imperator, ignorans huius glorię prestitorem. Si gratię vicem redderes, Deum solum adorares, ipsique servires; non illos coleres, quos ipse fecisti. Et ut certior reddaris exemplo: si quis ex illis, quos palatinum tibi iuncxit officium, novus proditor ac desertor ad alium se repente tranferret, beneficii tui inmemor, et potestatis ignarus, non illum per frustra disserperes? Quid sentis de indignatione cęlesti, relinquens Deum, qui tibi corpus effecit, qui dedit animam, qui spiritum tribuit, et a morte perpetua te redemit; qui cęlum, terram, aerem, maria tuis voluptatibus servitura | constrinxit; qui alimenta pres- | [140b titit, et, ut ad extremum veniamus, sublimem hanc contulit imperii dignitatem? Quod offensam Dei maiestatem vitare non possis, per Moysen Dominus exclamat, dicens: Vos me irritastis in non gentem; in gentem insipientem in iram vos mittam. Offendistis tu Dominum: scito te impium mox esse tollendum: nec enim mereris illo frui, concessurus *ignaris.

6 Numerianus ait: Deleras, ut video; quis enim sanę mentis hęc dicit? Tamen expositionem libenter inquiro; quam nationem insipientem lex vestra dicit? Respondit Babylas: Deus hominem fecit, sed Satanas a cęlesti sede proiectus, quia remedium ipse non habuit, quesivit habere collegium; *inlexit Adam, et ex prohibito ligno cibum sumsit; et ubi imperavit, triumphans gaudio, in dicionem suam redigit oppressum. Proiectum itaque ex paradiso hominem novus dominus imperabat, sperans sub se agere omnes quicumque nascerentur ex famulo. | Tyrannus itaque generis hu- | [140c mani, varios cultus hominibus indixit, et multiformes ibi nomen abtavit, ut nunc colatur in *Martem, nunc adoretur in Libero, nunc se *Iovem dicat, nunc *Mercurium vocet, nunc *Apollinis appellatione gratuletur; et tot habere velit sacra quot nomina.

7 Filius Dei Christus aspiciens hęc, tandem respexit ad terras, et misericordię ac pietatis inventor, vexari corda mortalium diutinam servitutem non passus est: formam itaque nostram induit, corpusque suscepit, ut diabolus, qui hominem vicerat, ab homine vinceretur. Patefacti itaque oculi nostri, et aperta sunt lumina: rediit prior integer sensus: et superato illo qui vicerat, reversi sumus ad pristinam libertatem. Quid ergo prodeest, quod liber esse cępisti, si te ipse condemnas? Quid prodeest, quod a diabolo ereptus es, si iterum curris ad diabolum? Relinque potius hanc sectam, et verum sequere defensorem, | qui et pęnitentibus veniam, et superbis | [140d ingerit pęnam.

8 Numerianus ait: Scribturę vestrę plenę mendacio sunt, nostrę veritati *nituntur. Quare sacrifica, ne per tormenta moriaris: nec enim illis melior es, quos ad sacrificium nostra cogit auctoritas, quos et honore cumulabimus, ostendentes nec rebelles pęnam, nec obtemperantes negandam esse meriti dignitatem. Respondit Babylas: Si insensatos quosdam venenato sermone decepisti, qui *inbecilla fide radice nitentes, et iniquo sermone decepti sunt; non et me, ut speras, similem illis invenies, nec si cęlestia regna promittas. Perge potius ad tartarum, et ad illa tenebrosę sedis habitacula pro peccato tuo, vel pro eis quos peccare fecisti.

9 Numerianus ait: Quid est Deus? ipsum mici nomem expone. Babylas respondit: Si te ad cęlum | perferret innumerus ordo pinnarum, et | [141a volatum ad astra pertingeres; tamen nomen Dei scire non potes: neque enim vocatus a quoquam, aut apellatus, aut visus est nisi his, quibus se ita prodidit, ut mortales oculi poterant sustinere. Nec enim Deus nomen, sed virtus glorię est. Dominus prudentię via est, quę ducit ad vitam. Nicil ergo de Deo est querendum, a quo omnia constat effecta.

10 Numerianus ait: Quid est homo? Babylas respondit: Aut bonum cordis, aut malum *documentum, animi probationis certa distinctio est. Numerianus ait: Sapienter te loquutum, iuro per numina, aliut de te fama *iactarat; aliut credebam. Sed doctorem prudentissimum recognosco. Si vis itaque ut *intemerata sit bonitas, cultor sacrorum esse festina. Babylas respondit: Inprudens, impius, et *insolens, et tyrannus es, a quo oblata dignitas ad iniuriam est revocanda; nam laus bonorum | omnium | [141b est plenitudo, Christum cognoscere, et vacuitas cordis ac sensus, simulacra venerari. Quis itaque ex nobis bono aliquod indigeat, cultus ostendit.

11 Numerianus ait: Amplius tuam contumaciam ferre non possum. Quin cervix *boiarum ponderibus gravata *desideat, pedes vincula altiora suscipiant; ut quasi pessimus servus contra dominum tuum te egisse cognoscas. Babylas respondit: Mici Dominus Iesus Christus est, fratres vero hii, quibus est ille absque formidine. Qua de re, si crediturus in Christo es, iam nunc genua tua pedesque conplector, non ut *profano imperatori, sed ut conservo nuper invento. Cęterum me pęne formido non frangit: quantavis pro Domino patiar, plus debeo quam solvo.

12 His Numerianus auditis, duci Victorino ait: Rebellem hunc, stultumque doctorem tradi tibi iubeo, ut vinctis pedibus, gravi oppressus pondere catenarum, per omnes artus diutina laceratione deficiat; grandi enim mici affecit iniuria. | Victorinus dux imperatori ait: Per pietatem | [141c tuam iamdudum suggerendi occasionem querebam, quę serenitati vestrę de mala huius religionis, quam hic sequitur, intimarem. Per omnes populos hoc iturum esse contagium, nisi ipsa ulcera radicitus secta, *inpunitatis exemplum ceteris non relinquat; sed melius, quia percontatus, hęc dico. Numerianus ait: Fiat interim de Babylam quod iussimus. Paulatim vero per me hęc religio consummetur.

13 His Victorinus auditis, Babylam ferro onustum, ut ab omnibus discipulis cerneretur, tota iussit urbe monstrari. Qui exultans lętitia, gra-

tias Domino precesque fundebat, et gloriabatur virtutem suam ab omnibus prespici. Tantum itaque accipiebat inde gaudii, quantum inimicus speraverat intulisse pęne. Duci vero ingratum se ostendebat et regi. Hoc audito imperator, vocari Babylam iubet, dicens: Adducatur doctor stultorum ac preceptor infantium. | Respondit Babylas: Illorum doctor infantium | [141d sum, qui in ętate puerili, senili prudentia Dominum confitentur: stultorum essem, sine dubio, si vos docerem. Numerianus ait: Multum tibi hęc vincula, quod ad formam et ornatum pertinet gratię, contulerunt. Per deos formosus es factus. Babylas respondit: Tu ut stultus inrides: scit autem Filius Dei, quia ornatiorem me ego in his vinculis puto, quam tu te extimas in coronam.

14 Numerianus ait: Sacrifica ergo, si tibi cordis est lux ista, quam conspicis, et effuge iam parata supplicia, et sine lacentem hunc puerorum animum fallaci sollicitare doctrina. Babylas respondit: Vis scire, quia perfecta sapientia non semper in ętate consistat? Habeo tres discipulos infantes: accersire eos precipe, et advertes quanta in illis plenitudo timoris Dei, quanta sit gratia. Numerianus adduci mox iussit infantes: quos ubi propius aspexit, | an matrem haberent diligenter interrogat. Ad hęc | [142a infantuli, Babylam sibi patrem, Babylam dominum, Babylam doctorem esse dixerunt.

15 Induci post hęc precepit et matrem; nomen mulieris interrogat. Illa se Dei dixit ancilla. Hoc mici nomen est, ait: hęc religio, hic solus affectus. Numerianus dixit: Filii tui sunt hii, quos aspicis? Mulier respondit: Uteri quidem mei hos partus exposui: sed statim Deo per Babylam doctorem munus hoc obtuli: ille eos ad omnia, quę sunt certa formavit. Numerianus ait: Ante filios, quos non agnoscit, alapis verberetur. Cuius quum pęna parvuli perviderent, una tres voce clamabant: Tyranne, quid innocentem fęminam laceras? ingenua est, nec quicquam falsi, quum interrogaretur, dixit; Babylam magistrum dixit et patrem. Ut irascaris amplius, non illum patrem dicimus esse, sed Dominum.

16 | Imperator iratus cedi iussit alapis infantes, et verbe- | [142b ratos sub custodia tuta servari. Illi ut erant tres pares, et animo et voce responderunt: Gratias agimus Domino, qui nobis tribuit hanc coronam. Numerianus mulieri ait: Quot annorum est maior filius tuus? Illa respondit: Duodecim. Interrogata etiam de secundo, ait: Novem, et de tertio similiter, dixit: Septem. Sed ubi numerum conplevit ętatum, magna voce clamavit: Potens es Deus christianorum, qui respicias hanc ętatem, et parvulis meritum consummate virtutis adsignes.

17 Numerianus egredi iussit et matrem. Tunc Babylam precepit induci, dicens: Doctor insipiens, promissa tua victa sunt, et mendax provocata sententia. Infantuli *cessuros se victimas, et facturos, sacra confessunt. Respondit Babylas: Consuetudinem animi tui sequeris, imperator: mentiris, ut solitus es. Sic Filium Dei decebat antichristi, fallendo subripere. | Numerianus ait: Per Scolapium iuro, quia hęc verba con- | [142c temnens, verberibus te vehementer afficio; si vero repugnaveris, et decollo.

Babylas respondit: Vere dignus es risui. Numerianus ait: Unde hoc probare potuisti? Babylas respondit: Si conpererint dii tui quod per solum Scolapium iurasti, non te persequentur irati? Quod si salus ipsa cognoverit, quem deum putasti, non protinus relinquet inimicum? Ego erubesco, si creditis hęc, quę vobis honoris sunt numina, esse portenta. Quis furor, quę ista dementia, inmobilia atque insensata simulacra diligitis, ignorantes Deum, qui est verus et magnus?

18 Numerianus ait: Si noverit Christus tuus, quod per solum Deum sacramenta confirmas, non indignabitur pretermissus? Babylas respondit: Indignus es, ut christianorum secreta cognoscas: sed quia circumstantium misereor, non tacebo. Quum dicimus Filium, habemus et Patrem: quum vo[c]amus Patrem, nominamus et Filium. Sic et scribtura testatur, dicens [a]: | Ego et Pater unum sumus. Nulla itaque inter Deum ac dęmonem | [142d habenda contentio est; secundum quod scribtum est: Quę comunicatio luci a tenebras?

19 Suspensis pariter ad pęnam Babylam et infantulis, quum aliquanto morarum spatio in tormentis fuisset actum, circumstantes misericordia victi, quum gravari Babylam boiarum vinculis cernerent, et diutina laceratione torqueri, loquebantur ad eum, dicentes: Dic te *cessurum victimas diis, ut effugias tam exquisita supplicia. Babylas respondit: Non minor; mici dolor est ex rege quod periit, quam pro vobis, quos secum pariter extincxit. Ceterum numquam me iste pervertet. Verbera hęc proficiunt ad salutem; et quantum corpus male leditur, tantum animę subvenitur. Et ut hęc verum esse credatis, adest enim in agone, cui reddet meritum post agonem. Sed ubi imperator constantiam | Babyle agnovit, maiora | [143a tormenta mandat iterari. Cruciatur itaque ille, et e contra suspenduntur infantes, qui exclamant subito, dicentes: Tyranne impie, quur doctorem nostrum, pastoremque persequeris? an quia unum Deum confitetur, qui est verus et magnus? Credimus in Christum, quia te cito non verbera, sed ignis afficiet.

20 Imperator iratus verberari eos iterum iubet. Exclamant parvuli: Tyranne impie, quid tibi prestitit pravitas mentis? quid regalis potentia? quid corona gemata? quid tot secularium caterve, et armorum circa te densa testudo, cum in his omnibus honoris tui cumulis superaris a parvulis? Triumphant ex te tres parvuli, nec ulla suppliciorum acerbitate franguntur. Victorię enim huius tot habemus testes, quos tu putaveras adfuturos esse tortores. Ceterum supplicia nec horrescimus, nec timemus.

21 Tunc imperator laxatum ab eculeo Babylam, | iussit in | [143b carcerem recipi; ut, illo absente, deciperentur infantes. Et ait parvulis: Si vos divitię istę, quas cernitis, et honorum blandimenta sollicitant, cultu vestrę religionis abiecto, diis nostris vota persolvite. Illi una voce dixerunt: Callide hostis, et bonorum expugnator animarum, quur inlecebrosa suades,

---

[a] *ad marg. ext. folii 142v sunt depictae quaedam studia litterarum (O. T. S) alicuius momenti.*

quibus seculum scis esse contemtum? Magister noster contra sagittas tuas signo nos sancte crucis armavit. Illas opes credimus, illas extimamus esse divitias. Parati itaque ad offerendam corporis nostri victimam sumus; nec profuturam tibi doctoris nostri credas absentiam: grandi radice firmatus est animus noster. Reget nos ille qui fecit, cui fideles famuli ex lactanti ętate sumus: ille nobis et magistro nostro prestabit auxilium. Per ipsum itaque iuramus, cui facile est ex tribulatione gaudium, et sanitatem ex dolore concedere, nos in hoc cultu omne ętate | mansuros et crediturosˇ | [143c in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum.

22 Hęc Babylas in cellula ubi erat audiebat omnia. Tandem et ipse iubetur adduci. Quo intromisso, ait Numerianus: Filii tui sunt isti parvuli quos aspicis? an ab alio patre generati? Babylas respondit: Filii mei sunt edocatione laboris et amoris affectu: ceterum concubitum feminei sexus ignoro. Numerianus ait: Et unde sic tui similes in omnibus perseverant? Babylas respondit: Hoc in votis habeo, ut in omnibus mecum ęquali mente concordent preter in peccatis meis, quę maiora comisi.

23 Numerianus ait: Sępe tibi dixi, ut pęnam verberum, et exitium mortis effugias; et impetrare non potui. Sed adhuc venię locus est, si te et hos infantes ad ea, quę suademus, adduxeris. Tunc Babylas in maiorem versus iram, comotus exclamat: Insane et crudelior omnibus tyranne, omnissis pecodum victimis, humanis hostiis delectaris; et relictis certaminibus barbarorum, cruori romano inhias, et innocentum | sanguinem con- | [143d cupiscis? Credo in virtute cęlesti, quia ut a nobis, ita et [a] pręlio victus abscedes. Munera vero tua illis dona, cum quibus pariter arsurus es: nos autem ab illo speramus munera, cui exhibuimus *obsequella.

24 Ad hęc imperator iratus, Babylam cum infantibus ferire gladio iubet. Babylas vero, egrediens lętus, circumadstantes iam feriendus adloquitur, obtestans singulos per Dominum Iesum Christum, ut cum omnibus vinculis, quę vel pedibus erant ligata, vel collo eius, in tumulo poneretur: et tyrannus lugeret extinctus, quum intellegeret id pro honore haberi, quod fecerat pro dolore. Babylas egrediens portam, hymnum Domino pro gratiarum actione precesque fundebat, dicens: Liberasti enim nos ex affligentibus nos, et eos, qui nos oderunt, confudisti. Eundem psalmum et infantes dicebant, dulcem magistrum etiam in morte conmitantes.

25 Qui quum interficiendi essent, Babylas rogabat, | ut ante | [144a oculos eius decollarentur infantes, et sic demum ipse iam securus obcumberet. Quod quum carnifex annuisset, Babylas infantes dextra levaque conplectens, ait: Ecce ego et filii mei, quos a Domino acceperam, Domino rursus adsigno: probat *rudimenta doctrinę usque ad finem monstrata confessio. Hac voce conpleta, decollantur infantes. Tunc securus Babylas dixit: Gratias tibi, Domine, Pater Iesu bone, qui nos tanto honore decorasti; ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem: ecce impleta sunt omnia. Etas illa, quę vim ferri non poterat, nec locum vulneris, in virtutis tuę confessione duravit. Post hęc ipse percutitur, et una cum infantibus tumulatus, ęternę memorię consecratur.

26 Regnante Domino nostro Iesu Cristo: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

XXIIII

[Thyrsi et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] Or[atio]. [2] Or[atio].

Notas litúrgicas marginales de P[1]

[1] Or[atio].

1 Passio sancti ac beatissimi martyris Thyrsi[a] et | comitum | [144b eius, qui passi sunt apud Nicomediam civitatem, sub die quinto kalendas februarias. Deo gratias.

2 Tempore quo Christi membra hostis in terra premebat, sęva fuerat fidelibus orta tempestas: iam enim infiniti *aggeres martyrum per totum mundi *alveum sua sibi defenderant loca, illutque solum *desidia presserat membra, quod non inlustraverat memorię sanctorum. Sed Cumbricius, quum ex precepto *divalium suorum iussa portaret, ut aut christianos subiugaret idolis, aut rabido in illos, quos posset, fureret dente; mox ut Nicomediam tetigit civitatem, Iovi et Silvano libamina fudit. Inde illum Apamia veloci cursu suscepit, ibique Iovi et Apollini sacrificia misit. Putares *pestiferum numquam posse iussa effectibus *mancipare, nisi tot sibi | muneri- | [144c bus dęmones conplaceret. Ilico illum Cęsaream matutinum excepit, ibique octo diebus demoratus est, sacrificans, et multas animas interficiens.

3 *Leucius autem quidam, secundum legem testimonium habens, et omnem venerandum planta *detergens limen. de plano sic ad presidem dixit: Ille mortem habeat in *suspecto, [obtime] preside, cuius vita venit in dubium. Atque qui pro lege paterna sua paratus est usque ad gladium tradere membra, illut in eo feraliter iudex exercet, quod sine culpa punit *insontem. Istas nobis futuras ex vestra *nece coronas Spiritus Sanctus profetali sermone ante prędixit; et ideo quia prędicta, conpleta sunt; *restat unum, ut gladio *vindice transeamus ad cęlum. Cumbricius dixit: Non te talem ex *inproviso inpegisse putabam; nec hoc mici, quos hodie conplacavi, promiserant dii. Sed interim aut sacrifica illis secundum imperialia iussa, aut per te hodie Grecia[b] | summet exemplum. Leucius dixit: | [144d Quid cum insania loqueris, iudex, et ex furia verba confringis? istis sermonibus non *adcomodo sensum: quicquid ut rabidus inpigeris canis,

---

[a] Tirsi *cod.*
[b] Grechia *cod.*

*summam libenter Deo *fauctore. Tu autem contemnens eum, qui te ex nicilo fecit, Deum, et dęmones adorans, substantiam tibi perditionis adquiris.

4 Cumbricius dixit: Eculeo eum adplicate, et membra eius pęnis *subigite. Leucius dixit: Qui regnas in ęternum, Deus, ostende huic insensato, quia cęcus per tenebras offendit. dum his, qui sunt inrationabiles, sacrificat. Cumbricius dixit: Fortius eum torquete, ut vanitatem verborum pęna conpescat, et aliquid dicat sapore conditum. Leucius dixit: Verba mea ita sunt saporata, ut tuam mentem precedant *insulsam. Tu autem, ut sal infatuatum, post modicum regnum privatus, mitteris foras, ut conculceris ab omnibus.

5 | Idem dixit: Fessos iam reddit labor tuos carnifices, iudex; | [145a adplica alteros, quia iam vides istos ex defectu vanas per membra trahere manus. Cumbricius furens, dat sententiam, dicens: Leucium, qui magis *ultroneum se obtulit gladio, dum sacrificare noluit diis inmortalibus, per quos mundus ipse, etsi iam fessus, utcumque [tamen] sustentatur, iubeo decollari. Leucius dixit: Deus, gratias ago tibi, quia devicto in terris diabolo, hodie viderunt oculi mei salutare tuum. Illi autem cito eum deposuerunt et duxerunt extra civitatem ad *stadium unum, et ibi eum decollaverunt. Et quum preses audisset iussionis suę obtemperamentum, duobus diebus in Cesariensi ibidem civitate moratus est, sacrificans falsi dii.

6 Exeunte autem Cumbricio [c] ad portam, quę dicitur Helispontiaca [d], magnus *adleta Thyrsus [e], et continuo martyr futurus, tenuit eum, dicens: | *Ave, carissime preses, et patienter audi, quę a me ad te dicenda | [145b sunt. Cumbricius dixit: Ave et tu, amice deorum, et totius volumptatis doctor; alacri animo te audiam. Thyrsus dixit: Unus et verus Deus excelsus precepit per *paginam veteris instrumenti, dicens: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Si ergo sibi soli iussit serviri, quid istas vacuas et odibiles dęmonum culturas precipitis excoli, et a vero, qui Deus est, mentes nostras cupitis retorqueri? Cumbricius dixit: Quid ergo tibi videtur, Thyrse, in vanum currere cęlestia iussa, aut seductionis esse deorum inservire culturis? Idem dixit: Noli *blasphemare deos. Thyrsus dixit: Noli blandiendo sensum tuum perturbare, ne incidas in mortem. Istos autem, quos colis, sic inutiles dico, ut nec male facere possint, nec bene.

7 Cumbricius dixit: In multa audacia videtur prosilire [f], quę in te, o deflenda, inruit, ętas. Sed dici solet: De iugo descendit iudicis reus, dum fronte *proterva nescit *vereri tribunal. | Thyrsus dixit: Sic | [145c mei iudicis vereor tribunal, ut omnes adhorter ad palatium concurrere regis ęterni, dum preconis *fungor *officio. Sed nec presentia me modo valde

---

[c] Cumbricio] *ab hoc momento usque ad fol 151 man. post. corr. semper in* Cui Bricius, *exc. si* Cum Bricio *(ablativ.), vel delev. sillabam* Cum.

[d] Elispontiaca *cod.*

[e] Tyrsus [Tyrsus-i] *cod. semper.*

[f] *corr. ex* prosilere.

terret tua. Illut *satago multum, si vox mea inveniat aures tuas. Cumbricius dixit: Multiloquium didicisti, et blasphemare. Audi autem me, et sacrifica cum sis paganus, et non incipias male mori. Thyrsus dixit: Ego, Cumbrici, non multum loquor. neque sacrifico; sed timeo unum et verum Deum, qui est in cęlis, qui dixit: Dii, qui cęlum non fecerunt neque terram, dispereant a terra. Si ergo disperdere eos iubet creator cęli et terrę, quomodo ergo, cum sis cęcus, et alios cogis ad mortem? Ergo scias me non multum loqui, sed manere in veritate. Age quod vis; paratus sum enim mori pro veritate.

8 Cumbricius dixit: *Plumbatis eum *tundite, et membrorum eius *divaricate iuncturas. Thyrsus dixit: Omnis perfidie magister, et tenebrarum ducator, non me terrent pęnę tuę; temporales enim sunt; | [145d timeo autem Deum, qui ęternas dat eis pęnas, qui irritant eum; quas nec tu effugias, nec pater tuus, qui dicitur Satanas.

9 Cumbricius dixit: Crura eius confringite, ut uno detemtus loco, nullum pedibus imperet gressum. Thyrsus dixit: Invidiose et cooperte tenebris, quomodo imprudentiam tuam non cognoscis, quia tui ministri defecti sunt. et sine viribus? Cumbricius dixit: *Inpuderatus athleta usque in finem pertinax ostenditur, qui, quum proiectus fuerit foras agonem, ab omnibus exsufflatur; sic et tu quousque videas corpus tuum dissipatum, et a canibus tractum, ut ab omnibus videaris nullatenus credis. Thyrsus dixit: Bene, inutilis canis, consuetus es mentiri, modo verum dicis. Fortis enim sum athleta. Habeo solum Dominum, qui me armat adversum te, et magistrum tuum diabolum, ut in defectione te videam, et eradicatum te faciat omnipotens.

10 Cumbricius dixit: Ligentur ei pollices manuum et peduum [g] | [146a *loris gracilioribus, ut in pęnis validis ossa eius emedullentur. Thyrsus dixit: festina, nequissime, in maioribus pęnis, in quibus tu ipse torquendus eris: ego autem confido in nomine Domini, et in agone beatissimorum virorum, quoniam, quum conculcate fuerint temporales pęnę tuę, quę [a] te in me inrogantur. vincam principem militię tuę *Satanan, cuius substantia amictus, cęcus cursu tuo iniusto offendis.

11 Cumbricius dixit: Uncinos adferte acutos, et palfebras eius ab oculis desecate, quo turpata primitus facies *ludibriosum adferat intuentibus visum; et dum pupilla suos oculos tutare querit nec valet, nudos in aera ac pervigiles, sine somno defigens aspectus, ipsa in se oculorum acies evanescat. Thyrsus dixit: O malorum artium magister, et quicquid diabolus repperit ante, procurans, quum te mici putas confusionem inducere, prę-clarum me constituisti: quod ignobile erat corporis mei, gloriosum fecisti: tulisti turpiorem, | et induxisti pręclarum: quanto enim exterior | [146b homo corporis mei corrumpitur, tanto interior renovatur in agnitionem veritatis, ubi Deus est in interioribus visibus. Cumbricius dixit: Per veros deos, quia festino in multis te facere manifestum, quoniam quum non sis

---

[g] *ad calcem folii 145v est anagramma:* ☧

christianus, sed finctionibus et magicis artibus multos seducas, vis te ostendere quia propter Deum pateris. Thyrsus subridens, ait: Gaudeo, nequissime, quia a te testimonium infertur mici, quod non solum christianis auxiliator est Deus; sed et eos, qui ex gentibus credunt, probatos ad suam scientiam ostendit omnipotens. Tu autem, Cumbrici, verum me constituę per pęnas tuas martyrem ad Deum.

12 Cumbricius dixit: *Eneos adferte *oboliscos, quos fortes *capitulini gigantes manu pro hasta constringunt, et ei *lacertos ac brachia minutatim confringite, ut *pendulę ac debiles manus nec faucibus ingerant cibos, nec sint in corpore pro utili membro, sed magis inpedimento esse dinoscantur. | Thyrsus dixit: Putabam, presses, quod aliquid novum ministro | [146c suo diabolus inspirasset: solet quippe multo medicus vester de occulto *armentario suo exquisita genera tormentorum proferre. Sed aut tu invenisti ista, et penitus nulla sunt, aut diabolus repperit, et iam victus est; de utrisque lętus exulto. Omnes dii gentium dęmonia: Dominus autem cęlos fecit.

13 Cumbricius dixit: Sacrifica diis, Thyrse, et vanitates verborum prudenti sensu conpesce. Thyrsus dixit: Surde et mute spiritus, audis quia Dominus dęmones eos dicat; et quomodo tu his cogis me sacrificare? Cumbricius dixit: Quomodo dicis, quia Dominus est, quum ut homo et visus est et loquutus? Thyrsus dixit: *Diffides de Deo, quia loquutus est ut homo. Cumbricius dixit: Diffido; nec enim fas est, ut Dei natura linguę nostrę fabulis misceatur.

14 Thyrsus dixit: Quę ab imperatore tuo per te geruntur, vera sunt. an non? respondeas volo. Cumbricius dixit: Ita vera sunt, | ut nisi | [146d iussa facta sequantur, gladius animas *petat, et vita mortalis diem claudat extremum. Thyrsus dixit: Si ergo de homine quoequale tibi, quę iubentur dicis vera esse, quę hodie edificantur, et cras dextruuntur; quanto magis quę a Deo dicta sunt vera et ęterna, et opus permanens per hominem Deum, dicis esse mendacium. An forte quia Deus dimittit ut corrigat, ultor augustus melior iudicatur, quam tolerans Deus? Cumbricius dixit: Similem iudicasti *augustum imperatorem, qui habet potestatem omnium, totiusquę mundi limites tenet, illi qui sub *pretextu deitatis loquutus est mendacium? Thyrsus dixit: Augustus iste, quibus dominatur scire desidero, quamvis videns cęcum interrogem.

15 Cumbricius dixit: His qui sub cęlo sunt dominatur. Thyrsus dixit: Imperet mari, ut suas *metas *excedat, et rediens iterum | sui | [147a portus, custodiat locum. Cumbricius dixit: Non de marinis fluctibus agitur tecum. Thyrsus dixit: Certe vel naturam terrę prohibeat temporibus certis aureos per campos spargere flores. Cumbricius dixit: Iterum repetens eadem dicis; sed dixi tibi quia omnibus hominibus dominatur. Thyrsus dixit: *Interim victa est vanitas tua, quę dixisti, quia omnibus, quę sub cęlo sunt, dominatur: et quamvis hominibus imperet, absit ut sanctos Dei sub sua teneat *dicione, ingerens illis idolorum cultura, ut eos conpellat demones adorare; quum Dominus precipiat, dicens: Sacrificans diis eradi-

cabitur, nisi Domino soli. Cumbricius dixit: Sacrifica diis et imperio subiace augustali, si non vis male et scelerate mori. Thyrsus dixit: Habeo regem Deum, et non dęmones deos, qui et reges creat, et dęmones eradicat.

16 Cumbricius dixit: Multa loquens, in insania incidisti; unum restat, ut pęnis *confussus pro documento ceteris habearis. Thyrsus dixit: | Erras, preses, et nescis; non ludibriosus apud christianos ero, sed | [147b superans tuę artis patronum, coronam pro Christo Domino meo portabo. Cumbricius dixit: Nolo credas, Thyrse, quia per insaniam sermonum tuorum caput tibi semel abssidam ut recedas, sed partibus te exterminabo, ne credas te Cumbricium superasse. Thyrsus dixit: Miser, time Deum, qui in cęlis est, et licet honorificare me debueras per ampliores pęnas et *artiores, quas mici intulisti; tamen et nunc quicquid imperat inimicus, agere festina; quia gloria mici est permanere in confessione Dei, ut vitam hereditem.

17 Cumbricius dixit: *Eneum concavum adferte, et plumbum in eo sub ingenti igne colate, ut aquę similis in licore putetur; Thyrsum autem, per quattuor nervos extensum, super ferreum sternite lectum, catenis per membra ligatum; *torrentem ab igne rapite vas, et super dorsum eius perfundite, ut ipse cum metallo *liquefactus, nullum in eo, vel quod aspiciatur, remaneat membrum. | Thyrsus dixit: Hęc sunt pęnę tuę, quę sub | [147c ingenti ira a te excogitate putabantur? et in isto iuvat me Christus: et hoc supplicium quod mici minaris, evisceratis carnificum membris frigidiorem aqua repperiam; quia diligentibus Deum omnia procedunt in bonum. Carnifices autem Thyrso dicebant: Miser, vides quę tibi prępparantur tormenta? recede ab hac stultitia, et sacrifica diis. Thyrsus dixit: O omnium malorum artium et cenosa vasa ministrorum, non persuadetis mici, neque vos neque pater vester, qui dicitur Satanas, qui vos in igne missurus est gehennę, qui sic insanistis in servum Dei.

18 Cumbricius dixit: Insanit multum vas, quod paratum est; Thyrsus per membra suscipiat. Thyrsus autem, suspiciens in cęlum, dixit: [1] Deus cęli, cui adstat chorus sanctorum qui fecisti *exsiliatum per tuam claritatem perditionis principem, noli derelinquere animam confitentem tibi, ut dominetur ei nequissimus preses, quem confudisti in desidero suo. Te invoco, | inluminatorem vitę meę, libera me ab insania pestilentiosi huius, | [147d et disperge pęnam mici paratam in adversarios meos; ut videant gentes gloriam tuam, et cognoscant quoniam nomem tibi Dominus. Sic ait: et ministros debita subsequuta est ultio: namque ut vas supra membra martyris extensa fuderunt, ebulliens per aera metallum, scintillis *petentibus cęlum, ministros, qui prope adstabant ita *conflavit, ut membris liquescentibus ante vitam caruissent, quam pęna eorum membra depasceret.

19 Omnes autem, qui circumstabant, magna voce dixerunt: Magnus est Deus christianorum. Thyrsus autem *adtonitus ad voces populi, quasi a somno evigilans, dixit: Ubi est, inquit, Cumbrici, pęna quam tu mici promittebas? Iam illam in somnio vidi; certius *perpeti volo. Et quum advertisset beatissimus martyr, iam et sibi pęnam inlatam et ministros igne

conflatos, sic ait: | Repletum est gaudio os meum, et lingua mea | [148a exultatione. Et iterum dixit: Verum dic, Cumbrici, adhuc sine sensu es, et non intelligis quia regnat in cęlis Deus, qui in conspectu vestro [hodie] fecit mirabilia? Sed quomodo implebuntur eloquia prophetarum? Iustus ex insidiis eripietur semper; pro illo autem traditi sunt impii.

20 Cumbricius dixit: Putas, Thyrse, quia per artem magicam poteris prẹvalere, ut vincas nos, aut Asclippium? Thyrsus dixit: Iniuriam ei facis; dic Deum, dum nominas Asclippium. Cumbricius dixit: Videris tibi sub deliramento *garrire. Per salutem deorum, quia per te propitiabuntur mundo, dum sanguinem tuum sibi viderint immolari. Thyrsus dixit: Sic pro Christo effundetur hodie sanguis meus, maledicte, propter regnum cęlorum; quomodo prius pro nobis ipsius sanguis effusus est, in remissione peccatorum. Te autem et *Asclippium, quem dicis, ęternus suscipiet ignis; sed et omnes qui vobis consentiunt.

21 Cumbricius dixit: Adferte gladium, et per membra ei ventrem secate; | non tamen *letales simul inducite plagas; sed in frustra | [148b membra eius concidite, ut et terra putridas eius suscipiat carnes, et non auferatur citius e vivis. Thyrsus dixit: In hoc certo pro Christo, et confidens in Domino *agonizor, ut corpus meum, quod male peccavit, accipiat diversa tormenta. Sed tu, Deus, Deus meus, respice in me, et aufer a me, vel magis exue me ab hoc corruptibili corpore, et ab ęternis pęnis; et sapientem me fac ad manifestandam gloriam tuam, et ostende mici filium tuum Dominum meum, propter quem hęc patior, ut in illa die securus dicam: Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Dei nostri, in monte sancto eius.

22 Hęc Thyrso orante, cęlum resplenduit inenarrabili luce; et vox increpuit de nube: Confide, Thyrse: ego sum propter quem hęc pateris: nolo deficias: esto fortis athleta; et auxiliatus sum, et auxiliabor tibi. Et inmutatus est subito beatissimi vultus Thyrsi. Cumbricius dixit: Thyrse, Deos audio loquentes tecum. Unum restat: sacrifica illis, et lucrasti pęnas tuas. Thyrsus dixit: Numquam tibi bene sit, | nec illis, per quos mundus | [148c inluditur, ut ipsi tales habeant voces. Deus autem et Dominus noster de tuba verbi sui armat semper in certamine suos athletas.

23 Repente terremotus factus est magnus, et locus motus est, in quo iudex sedebat. Cumbricius dixit: Prẹvaluerunt artes magice, Thyrse; sed donec resideat cęlum a fragore, recipiatur ęneis vinculis in custodia; et sit armata militum manus, obsidens fores carceris; proxima autem sessione offeratur mici in Nicomediam civitatem. Recipitur in carcere sub diligenti custodia; pervenerat autem dies in vesperum. In alio autem loco carceris, haud *procul, erat Phileas beatissimus papa.

24 Silvanus preterea quidam comes ex Persida, cives pestilentiosus in moribus, petivit ab imperatore universam terram sub dicione tenere. Hoc autem diabolus ministravit, ut posset, qui supererant in mundo, perdere christianos. Ilico prestitit quod rogabatur imperator, et Silvanum constituit prefectum. Silvanus preterea | accepta potestate, ut interi- | [148d

meret christianos, circuibat, rugiens quasi leo in eremo, aut sicut draco sibilans in occulto, pietatis cupiens perdere Christi sectatores. Sed nec Thyrsum inparem invenit, qui conculcaret leonem et draconem.

25 Silvanus interea catervatim confodiens aggeres martyrum, ingressus est Nicomediam civitatem; ex officio dictum est, esse illic relictum a Cumbricio Thyrsum quendam, qui pro fide[h] nescio cuius crucifixi, paratus esset occidi. Silvanus dixit: Ut moris primum est, propitios nobis faciamus deos inmortales. Confestim sacrificavit Silvano et Apollini, dęmonibus sibi similibus.

26 Unum autem martyri restabat, ut ex aqua renasceretur et Spiritu Sancto. Thyrsus autem in alium diem dilatus est audiendus, erat autem in carcerem inclusus, laudans et benedicens Deum. Media autem nocte, quum iam custodes quieti membra dedissent, et diu vigiles confractos in soporem oculos premeret | somnus; dum non dormiret neque | [149a dormitaret qui custodit Srael, multitudo inruens angelorum aperuit ostia carceris, et lumen refulsit in habitaculo, et onera catenarum a Thyrso soluta sunt.

27 Exiens de carcere ductoribus angelis, venit in illum locum ubi ępiscopus erat inclusus: et pulsans ad ostium, ępiscopum sic clamabat: Alienus sum ab omni arte inimici; babtismum Christi cupio consequi, ut *conditus prima confessione martyrium, quod cępi, valeam explicare. Turbatus ępiscopus, nec de sua cogitans fuga, precipiti gradu digitis per tenebras pręcedentibus gressum aperuit ostium: sed nec Thyrsum beatum lux pedisequa deseruit. Thyrsus ad ępiscopum sic ait: In huius seculi stadio, venerabilis papa, fortius curro: sed palmam adhuc in manu agoniste reliqui. Notam fac mici viam per quam ambulem, et videam viam vitę, ad quem festino venire. ne alius pręcedat, et mici de manu auferat palmam. Hoc autem tantum est, | ut per te babtismum consequar, | [149b et ad certaminis aream ilico revertar.

28 Philes ępiscopus Thyrso martyri dixit: [1] Dominus noster creator et custos et auxiliator omnipotens, Christus, qui ratio⌈na⌉bili virtute omnia ra⌈tiona⌉biliter constituit, et cum deitate Patris omnia perfecit; ipse inluminet animi tui intellectum, et perficiat c<ertam>inis surcum, ut fias utile vas sanctificationis cruore repletum, ad omne opus bonum paratum, ut suscipiens per has visibiles manus babtismum sanctificationis, in hoc visibile corpus operetur in te per invisibile verbum, quod placeat oculis eius, ut in illo die in gremio beatę vitę, inter catervas martyrum merear te videre. Thyrsus ad ista respondit: Amen. Et tinctus ab ępiscopo, regi seculorum gratias egit.

29 His ergo expletis, beatissimus martyr, exiens a suo patre spirituali, *comitantibus angelis, redditus est carceri: a lavacro fontis ad cruorem passionis; imolandus Christo in babtismo secundo, gloriam referebat

---

[h] *corr ex* fidem.

Deo. Tremor subito possedit custodes; | et quem non viderant | [149c exeuntem, senserunt regressum. Arma movent, et gladiis *micantibus carcerem petunt; sed mox, ut integrum quem infixerant reppererunt sigillum, gladios condunt vaginis, et ad martyris canoram, quam psalmus reddiderat vocem, sopor, qui erat timore fugatus, membrorum continuo possedit artus.

30 Redditur terris dies: Silvanus comes simul cum Cumbricio ad *forum processit: consederunt paratum sedile. Silvanus dixit: Qui externo die ab officio designatus est, nostris aspectibus presentetur. Ex officio dictum est: Adstat. Silvanus dixit: Quis vocaris? Respondit: Thyrsus vocor. Silvanus dixit: Cuius religionis es? Thyrsus dixit: Christianus sum, sicut et preses, qui tibi adsidet, Cumbricius non ignorat. Silvanus dixit: Desperate et omni serenitate deorum inimice, quare non sacrificas diis, per quos omnia sunt? Thyrsus dixit: Quibus diis, clarissime Silvane? Silvanus dixit: Silvano et Apollini. Thyrsus dixit: Te Silvanum hominem video, non Deum. | Apollinem autem, quem dicis, penitus nescio. | [149d

31 Silvanus officio dixit: Cervices frangite illi, ut nos non inrideat. Ilico ministri diaboli dicta factis exsequuntur. Thyrsus dixit: Patienter me audi, et dicam tibi veritatem. Silvanus dixit: Si pro salute tua, dic, et libenter audiam. Thyrsus dixit: Ante istut paucissimum tempus eram, et ipse paganus dęmones adorans, sicut nunc facitis vos. Ibam cęcus per tenebras seculi, et vox delectabatur popularis, quę erranti dicebat: Euge, euge. Sed ubi hęc vana pervidi, odiosas a me laudes hominum abieci, volvens prudenti consilio mecum, non esse verum sacrificare demonibus. Sculptilia enim sunt ex metallo fabrefacta; quę suus artifex quum ei placuerit fingit, et si displicuerit, frangit. Silvanus dixit: Ista superflua sunt, et vana; audi autem me. Ingredere templum et sacrifica diis. Thyrsus dixit: Deo adiuvante me, et non dęmones, faciam modo quod ipse videbis.

32 | Ingressus templum Apollinis cum Silvano comite, et om- | [150a nibus cum eo comitantibus, sic ait: Videte nunc, adstantes, auxilium veritatis Dei, et sacrificium, quod sacrifico ego regi cęlorum. Et intuens oculis cęlum, dixit: Tu omnipotens, refugium meum, tu gloria mea, ingenite, ne deseras me, quia tu inluminasti tenebras meas, et per memorabilem viam salutaris tui Christi, revelasti mici inmaculatum et verum Deum, qui est et permanet in secula seculorum. Te deprecor lumen veritatis, propter quem patimur, ut sanemur. Veni mici in adiutorium, ut cognoscant hii, quoniam tu es Deus omnipotens, si tamen velint, ut convertas cor eorum iterum.

33 Et his dictis, terra *dissiliens repente aperta est, tristemque locum sol abscedens reliquit; ceciditque Apollo de liminare suo, et cominutus est sicut arena. Tremor tenuit presentes, et tristem visum in scluptile confractis oculis defigebant. Muta denique lingua siccis heserat faucibus, et membrum prę grandi | pavore vix sua tenebat conpago. Thyrsus | [150b beatissimus sic adtonitus dixit: Videte vestrum mendacem nominatum idolum; et colligentes ossa testarum eius, cognoscite, quoniam nicil sunt vanę vestrę insanię.

34 Silvanus dixit: Ferreas catenas adferte; non quas inpostura pręcedens artificum fabrefecit, sed qualibus in publicis meniis[1] ęnei constricti sunt trabes. His per quattuor nervos membrorum extensus, carneis eius partibus minutatim ab invicem concidantur. Verum et in hoc victus recedes, inimice. Ultra manus artificum fortiores diabolus pręparaat ligaturas. Artantur delicatę manus, et molles digiti pedum[2] in ansulis catenarum: sed Dei non defuit gratia. Nam quum esset quattuor nervis extensus, talem Domino psalmum dicebat: Disrupisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis. Necdum verba conpleverat, et disruptę sunt ab eo catene, tamquam stipula, si *odoraverit ignem. Exultat gaudio continuo martyr, et rivulis faciem onerat lacrimarum: | chartam conscribtam Deo | [150c puram ingerit conscientiam, de gemitu ornat calamum, et lacrimis conficit atramentarium, et oculis petentibus cęlum, tales hilares personat laudes: Muscipula contrita sunt, et nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cęlum et terram. Fulget preterea inter agmina togatorum in medio carcere beatissimus martyr; et indutus candida veste, laudes cum Thyrso chorus resonat angelorum: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templo tuo.

35 Silvanus dixit: Adplicetur maleficus Thyrsus. Rapitur de carcere, plantis vix tangentibus terram. Ex officio dictum est: Adstat Thyrsus. Silvanus dixit: *Furcifer puniende, parum hoc est tibi quia contemnis tribunal nostrum; et deos nostros audes arte maleficii minutatim confringere? Thyrsus dixit: Erras, iudex, et nescis quia nullus Deus confrigitur ab homine. Si autem vis veritatem audire, et ego anteriori tempore | [150d mollibus et caducis fueram deliciis prępeditus; sed qui nullam vult mortem animi, Deus, quum iacerem in profundo cenoso, tamquam in sepulcro mortifero, placuit Deo aliquando dicere mici: Thyrse, veni foras, ne verearis, etsi feteas quum sis paganus: exurge quid dormis, et exurge a mortuis, et inluminabit te Christus. Continuo excussi a me caliginem tenebrosam, et respexi me, quia ante cęcus eram, lapides et ligna adorans, et sic Domino dixi: Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis.

36 Silvanus dixit: Capacem *gastrum adferte, et aqua eum implete: Thyrsum autem capite deorsum in eodem artate, et reliqua, quę supersunt, membra conscidite *flagris, ut et viscerum interna, quousque valent, sustineant pęnam et dolor, sine voce animam sub aquis pellat e corpore. *Constipatur martyris caput, et cervice tenus sub aquis artatur; ac reliquum, quod penis membrum | patebat, fustibus dedolatis *secatur. Mox liberam | [151a martyr sub aquis de vase reddidit vocem: O turbulente, et super omne latum cenose, porcorum sequens ruinam, in pleno sequeris sententias Satane; qui enim similes tibi sunt dęmones porcorum grege possesso, et in abyssum cursu veloci precipites ante profundum viderunt, antequam vitam amitterent.

---

[1] *corr. ex* moeniis.
[2] *corr. ex* peduum.

37 Ut autem animi tibi virtutem ostendam, Thyrsus clara voce dicebat: Salvum me fac, Deus, quoniam introierunt aquę usque ad animam meam. Ad has voces martyris intesta minutatim confractum est vas. Silvanus dixit: Usquequo vivis non me vincis, scelerate, sed partibus te inferis tradam. Thyrsus dixit: Usquequo et ego vivo, numquam a te vincor, inimice. Fortis factus sum per Deum, a quo semel *lotus, opus non habui vase *pelvis intingui. Silvanus dixit: Teipsum crucias, miser, per magicas artes, ut deficias in pęnis. Crede mici, sacrifica diis: nam non effugies manus meas. Thyrsus dixit: Manus | quidem tuas effugio vel mor- | [151b tuus; tu autem manum Dei nec vivus nec mortuus effugere poteris.

38 Silvanus dixit: In collo eius onera *congerite catenarum, et recipiatur in carcerem sub diligenti custodia; a me autem ei alia, in quantum tempus ministrat, parabitur pena. Ilico novam adversus martyrem diabolus repperit artem. Silvanus dixit: In modum muri sub quadro angulari construite turrem, cuius caput in sublime *porrectum, petat altius cęlum; huius in edificio turris infixi manu *fabrili emineant dextra lęvaque acuti per omnia gladii; ad turris autem ipsius pedem omne genus ferramentorum dumtaxat acutum terra suscipiat: Thyrsum autem, manibus postergum positis, de fastigio mittite muri, ut quemlibet membrorum eius partem [*telorum arma] tetigerit, in frusta *discindat; ut avibus, singuli quod abstulerint gladii, offerant pastus.

39 Renuntiat *architectus, paratum esse quod iussum est. Post quartum diem sub aurorę crepusculi Silvanus ad campum processit, septus | [151c agmine militari, sequenti Thyrso catenis onusto. Mox placuit ministro Satane, quod diabolus fabrefecerat. Silvanus Thyrso dixit: Vides quę tibi parata sunt mala? Accede et sacrifica, ne postmodum te pęniteas. Thyrsus continuo, elevans vocem dixit: Ascendit, inquit, Dominus super cherubim, et volavit super pinnas ventorum. Et quum hęc dixisset, raptus est ab angelis ex oculis intuentium, et positus est super fastigium muri, laudans Dominum, et super enses deambulans quasi super marmora, clara voce canebant: In Domino confido; quomodo dicitis animę meę, transmigra in monte sicut passer? quoniam ecce peccatores tetenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in faretra, ut sagittent in obscuro rectum corde.

40 Audiens hęc Silvanus, et videns, quamvis cęcus, mirabilia Dei, sic Cumbricio dixit: Omnes iam in Thyrso expressimus penas, et ut apparet, nobis victis, ipse victor abscedit. Cumbricius dixit: Interim ne victorem se sentiat | Thyrsus, magicis *deputa artibus; quod factum est. | [151d Thyrso repente revelata sunt carnificum verba, qui sic ait: Sentio verum esse, Deus meus, quod sermo increpuit divinus: Insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

41 Silvanus dixit: Deponatur Thyrsus de muro. Vitalius, unus ex officio, dixit: Si iubet claritas vestra, ego eum de turre depono. Silvanus dixit: Tu videris; fac quod placet. Vitalius scalam conscendere cępit, quę culmen usque tetigerat turris. Et mox manu pretensa, ut sancti viri vestimenta teneret, Thyrsus, cunctis audientibus, dixit: Convertantur peccatores

in infernum, et maxime gentiles, qui obliviscuntur Dominum. Necdum martyr verba conpleverat, et pęna suos ultrices querebat, Vitalius namque retrorsum cadens de muro, dum singuli sibi prominentes gladii cadentis vindicant membra, nicil, quod terra susciperet, potuit inveniri. Corruit iudex, simulque omnes, qui prope adstabant, defixa crudeliter *venabulis membra, horridis aspectibus ingerebant. | Thyrso canente: Musci- | [152a pulam paraverunt pedibus meis, et incurvaverunt animam meam; foderunt ante faciem meam foveam; et ipsi inciderunt in ea. Ilico martyrem angeli deposuerunt, qui levaverunt in murum, nec enim poterat manibus inpuris descendere, qui per sanctas manus ascenderat.

42 Silvanus dixit: Non cessas seductionibus tuis, obnubilans maleficia tua? Thyrsus dixit: *Procacitas nefanda, miror quod in tantam duraveris frontem; non erubescis, quia Deus meus angelis suis mandavit de me, ut tollerent me in manibus, ne offenderem inter gladios pedes meos? Ego erubesco, Silvane, quia tibi non imperat Asclippius confusionem. Silvanus dixit: Per deos, quia non me vinces, maledicte. Et adiecit: Recipiatur in carcerem, membris omnibus oneratus catenis; quamvis, o feriendi et detestabiles ex officio, qui mici paretis, et vos non dissimiles sustinebitis pęnas; qui sub pretextu beneficii medicos et incantatores ad eum | permittitis introire, ut eius vulnerum cicatrices excipiant sani- | [152b tatem, ut se *iactet Thyrsus, quod ei cęlestis medicus ingerat sanitatem. Officium suggessit: Per magnificentiam tuam, quia nullus eum vidit, sed nec aliquis curavit; proba si verum est: potestatem habes, membra portamus.

43 Interrogatio secunda facta est pergentibus ad Apamiam civitatem, post primam Nicomedię civitatis audientiam. Vix unum tetigerat Silvanus a civitate vel duo millia passum, idem dixit: Applicetur Thyrsus. Ex officio dictum est: Adstat. Silvanus et Cumbricius dixerunt: Cogitasti apud te, ut sacrifices d<i>is; an perseveras mori paratus? Crede nobis: expedit ut facias. Honor sequetur, si imolatio precesserit. Thyrsus dixit: Per Christum, qui sufferentiam tribuit mici, ut tanta patiar propter nomen eius, quia non sacrificabo. Honorem vestrum vobis servate, quem vultis dare, et gehennas prestare. Unum autem dico vobis, quod probabit eventus, vel effectus. | Eris ex hac hora, Silvane, membris omnibus | [152c dissolutus, et fetidę iacebunt carnes tuę per triduum: quarta autem die, quum Apamiam ingredi cęperis, dissolvetur tuum corpus a conpagibus, et vermibus scatens, effluescet anima tua. Sed et Cumbricio debita subsequetur ultio, quia magna et ampliora mirabilia vidit, et nec sic credidit. Eius autem pęne hoc erit signum: Subitanea eum febris conprehendet, *conflans eum, ut ex igne liquefactus putetur. Et sic vos, deserens vita, mortis supplicia tenebunt. Silvanus dixit: Ducatur Thyrsus, et quod nobis ipse inminere promittit, in se sentiat a nobis ipse explendum.

44 Mox quasi sextum tetigerant Apamię miliarium, dissolutio geniculorum conprehendit Silvanum; sed nec Cumbricius a debito sibi extraneus fuit supplicio, sed quoquente ossa eius, et artus intolerabili febre

graviter solvebatur. Viator interea nomine, qui comitibus adsidebat, sic fessis iudicibus ait: O principes | nostri, ut videtis presens est | [152d pęna; prestet Apollo medicinam. Credet ilico Thyrsus, si Cumbricium sanaverit magnus Asclipius. Quid, rogo, moratur deus, qui sic colitur? Aut maleficium perimat Thyrsum, aut Cumbricium curet et Silvanum. Hęc ille pro suo risu iactabat. Inpendens autem ultio divina graviter iudices sauciabat: festinat mulio cursu veloci sub ingentibus flagris precipites agere mulas. Mox portam civitatis ingressi sunt; confractis undique membris de curro descendere non valuerunt. Occurrit totius civitatis candidata undique *toga: iudices, quos internus dolor urebat, lętum sibi simulabant populo vultum: proruunt catervatim agmina populorum, cum palmis et *facibus: tremet vicus ingenti clamore, et alta stupent menia[k], vocibus iactatis in cęlum. Obcelabat autem gemitus iudicum fragor populorum.

45 Ingressi sunt ex more velata *pretoria, quos | iam pęna | [153a sustinebat parata. Mox corpora iudicum suscipere *laquearia tecta, Silvanus repente per membra divisus est, *catervatimque proruunt e corpore agmina vermium, et pretiosa obruere *lithostrata. Cumbricium autem, quem ingens tenebat locus pretorii, et ob quietis causam palatii fores *obserata *obsederat armatura, extimantibus cunctis quieti illum membra dedisse, vocem subito miles *pubes de *intestino audit pretorii concrepare: Ut quid vos, o nostri conmilitones, desertum dimittitis iudicem? Quod vobis ipse, quum regnum *vigeret, non prestiti? An delucro descendit quod mortem videtis inpendere nobis? Ignoras, o delectabilis miles, et quos victoria comitatur quod materia pavoris sit raritas in spatiosis? Relinquitis iudices solos, quos preter accedentes morbos simul ipsa silentia terrent? Quid ergo Silvanus agit? An mecum et ipse similes perpetitur pęnas? | Quur nos aut medicinam non sequitur, aut sepultura negatur? | [153b

46 Hęc singuli rogabant cum ingenti ululatu. Putares ambos uno agi dolore pęnarum, quum diversis quaterentur tormentis. Quarta iam inluxerat dies, quod *semineces pęna tenebat: duodecim ab illis *ferales transactę sunt hore; et tempus iam diem cogebat in vesperum: tenebris subito arescentibus visum, inferis amborum animę spiritum tradiderunt. Condiunt ex more membra ministri; celabant ex parte fetores corporum odoramenta ungentorum. Traduntur humo magna medii comitante caterva. Subito locus ipse sepulcri, igne terra *scatente, *sulphoratos in cęlum pulveres iactat, et cum ingenti fragore mox corpora sibi tradita revomet. Totum per circuitum locum scintillis per aera *vibrantibus *sulphorabant; et quid ministri agerent ignorabant: *quaquaversus humare corpora vellent, similis pęna patebat. | Quem salvum ab incendio putaverant locum, mox | [153c ut *fossorum tetigerat manus, ignibus crepitabat.

47 Invenitur mortuis salubre remedium: Thyrsus venire rogatur, et quicquid forte iniuriarum in corpore susceperat, petitur indulgere. Rogant martyrem agmina civitatis, et vestem beati onerant fontibus lacrimarum:

---

[k] *corr. ex* moenia.

Ne, quesumus, ignaros absorbeat terra; vel *natos prospice nostros. Quur rogamus nescios subsequitur pęna, cum iudicibus remaneat ultio divina? Peroramus te Christum, quem colis, ut cęlum *sedetur ab ingenti fragore: et quomodo nobis *inlęsis, corpora regum terra suscipiat. Thyrsus, Deo oblatione libata, sibi poposcit dari bidentem; *concavis duabus ex numero fossis, manibus humat corpora damnatorum, et in hoc illis beneficia *profuere divina, ut haberent ex more sepulcrum, quos terra suscipere recusabat. His peractis, martyrem, quam reddiderat, carcer accepit.

48 | Post circulum dierum mensis unius, Cumbricio et Silvano | [153d successor venit, nomine Baudus. Mox debitum officium prestat obsequium. *Plaudent manu corpora civitatis, et linteis, quos flexa niveis *colubraverat *dextra, obnubilant subito cęlum. Mox ut ingressus est pretorium, *suggessit officium: Est vir quidam derelictus a *prodecessoribus vestri culminis, nomine Thyrsus; hunc hodie carceres tenent. Quid de eo preceperit vestra clementia, spiculator observat. Baudus dixit: Quod primum est, sacrificemus ex more diis inmortalibus. Mox Capitolium ingressus est; demonibus thura iactavit. Reverso ad pretorium, therme suscipiunt, et regalis de more paratus.

49 Alia die, sedens pro tribunali Baudus, dixit: Offeratur dedicationi meę, de quo suggessit officium. Dictum est: Adstat. Baudus dixit: Quis vocaris? Respondit: Thyrsus vocor: sed ex quo milito Christo regi, christianus appellor. Baudus dixit: Audi me, Thyrse. Usque ad istam horam | sufficiant primitus a te maleficiorum opposita figmenta; sufficiant | [154a inrisiones, per quas tot, ut dicitur, iudices pertransisti. Audi me, et sacrifica diis, quos et ipsi principes colunt, et magnum tibi de *conpendio adferes lucrum; sin *alias, vitam tibi nullatenus speres. Thyrsus dixit: *Instructam reddiderunt, ut *coniceo, prestantiam tuam, iudex, tot tibi, qui relicti sunt, de nomine meo fasces; sed spiritus meus vivus est, preses: nicil aliut dico, quam prodecessoribus tuis dixi: christianus sum, et pro nomine Christi, usque ad gladium paratus sum pervenire. Baudus dixit: Tu es qui Apollonem deum in sua sede *libratum es ausus cominuere, et de Asclipio odiosa verba *iactare? Thyrsus dixit: Nullum Deum, si Deus est, cominui: nec enim fas est, ut ab homine Deus frangatur. Asclippium autem, non Deum sed dęmonem, et maledixi et maledico. Non autem ipsum solum, sed et omnes qui confidunt in eum.

50 Baudus dixit: Vanitas | verborum tuorum non me pertur- | [154b bat, nec trabalis ista, de qua multum presumis, iuventus, totum quod in homine fortius est, fortiores indiget pęnas; ut et iam ipse expertus es, ante membra, quam pęna deficient. Tyrsus dixit: Absit a te, maledicte, ut totum, quod in homine fortius est, possit a te dilaniari; corpus tantum tuis rabidis dentibus ingero conficiendum: siquidem Baudus latratus est canis; sed membra mea tuis ferinis ingero morsibus, anima autem mea comendo creatori suo, qui potens est de alta sede respicere, et iudicare iudicium meum. Baudus dixit: Et canis a te similis factus sum, detestabilis, qui adhuc te tolerabiliter patior? Thyrsus dixit: Non a me canis extimatus

es, preses; sed si irascendum est, in parentibus vindicetur, qui canum nomina suis liberis affixerunt.

51 Baudus dixit: Sub specie cordis multum insanis; aut sacrifica Asclipio magno, aut, omnibus te membris laceratum cum duro | [154c pondere catenarum, marini suscipient fluctus. Thyrsus dixit: Illut rogo, ne furia mitescat, et sub pretextu misericordię, mea gloria minuetur; *mancipes volo effectibus verba: mendax enim iudicatur, cuius verba precedunt, nec facta sequuntur. Baudus dixit: *Putas forte quia *prestigiis tuis inlusurus es *nautas, ut te adportantes litori lato in mari nuntient fuisse dimersum? Thyrsus dixit: O pravida diaboli lingua, nescio quid in me futurum modo *portendis, sed suscipio pęnam, quacumque *preceps incurreris. Rogo tantum, ut perficiat per ministrum suum, quod mici diabolus promittit.

52 Baudus dixit: In quattuor illum primum *nervos extendite, et membra in eo fustibus confringite. Inde ferreis per quattuor artus membrorum conligate catenis, ita ut curva dorsi spina cervicibus inminens genua premat, et oculos suos prospiciant pedes, ut et lingua, calcaneis adherens | plantas, lambere credatur: ipsius autem palmas nodosis | [154d confringite *trastris, ut confractę postergum manus facilius serviant ligaturis, et in modum *glomeri denso illum conserite sacco sub ingenti pressura; quatenus, etiam aure flatus naribus auferatur, ut dum suspiria procedunt nec redeunt, maiora sibi inferant membra supplicia, quam aliqua potuit prevalere tortura. Ipsius autem *eronis fortioribus ligaturis constringite fauces, et super in plumbo liquescenti, quia cera non valet spumosos undarum perpeti *sales, sigillum defigite meum. Inde nautis tradite sub diligenti custodia, vestrorum nonnullis comitantibus; et ubi *triginta in altum visa fuerint stadia prominere, precipitem mari iactare saccum, ut et membra, qui susceperint *scopoli crucifigant, et quod saxa respuerint, *beluarum proficit pastus. Exaudi, Deus: ad unius martyris | corpus | [155a plura parantur supplicia, quam sint membra.

53 Conpellit ad litus navigium turma nautarum, et triremem arenis adplicant *barcam. Suscipiunt de litore saccum, regis anulo obseratum; *scapham ex officio simul conscendunt, qui credulitatem media fide servarent. Conplentur vento vela nautarum, et sub ingenti clamore altum pelagus petunt. Ubi status in profundum reppertus est limes, milites *plerome dixerunt: En adest, qui cause abtus est locus; *precipitem mari iactate saccum confestim. Iam paratis, ut lacerum corpus fluctibus darent, asperą vel saxa et cautes in ima defixi membra sibimet expectarent martyris propinari; ilico luce premissa ultra solitum, resplenduit cęlum, et navem inlustrant agmina angelorum, qui ut adfixos *pupi *epipatas reddiderunt, arreptum de medio minutatim, voce premissa, scindunt *eronem: | [155b Egredere, Thyrse, te expectamus: veni nobiscum. Illi, quem colis, in ministerio sumus. Et sublato Thyrso, parem gressum per *ęquora petunt. Quum medias simul tetigissent arenas, vox lęta turmarum hymnum cum martyre cantant, et nautarum, quos exsangues et pavidos interior sentina tenebat, ex delectabili cantu trepidos suspendebat auditus.

54 Redeunt ad litora celeri cursu, etsi quos offenderent *sudes pavore nesciebant. Qui ut factum iudici per ordinem retulerunt. Baudus dixit: Procedat officium, sed non sine *telo, et quis quem reppererit per membra discindat. Processit ad litus *septus agmine militari; et videns de longe *consertos ordines angelorum, celerem gressum imperat pedibus. Sed quid agitur, quod inaniter currit, quem iniquitas pręcedit? Mox medias litoris tetigit arenas, saccum inspicit cum integro suo sigillo, et Thyrsum, quem intus miserat conligatum; | sed videre militiam cęli non | [155c meruit, quia non fuit dignus. Baudus, reserato erone, Thyrso dixit: Ubi putas continuo fugit *desertorum, quam conspeximus, turba? Thyrsus dixit: Si meos haberes oculos, maledicte, quod ego merui, posses et tu videre. Baudus dixit: Quo, putas, prępmio nautas primitus honorasti, ut non te mari precipitem darent? sed et modo imola diis: quia etsi te pelagus respuit, ferarum suscipient fauces. Thyrsus dixit: Fac quod vis, omnium ferarum atrocissime; unum autem scio, quia sic Deo fuit possible me de abysso liberare, quomodo et prophetam Ionam de visceribus belue.

55 Baudus dixit: Thyrsum carcer accipiat catenis onustum. Et nocte intempesta Baudum Cęsarea suscepit. Ilico vix primum pullus dederat cantu, Baudus dixit: Offeratur mici iniquissimus Thyrsus. Ex officio dictum est: Adstat. Baudus dixit: Laborem nobis facimus, o nostri conmilitones, si pestiferum istum suasione premissa interrogare velimus. | [155d Taureis interim flagellis dorsum eius et ventrem aperite, si vel pęna extorqueat veritatem. Sed quum diutius vapulare putaretur iam manus fessa carnificum, et quos diuturna tormenta fecerant laborare, pedibus devoluti sunt iudicis: Succurrat, dicunt, clementia vestra, rogamus, nobis: dum Thyrsum putabamus cedere, nobis magis ingessimus pęnas. Prospice, preses, nostra concisa usque ad intranea ossa; dum Thyrsum cedere putabamus, angelos feroces vidimus nostras in nos manus cum taureis retorsisse.

56 Baudus dixit: An te meos peremturus es, Thyrse, quam tu ipse pereas? Non est ita. Idem dixit: Quantos civitas habet, meis aspectibus ferarum ingerant venatores, quibus in mandatis hoc detur, ut decipulis conpleat silvas, et quas manus inpegerint feras de abditis capiant, ut nec minima vulpis sibi suas foveas profuisse gaudeat. Turris autem in campum apertum celeri | velocitate manus *urgueat artificis, in modum *anfi- | [156a theatri, quia quem civitas habet perbreve est, ut multos possit prospectantes suscipere. In huius circuitu turris in modum sudatus infigite tabularum; ibique omnes passim feras relaxate, cibis a pridie cessantibus; ut quęcumque fera Thyrsum conspexerit, unum de eo fame acta conficiat morsum.

57 Triginta et sex conpleti sunt dies; et renuntiant ministri iussa conpleta. Mox iudex turrem cum turba conscendit: clamor ortus est inmensus ferarum: tremebant omnia ingenti rugitu; putares beluas numquam posse *sedari, nisi martyr veniret. Mox Thyrsum venatores in arena proiciunt, ita silentium a besteis factum est, ut nullam presentem putares. Ilico ad martyris pedes catervatim proruere leones, et, ovibus similes,

vulnus lacerum lingua lambebant. Ursos videres per martyris corpus molles deducere manus, et sicubi vulnus conspexerant sordibus protersis lingua lambebant, | posteris digitis confricabant. Pardis et lupis, quia | [156b membrorum, quod lamberent, pręcedentibus sibi fortioribus, non habebant, caudis per arenam adolantibus, hilares vultu in martyrem oculos defigunt.

58 Fragore magno concrepat turris: Tolle virum iustum istum, scelerate iudex, quia male iudicasti. Thyrsus martyr bestiis dixit: Exhibuistis, quę vobis Deus imperavit, obsequia ministrorum; prestem et ipse vobis, ne vos inanes videar reliquisse. In nomine Domini Iesu Christi, propter quem ista patior, confractis parietibus tabularum, silve vos recipiant, quę miserunt; et laudes dicentes Deo, sine cuiusquam lęsione, cubilia vos vestra suscipiant. Statim cum *precipiti cursu et grandi rugitu, confractis omnibus tabulis, silvas petunt. Item clamor populi adtollitur: Magnus Deus christianorum: beati omnes, qui confidunt in eum. Tristis ad pretorium reversus est preses, plus insaniens, quia multi de populo crediderunt in Deum; inter quos erat et Callenicus quidam sacerdos idolorum.

59 | Baudus Thyrso dixit: Petimus te, presta nobis; imola | [156c diis, et habebimus te nominatum. Thyrsus dixit: O venenum obtectum melle, rogas, ut decipias; preces fundis, et perimere me queris. Et mox ingressus templum, Silvano sculptili dixit: Usquequo ista patior, Silvane? Per Christum, qui dęmones eradicat, ut non prestes miseris seductionem: cade in terra. Confestim Silvani[1] membra confracta pavimentum suscepit. Baudus dixit: Virgis illum concidite, ut medullas eius plage denudent, et pro minutis modicis de lateris, fragmenta testarum vulneribus infigite: ut quum plage quiescunt, torturas suas numquan effugiant. Thyrsus dixit: Etsi minutatim me concidas, angelus iste mecum est, quem non vides, et curat omnes langores meos. Angelus interea, quem solus Thyrsus a latere videbat, sic martyri dixit: Thyrse frater, presto sum; nolo verearis. Iam modicum restat, et transibimus hinc simul. Quarta te adhuc interrogatio comitatur; neque enim tres solos evangelistas | poteris apud Patrem | [156d videre.

60 Quarta autem, quam angelus prędixerat, interrogatio facta est in Apolloniam civitatem. Mox Baudum tribunal accepit. Idem dixit: Offeratur mici maleficus Thyrsus. Ex officio dictum est: Adstat. Baudus dixit: Civitas, quę me hodie continet, Thyrse, non unum, sed quattuor habet deos: seposita arte maleficii, sacrifica illis, et per salutem augustorum, quia inlibatum te dimitto. Thyrsus dixit: Ut coniceo, preses, per me delectat omnia idola de Grecia[m] finire. Utique potest, forte ut vobis reservetis vel unum, ne vacui cultores sine deo remaneatis; tamen, si libet, Deo *fauctore, inspiciamus et ipsos.

61 Et quum singulorum templa conspiceret, voce ad cęlum delata, dixit: [2] Deus meus gratias ago tibi, quia iubes per me, sublatis dęmoniis,

---

[1] *corr. ex* Silvane.
[m] Grechia *cod.*

nomen tuum invocare. Sed utinam, quomodo, invocato nomine tuo, istos confringo, ita et eorum | cultores ad te convertere valeam. His | [157a dictis Herculis[n], Silvani, Apollinis et Veneris simulacra de suis liminaribus, veluti vertigine acta, ita confracta sunt omnia, ut nec pulvis paruisse credatur. Populus pavore turbatus in duas secatur altrinsecus turmas; una dulci personat laude: Magnus Deus, quem colit Thyrsus; repleta alia murmure cęlum: Tolle, iudex, quem *fas vivere non est, maleficum virum. Reddunt *hebetes dextra lęvaque prestrepentes sibi populorum.

62 Callenicus autem, qui cum Cumbricio et Silvano presidibus adsidebat, necnon et sub Baudo presenti omnes, quas perpessus est martyr, adinvenerat pęnas, qui amictus veste sacerdotali officium inpendebat culturis dęmoniorum, ad iudicem dixit: Credas mici, preses, volo, non maleficii arte Thyrsum presentem usque hodie perdurare; sed, ut capio pro mei tenuitate sensus, virtus Dei in illo est, | quę dicitur magna. Baudus | [157b dixit: Discedas a me volo paululum; ita vivas tedio ex merore conficior. Callenicus dixit: Credamus in Deum, si videtur, quem colit Thyrsus, et omnia nos tedia derelinquent, nam lex cantat ipsorum: Iacta in Domino curam tuam, et ipse te enutriet. Baudus, oculis *furia *saginatis, et totum, quod in homine rectum est, diaboli arte mutatum, trementibus membris, et dentibus stridore sonantibus, sic Callenico[o] dixit: Et te, feriende, maleficus Thyrsus decepit, ut talia mici verba velis vendere vana? Callenicus dixit[o]: Noli furia saginari; sustine modicum, preses, bibes et meum [sanguinem], et desines comoveri. Baudus dixit: Vides, damnate, quia nec dii nostri te propitium, nec ipsut palatium fidelem, sed hipogritam tenuit sacerdotem? Quod ita claret, quia te hodie Thyrsus decepit. Callenicus dixit: Non me Thyrsus decepit; sed Christus, quem invocat Thyrsus, mici hodie inspiravit, ut relictis vanitatibus vestris, | Deo meo imolem corde perfecto. | [157c

63 Baudum continuo diabolus armat, et septem de illo inmensis urbibus *anguis *volumina versat. Suis porro militibus imperat, dicens: Omnia genera tormentorum, quę carnificum repperit manus, Callenicus per membra suscipiat: et, si vel vos vultis vitę superesse, nullum in eo sanum remaneat membrum, nisi quod carnificis fugierit oculum. Si tormenta extorserint vitam, tulimus palmam; si membra duraverint, ipsa sustineant pęnam. Ducitur statim, et vix membris sequentibus gressum, omnia mutant genera tormentorum. Hilarem reddunt, quam debilem plagę. Per templum illis transitus erat, centum quod in sublime columnis, ibique Asclippius consedebat. Callenicus tortoribus dixit: Cadat, rogo, ante oculos vestros misericordia, et estote mitiores iudici vestro, et sustinete pusillum. Videtis igneum solem per aera *vibrare, quem caveo magis quam tormentum, quod[p] | manus vestra repperit. Est locus circa templum, qui ex | [157d

---

[n] Erculis *cod.*

[o] Callenicus dixit] *cod. repet. sed delev.*

[p] *Figura cuiusdam personae cum corona regali in capite adest ad calcem inter columnas folii 157v.*

arte *fornicea delectabiles offerat umbras, si paulisper forte resummam spiritum meum: prestant in mites misericordiam.

64 Mox Callenicum umbras templi suscepit; voce magna Asclipio dixit: Da honorem Deo: scio ego quia demon es, et non deus. Tu[s] solus in istam civitatem latuisti beatissimum Thyrsum, sed mici hodie deligavit, ut ego eradicem, quos ipse dimisit: signum autem talem dedit per Christum, qui iudicaturus est vivos et mortuos, ut mox Callenicus transit, cadas de solio tuo. Nec mora, dum adhuc *stupidi tortores defixos premunt in martyrem vultus, et liquescentia in illis membra tabescunt, Asclippius, cadens de solio suo, minutatim confractus est, simulque locus et deum amisit et templum.

65 Mox carnifices per aera rapiunt sanctum; quid nobis, aiunt, o scelerate, fecisti? | Et cuius iam vita venit in dubium? non suffi- | [158a ciebat tua mors solius, nisi et nostrum tibi velis adiungere sanguinem? Et lacrimis cum ingenti gemitu sibi *altrinsecus cantant: Quid faciemus, o nostri conmilitones? Quisque vestrum a pietate alienus est, nostrum interimat membrum. Mox Baudum viderimus, vivos nos terra suscipiet; si fugam gressibus demus, gladio vindice nostras *perpetitur lares. O si sine iussu liceret, ut morsibus te singuli lamberemus. Mox ut renuntiata sunt ista tyranno, non sine detrimento carnificum, Callenico iussit caput pręcidi, qui mugiens sub mucrone, voce delata, dixit: Pręmisisti me, beatissime Thyrse: sequere cito, ut ambos recipiant una die regna cęlorum.

66 Thyrsum autem Baudus iussit in conclea constringi, et per duas[t] serras media dividi partes. Vitalio et Sabino sectoribus novem exemtę sunt horę: et nec capillum quidem martyris serra divisit. Thyrsus in cęlum | oculos figens, evangelium in me, pater, dicit, video fuisse conple- | [158b tum, quia capillus de capite meo, sine tua volumtate non esset casurus. Iam fessos ieiunium, et labor sectores reddiderat; Vitalius Sabino dicebat: Duc serram, Sabine: *exemtus est dies, et incassum exercemus laborem. Sabinus Vitalio respondebat: Si me non debilem redderet labor sine fructu, ostenderem tibi brachia mea.

67 Interea Baudum debita subsequitur pena: namque cum ingenti ululatu, *flagris per membra divisus, et omnia, quę in martyrem intulerat, *perpessus genera tormentorum, tales conclamat voces: Succurrat tua clementia, Deus, si martyrem cognoscerem, olim suspenderem manus; si reddar super his, et faciam satis; aut si nec hoc meritum exigit meum, citius a terra suscipiar, ne *ludibriosus habear vivis. Inter iacrimosas voces ante vitam caruit, quam *pestem.

68 Continuo miscitur murmure cęlum; et vox de nube facta est, dicens: Intra, Thyrse, | in gaudium Domini tui: fortem athletam | [158c palmam sequitur victorię, de diabolo triumphato; mecum eris hodie in paradiso. Continuo martyr, exutus terrena corporis veste, inlibatum intac-

---

[s] Tu] To *cod.*
[t] *corr. ex* duos.

tusque Deo tradidit spiritum. Mox sanctum corpus luminaribus pręeuntibus, et omnia sollemniter in deductione martyris celebrata, adveniente Çęsario episcopo, et Laudocio presbytero cum viris spiritualibus feretrum comitantibus, honorifice sepulturę tradiderunt: ubi magnę fiunt virtutes, et omnium curantur egritudines: cuius cineres apud Greciam latent, et ubique beneficia patent. Illum autem sanitas non sequitur, cuius fides nulla precesserit; cuius autem in pleno repperta fuerit fides, reportat prępmium cum laude eundem Dominum benedicens.

69 Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

XXV

[Agathae]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] IIII.
[2] [Lectio] V.
[3] [Lectio] VI.
[4] [Lectio] VII.
[5] [Lectio] VIII.
[6] Or[atio].
[7] Oratio.

1 Passio sancte ac beatissime virginis Agathe[a] | et martyris | [158d Christi, quę passa est in civitate Sicilia in urbe Cateniensium sub Decio imperatore; die nonas februarias. Deo gratias.

2 In diebus illis, sub Decio imperatore, ipso decio tertio consulatu, die nonarum februarium, in urbe Cateniensium Agathe virgo venerabilis, pro Christi confessione, gloriosam et vere imitandam pertulit passionem. Hęc enim nobilissimis orta parentibus erat, mente et specie valde pulcherrima. Nam quum in eandem Catiniensium[b] civitatem virtutibus plenam gereret vitam, ac Deo dicatam virginitatem ab ineunte ętate, sanctę et pudice vivens, in omnibus perornaret, Quintianus quidam sceleratissimus consularis Sicilię, audiens sanctę virginis opinionem *multifaria intentione satagebat, | ut ad eam quoquomodo pertingere potuisset. Per sin- | [159a gula enim certamina sordissime mentis suę, eo quod turpissime viveret, singulorum vitiorum in se excitabat effectus. Qui quum esset de genere innotus, volens apud aures vulgi quasi per hoc suam opinionem extendere, si personas sibi spectabilium subiugaret.

3 Memoratam sanctam Christi virginem Agathem suis precepit aspectibus exhiberi. Quam quum sibi oblatam in secretario conspexisset, cępit, utpote libidinosus, in affectum pulchritudinis eius oculorum suorum concupiscentia conmovere. Ut avarus autem et rapax, etiam ad facultates

---

[a] Agate [Agata-e] *cod. semper.*
[b] *corr. in* Catenensium.

eius suę cupiditatis frena laxabat; ut vir idolorum cultor, et dęmonum servus, quippe scelere impietatis suę possessus, nomen Christi exhorrens audire omnino non poterat.

4 His itaque et huiuscemodi furiis conprehensus, beatam Agathem iubet a suis apparitoribus | quoartari, atque eam cuidam ma- | [159b tronę, Afrodisię nomine, precepit tradi; quę Afrodisia novem filias turpissimas habebat, sicut erat mater earum. Hoc autem ideo fecit, ut per dies triginta quotidie blandirentur ei, et, si possent, aliqua ratione eius animum conmutarent. Afrodisia autem accipiens eam, adiunctis secum filiabus suis, modo inlicita promittendo, modo a spem [c] deterrendo, sperabat se mentem sanctam posse a bono proposito revocari. [1] Quibus sancta Agathe libera voce dicebat: Mens mea super petre solidatem a Christo fundata est: verba vestra venti sunt; promissiones vestrę pluvię sunt; terrores flumina sunt, quę quantumvis in pugnea domus mee fundamentum, non poterit cadere, fundata enim est super petram. Hoc autem dicens, flebat quotidie et orabat, et sicut sitiens in ardorem solis nonnisi fluenta fontium concupiscit, ita illa nicil aliut desiderabat nisi | ad martyrii coronam per- | [159c venire.

5 [2] Videns autem Afrodisia nicil pęnitus prevalere, ac beatę virginis mentem inconcussam, atque inmobilem permanere, abiit ad Quintianum, et dicit illi: Facilius possunt saxa molliri, et ferrum in plumbum converti, quam ab intentione christianorum mens puelle illius revocari; ego enim et filię męę novem vicibus succedebamus, et die ac nocte nicil aliut egimus nisi ut eius animum [ad consensum] nostri consilii inclinaremus. Ego gemas et ornamenta insignia, vestimenta auro texta obtuli; ego domos et predia suburbana repromisi; ego varium ornamentum domus; ego familias diversi sexus, ętatis exhibui; sed illa, quasi terram quam suis pedibus conculcat, ita illa omnia pro nicilo habuit et despexit.

6 [3] Hoc audiens Quintianus ira comotus, iussit eam confestim ad suum secretarium duci. Quę quum adduceretur, Quintianus, sedens pro tribunali, hoc sanctę puelle initium sermonis inrupit: Cuius condicionis es? Agathe dixit: Non solum | ingenua, sed expectabilior genere, sicut | [159d omnis mea parentela testatur. Quintianus dixit: Etsi ingenua probaris, et nobilis; quur moribus servilem et personam ostendis? Agathe dixit: Quia ancilla Christi sum, ideo servilem me ostendo personam. Quintianus dixit: Certe, si ingenua et nobilis eras, quomodo te ancillam esse commemoras? Agathe dixit: Summa ingenuitas ista est, in qua Christi servitus conprobatur. [4] Quintianus dixit: Quid ergo, nos ingenuitatem non habemus, qui servitium Christi contemnimus, et deorum culturam adoramus? Beata Agathe dixit: Ingenuitas vestra ad tantam captivitatem pervenit, ut non solum vos peccato fecerit servos, verum etiam lignis et lapidibus obligaret obnoxios. Quintianus dixit: Quicquid furioso ore blasfemaveris, tormenta et pęne poterunt vindicare. Dic tamen, antequam ad ea pervenias: Quur

---

[c] *corr. in* spens (*sic*).

deorum sacra contemnis? Agathe dixit· Noli dicere deorum, sed dic demoniorum: demones enim sunt isti, quorum effigies in | eramento | [160a convertitis, et quorum marmoreas, et gypseas facies inauratis.

7 Quintianus dixit: Elige tibi unum quodcumque consilium, aut diversas penas inter damnaticios quasi stulta incurrere, aut quasi sapiens et nobilis, quod teneatur absque dubitationem aliquam molare. [5] Unde nunc accede et sacrifica diis omnipotentibus, quos veros deos esse divinitas demonstravit. Agathe dixit: Sit talis uxor tua qualis dea tua Venus extitit, aut talis tu sis qualis et Iovis deus tuus fuit.

8 Hoc audiens stultissimus Quintianus, iussit eam alapis cedi, dicens: Iniuriam ducis noli temerario ore garrire. Beata Agathe dixit: Dixisti deos tuos esse quos vera divinitas demonstravit; sit ergo uxor tua ut Venus, et tu ut Iovis, ut et vos in deorum vestrorum numero conputari possitis. Quintianus dixit: Apparet te ex hoc eligere ut diversa tormenta sustineas, quia repetisti me in [in]iuriis verborum tuorum exagitare. Beata Agathe respondit: | Miror te virum prudentem ad tantam stultitiam | [160b devolutum, ut illos deos tuos dicas, quorum vitam non concupiscis tuam coniugem imitari, et dicas tibi iniuriam fieri, si eorum vivas exemplo. Si enim vere dii tui sunt, bonum tibi obtavi, ut talis tua vita sit, qualis et illorum fuisse peribetur. Si autem execraris eorum consortia, me consentis. Dic ergo eos tam pessimos esse, et tam sordidissimos, ut quicumque aliquem maledicere voluerit, talem illum obtet esse, qualis et illorum execrabilis vita fuit.

9 Quintianus dixit: Quid mici verborum superfluum cursum? Aut sacrifica diis, aut faciam te variis interiri suppliciis. Agathe dixit: Quibus me suppliciis terres? Si feras mici inmittas, audito Christi nomine, mansuescent; si ignes adhibeas, de celo mici sal[vi]ficum ros angeli ministrabunt; si plagas et verbera ingeras, habeo intra me Spiritum Sanctum, per quem universa tua tormenta despiciam. Tunc nefarius Quintianus, agitans caput, | iussit eam in carcerem tenebrosum recipi, dicens | [160c ei: Cogita tecum, Agathe, et penitere, ut possis evadere tormenta horrifica, que te fortiter laniabunt. Beata Agathe respondit: Tu, minister Satane, tu penitere, ut possis evadere eternam damnationem. Tunc iratus Quintianus, iussit eam celerius trahi ad carcerem, quia eum voce publica confundebat. Agathe autem sanctissima carcerem gratulanter intravit, et quasi ad epulas invitata, ita gaudens agonem suum Deo precibus comendabat.

10 Sequenti igitur die impiissimus Quintianus eam suis aspectibus iussit abtari. Cui et dixit: Quid tractasti circa salutem tuam? Agathe veneranda respondit: Salus mea Christus est. Quintianus dixit: Quousque, infelix, protrahis intentionem vanam? Denega Christum, et incipe colere deos, ne vitam tue iuventutis acerba morte consummas. Agathe beata respondit: Tu, infelix, tu nega deos tuos, qui sunt lapides et ligna; et creatorem tuum, qui te fecit, Deum verum adora; | qui si contemseris | [160d eternis penis et perpetuis incendiis subiacebis.

11 Tunc comotus vehementissime Quintianus iussit eam in eculeo

suspendi et torqueri. Quumque torqueretur, dixit ei Quintianus: Relinque intentionem animi tui, ut vitę tuę possis esse [con]sultum. Agathe respondit: Ego in his pęnis ita delector, sicut qui bonum nuntium audit, aut sicut qui videt quem diu desideravit, aut qui invenit thesauros multos: ita et ego delector in his pęnis corporalibus posita. Neque enim poterit triticum in horreum reponi, nisi techa eius fuerit fortiter conculcata et redacta in paleis, ita et anima mea non potest in paradiso Domini cum palma introire martyrii, nisi diligenter feceris corpus meum a carnificibus adtractari. Furens iterum Quintianus, iubet eam in mamillam torqueri, et diutissime torta, eadem mamillam iussit abscidi. Quod quum fieret, Agathe virgo fortissima dixit: | Impie, et crudelis, et Dei tiranne, non es | [161a confusus hoc amputare in fęmina, quod ipse in matre suxisti? Sed ego habeo mamillas integras in anima mea, et quibus nutrio omnes sensus meos, quos ab infantia mea Domino conservavi.

12 Tunc crudelissimus Quintianus iussit eam iterum in carcerem repici, et precepit ut nulli medicorum ad eam venire penitus licuisset, et neque panem neque aquam ab aliquo ministrari. Quumque virgo beata in carcerem fuisset inclusa, ecce circa media nocte venit subito senes quidam ante quem [a] fortiter luminis ambulabat, ferens in manu sua diversa medicamenta; qui se medicum esse comemorans, cępit his verbis adloqui virginem sanctam, dicens: Licet enim, o virgo, his corporalibus pęnis te insanus consularis affecerit, tu tamen gravioribus suppliciis cruciasti eum responsionibus tuis. Et licet ubera tua torrerit, et amputare fecerit, sed illius ubertas in fel convertetur, et | in amaritudine erit anima eius in | [161b ęternum. Tamen quia ibi eram qua hora hęc patebaris, consideravi, et vidi, quia potest curam salutis tuam mamillam suscipere. Tunc sancta Agathe dixit ei: Domine senes, medicinam carnalem meo corpori numquam exhibui, et turpe est mici, ut quod diu ab ineunte ętate custodivi, nunc perdam.

13 Cui ille senior dixit: Filia, et ego christianus sum, et novi medicinam; nolo me verecunderis. Dicit ei Agathe: Et quę potest verecundia mea circa te esse, quum tu sis senior et grandevus, ego autem sim puella? ita totum corpus meum variis laceratum est pęnis, ut vulnera ipsa non permittant in aliquo stimulari mentem, unde possit verecundia excitari. Sed ago tibi gratias, Domine Pater, quia mici tuam sollicitudinem dignatus es exhibere; hoc autem scias, quia ad corpus meum medicamenta ab homine facta, numquam accedunt. Dicit ei ille senior: Et quare non permittis me, ut curem te? Agathe dixit: Quia habeo salvatorem Dominum nostrum Iesum Christum, | qui verbo curat omnia, et sermone suo solo | [161c restaurat universa; hic si vult potest me salvam facere. Tunc subridens senior, dixit: Et me ipse misit ad te, nam et ego apostolus eius sum, sed scito te in eius iam nomine esse salvatam. Et quum hęc dixisset, ab oculis sanctę Agathe virginis statim ablatus est.

14 Tunc beata Agathe, in hoc gaudens, ac se in oratione proiciens,

---

[a] *corr. ex* quam.

dixit: [6] Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, qui memor factus es mici, et misis[ti] ad me apostolum tuum, qui me confortavit, et recreavit viscera mea. Quumque conpleret orationem suam, respiciens in celum, seu ad omnes maculas corporis sui, vidit quod salva facta erant omnia membra eius, et recuperata erat mamilla eius. Ita autem per totam noctem in illo carcere sancte lux splendida circumfulsit, ut pavore custodes territi effugerent, et carcerem apertum reliquissent. Tunc persone, que ibi erant clause, dicebant sancte Agathe, ut cum illa exirent et fugerent. Illa autem dixit: Absit a me, ut ego | coronam perdam, et eos, qui custodes sunt tribulatio- | [161d nibus, damnem: ego enim adiuvata a Domino meo Iesu Christo perseverabo in confessione eius, qui me salvam fecit, et consolatus est me.

15 Factum est autem post quattuor dies, iussit eam Quintianus iterum suo tribunali statui. Quod quum fieret, Quintianus sancte virgini dixit: Quousque furiaris contra decreta principium invictorum? Imola diis, sin autem scito te acrioribus tormentis abtandam. Agathe sancta respondit: Omnia verba tua vanitate sunt plena, et iniqua precepta tua etiam aerem ipsum maculant: Unde miser es, et sine sensu, et sine intellectu: quid me suades ligna et lapides adorare, et invocare simulacra surda et muta? Ego invoco Dominum meum verum, qui me dignatus est ab omni plaga, qua in me exercuisti, ita curare, ut etiam mamillam meam cum sanitate totius corporis mei restitueret. Dicit ei Quintianus: Et quis est qui te curavit? Agathe dixit: Christus Filius Dei. | Quintianus dixit: Iterum tu | [162a Christum audes nominare? Beata Agathe dixit: Ipsum ego et labiis semper confiteor, et corde invocare non cesso. Quintianus dixit: Nunc vi[de]bo *, si Christus tuus curabit te.

16 Et confestim iussit testas acutas spargi, et subtus testas carbones ignitos mitti, et ibidem Agathem sanctissimam nudo corpore volutari. Quumque hoc fieret, ecce subito terremotus grandis factus est, et locus ipse, in quo sancte virginis [corpus] volutabatur, exagitatus est, et pars parietis ipsius cecidit, et oppressit consiliarium Quintiani, nomine Silvanum, et amicum eius nomine Falconium, quorum consilio Quintianus multa scelera perpetrabat. Omnis etiam Catiniensium civitas nimia terremotus concussa est, in tantum, ut omnes populi ad secretarium Quintiani concurrerent, atque ingenti tumultu clamarent: Quod quia ipse sanctam Dei famulam impiis cruciatibus ageret, idcirco ipsi periculum sustinerent. | Tunc | [162b nefandissimus Quintianus fugiens, ex uno latere terremotum timebat, ex alio autem sedictionem populi formidabat. Iubet igitur sanctam virginem in carcerem recipi; ipse autem ad postera secretarii occulte exiens, populum in ianuis dereliquit.

17 Beatissima vero Agathe, ingressa iterum in carcere, expandit manus suas ad Dominum, et dixit: [7] Domine, Deus meus, qui me creasti, et custodisti ab infantia mea, et fecisti me in iuventute viriliter agere, qui tulisti a me amorem seculi huius, qui corpus meum a pollutione liberasti,

---

* *corr. ex* vibo.

qui fecisti me vincere tormenta carnificum, ferrum, ignem, et vincula, qui mici inter torquentes virtutem et patientiam tribuisti; te deprecor, ut accipias spiritum meum modo, quia iam tempus est: quod me iubeas seculum istum derelinquere, et ad tuam gloriam pervenire. Hęc quum in conspectu plurimorum magna voce dixisset, statim ut flexit genua, emisit spiritum. Quod pii populi cognoscentes, nimia celeritate ingressi sunt, et auferentes corpus eius venerande | omni honorificentia curaverunt. | [162c

18 Factum est autem dum aromatibus ac *pigmentis variis tota diligentia corpus sanctę virginis condiretur, advenit subito prĕclarus quidam iuvenis indutus vestibus sericiis, quem sequebantur amplius quam centum pueri, omnes ornati et pulchri, quem nemo umquam in illa civitate viderat, vel postea vidit, sed nec quisquam inventus est, qui se diceret, illum aliquando vidisse, vel nosse. Veniens ergo, ingressus est locum ubi corpus sacratissimum condebatur, portans tabulam lenem ex marmore scribtam. Quumque corpus in novo *sarcofago poneretur, posuit et ille tabulam continens hoc: Mentem sanctam spontaneam, Dei honorem et patrię liberationem. Et postquam eam posuit, tamdiu stetit quamdiu cum omni diligentia sarcofagum clauderetur. Clauso igitur monumento, statim abscessit ab eis, et ulterius nec ibi visus est, nec in tota provincia illa, vel ei | [162d similis aliquando fuisse auditus est. Unde fidelıter crediderunt cuncti, quod nonnisi angelus fuerit Dei. Illam vero scribturam devulgantes universi, qui aderant, et eam legerant, omnes singulos valdeque sollicitos reddiderunt. Unde factum est, ut tam iudęi, quam gentiles, una cum christianis, sepulcrum virginis sanctę venerari cępissent.

19 Quod audiens insipientissimus Quintianus, arripuit iter cum suo officio, pergens investigare beatę virginis facultates, ac, si quos de eius parentela fuisse cognosceret, ferocitate propria terruisset. Iudicio autem Dei, dum vadit in medio itinere interiit. Dum enim per flumen, navem sedens, transitum faceret, duo equi in eadem positi, fremitum contra se dantes, et calces adversus invicem mittentes, unus ex illis Quintianum morsu vastavit, alius autem calcibus eum tundens, in flumine proiecit, et ex illa | hora non est inventum corpus eius, nec conparuit usque in ho- | [163a diernum diem. Unde amplius crevit timor, et veneratio hominum circa beatam Agathem. Nec quisquam ulterius molestus fuit generi eius.

20 Ut autem scribtura illa, quam Dei angelus posuerat, evidentius probaretur, transacto anni circulo, in ipso die anniversarii eiusdem venerabilis virginis, mons Ethenus eructuavit incendium; et ecce quasi fluvius torrens ita vehementissimus ignis, saxa et terra liquefaciens, magno impetu veniebat ad Catiniensium civitatem. Tunc grandis multitudo paganorum, de monte fugientes, descenderunt, et venerunt ad locum ubi posita erat beata Agathe; et arripientes inde velum, unde erat coopertum sepulcrum eius, statuerunt illut contra veniente<m> incendium, et confestim in eadem hora stetit ignis divin<us>; inquoverat enim ignis pridie kalendas februarias, et cessavit die nonas februarias, qui est dies sepulturę eius. | [163b Quod ideo gestum est cęlesti clementia, ut merita sanctę virginis manifesta,

et probata, omnes habuissent, quia de periculo mortis et incendii eius suffragia martyris liberasset, operante divina virtute, quę sanctis suis gloriam semper tribuit et honorem.

21 Cui est regnum et potestas in secula seculorum. Amen.

XXVI

[Dorotheae et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] L[e]c[tio] I.	[5] L[ectio] VI.	[9] L[ectio] *? illeg.*
[2] L[e]c[tio] II.	[6] L[ectio] VII.	[10] L[ectio] X
[3] L[ectio] IV.	[7] L[ectio] VIII.	[11] L[ectio] XI.
[4] L[ectio] V.	[8] L[ectio] VIIII	[12] L[ectio] XII.

1 Passio sanctę Dorothe virginis, et comitum eius, quę passa est in provincia Cappadocie, apud Cęsaream civitatem, sub Sabricio preside; die VII idus februarias. Deo gratias.

2 [1] <I>n diebus illis, in provincia Cappadocie [a], apud Cęsaream civitatem, erat quedam Dei puella, nomine Dorothea [b]. Hęc quotidianis diebus in castitate et sobrietate, in humilitate et mansuetudine, in ieiuniis et orationibus insistebat. Erat autem ita prudentissima, | ut vix eam imitari | [163c possent viri pauci. Omnes autem qui eam nosse poterant, magnificabant nomen Domini nostri Iesu Christi, qui talem haberet famulam; cuius et aspectus gratus, vita sancta et sapientia inconparabilis erat, et inmaculata virginitas. Quę in tantum extitit in caritate Christi perfecta, ut ad eius thalamum perveniret, dupplicavit sui sancti certaminis palmam; et unam virginitatis coronam tenens, alteram martyrii, cum gaudio pervenit ad Christum. Quo autem ordine passa sit, gestorum evidens eius <pa>ginam docet.

3 Quumque fama <sanctita>tis eius per aures hominum curre<ret,> pervenit ad presidis persequutoris auditum. Qui ingressus civi<tatem> Cappadociam, id est, Cęsar<eam,> famosissimam christianorum <precepit> Dorotheam Dei famulam coa<rtari.> Quumque fuisset intromissa <illo> pro tribunali sedente, in<clinato> capite, orans Dominum suum, ste<tit ante> presidem.

4 [2] Tunc interroga<vit eum> preses, nomine Sabricius, dice<ns: Dic,> quę vocaris? At illa respondit: D<orothea> | nomen est | [163d mici. Preses dixit: Ideo adductam exhibere te volui, ut diis inmortalibus

---

[a] *corr. ex* Cappadocia.
[b] Dorotea [Dorotea-e] *cod. semper.*

sacrifices, secundum imperium principum augustorum nostrorum. Dorothea respondit: Deus, qui est in cęlo dixit: Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies. Et iterum: Dii, qui non fecerunt cęlum neque terram, pereant a terra. Videndum ergo est, cui imperatori obtemperari debeamus, terreno an cęlesti, mortali an immortale, Deo an hominibus. Quid sunt enim imperatores vestri, nisi homines, sicut fuerunt et isti dii, quorum imagines adoratis?

5 Sabricius pręses dixit: Si vis reverti sana et inmaculata et inlęsa, et evadere tormenta, pone animum tuum, et sacrifica diis. Sin alias, legibus acta omnibus, dabis timoris exemplum. Ad hęc virgo Dorothea respondit: Hii qui Deum timent, homines rabidos non timent. Hoc enim faciunt, quod canes rabidi [e], laniant homines innocentes: et quia ratio in illis nulla est, insaniunt, | deseviunt, irascuntur et latrant, et suis morsibus vulne- | [164a rant transeuntes. Sabricius dixit: Tu, quantum video, perseverare disponis in ista inertissima professione, et vis cum ceteris mori. Audi me et sacrifica, ut eculei pęnas evadas. Dorothea respondit: Eculei pęne temporales sunt: gehennę autem tormenta ęterna sunt. Ut ergo ęterna evadere mici liceat, temporalia timere non debeo; memor sum enim dixisse Dominum meum: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: anima autem non possunt occidere; sed potius eum timete, qui potest et corpus et animam perdere in gehennam. Sabricius dixit: Ergo timere debes deos, ne irati animam tuam et corpus tuum perdant, si non eis sacrificaveris. Dorothea respondit: Iam dixi tibi, Sabrici, quia nullo modo me poteris suadere sacrificare dęmoniis, qui habitant in istis numinibus vanis, qui sic vixerunt, ut turpe sit dicere, et sic mortui sunt, | sicut animalia, qui dum viverent, non cogno- | [164b verunt Deum, qui fecit cęlum et terram, mare et omnia, quę in eis sunt. Horum ergo animę in igne ardent, quorum vos per varia metalla adoratis effigies. Et necesse erit, ut cum ipsis etiam in igne ęterno mittantur, quicumque, relicto creatori suo, horum voluerint esse cultores.

6 Quumque hoc diceret Sabricius, vehementer iratus est, et conversus ad tortores suos, dixit: Sistite eam in *catasta, ut videns se constitutam in pęnis, vel sic consentiat diis se exhiberi cultricem. Dei vero famula, quum se vidisset erectam in catasta, constanter, intrepida et non interrogata, ait ad iudicem: Quid me tricas, Sabrice? Fac quod facturus es, ut possim eum videre, pro cuius amore mori non timeo, et torqueri non paveo. Sabricius dixit: Et quis est quem desideras? Dorothea respondit: Christum Filium Dei vivi. Sabricius dixit: Ubi est Christus? Dorothea respondit: Quantum ad omnipotentiam eius pertinet, ubique est; quantum autem ad humanam capacitatem, sensus humanę fragilitatis | va- | [164c num putat, quod non in loco aliquo esse didicerit, et ideo confitemur Filium Dei ascendisse in cęlum, et sedere ad dexteram Patris sui Dei omnipotentis: qui unitatem deitatis obtinens cum Patre et Filio et Spiritu Sancto, invitat nos ad paradisum deliciarum Dei.

---

[e] *corr. ex* rabido.

7 Sabricius dixit: Oportet te relinquere vanitatem tuam, et sacrificare diis, et accipe[re] virum, et lętare in vita tua, ne taliter pereas sicut et patres tui perierunt propter stultitiam suam. Dorothea respondit: Nec sacrificabo dęmoniis, quia christiana sum, nec virum accipiam, quia Christi sponsa sum. Et hęc est fides mea, qua me introducat in paradiso suo, et ad suum thalamum me faciat pervenire.

8 Tunc Sabricius iussit eam duci ad duas sorores Chris[te]tem et Callistem, quę nuper apostataverant, et comendavit eam illis Sabricius, dicens: Sicut vos, relicta vanitate et supprestitione christiana, diis sacrificastis invictis, et remunerari feci vos; adhuc melioribus donis honorari vos faciam, | si istam potueritis ab hac stultitia revocare. Quum- | [164d que suscepissent eam in domo sua, et dicerent ei: Consenti isti iudici, et libera te de periculo pęnarum, sicut et nos fecimus; melius est tibi ista agere, et lumen istut non consumas in pęnis, nec ante tempus tuum in doloribus pereas; respondit Dorothea, dicens eis: O si audiatis consilium meum et vos idolis sacrificasse pęniteat! Bonus est enim Deus, et copiosus misericordia his, qui convertuntur ad eum ex toto corde suo.

9 Dicunt ei Christete et Calliste: Iam simul perivimus Christo: quemodo potest fieri, ut reverti possimus? Dorothea dixit: Magis peccatum est, desperare de Domini misericordia, quam vanis idolis imolare. Nolite ergo desperare de medico bono et peritissimo, quia potens est vulnera vestra curare. [3] Non est vulnus aliquod, quod curare se non conveniat: nam ideo salvator dicitur, quia salvat; ideo redemtor, quia redemit; ideo liberator, quia liberare non cessat. Vos tantum ad pęnitentiam | [165a convertimini, et sine dubio ad indulgentiam pervenietis.

10 Tunc miserunt se ad plantas eius, flentes ac deprecantes, ut oraret pro eis; quatenus possent suam pęnitentiam per ipsam Deo offerre, ut indulgentiam divinam acciperent. At illa cum lacrimis misit vocem ad Dominum, dicens: Deus, qui dixisti, nolo mortem peccatoris, sed volo ut convertatur et vivat; Domine Iesu Christe, qui dixisti, super unum peccatorem pęnitentem plus gaudium habere in cęlis ab angelis, quam super nonaginta et novem iustos, qui non peccaverunt; ostende pietatem tuam in istis, quas diabolus tibi conatus est rapere. Revoca oves tuas ad gregem tuum, ut exemplo earum redeant ad te, qui recesserunt a te.

11 Quumque hęc et his similia diceret, ecce preses misit ad domum earum, et fecit eas cum Dorothea venire. Quas quum tulisset in parte, cępit ab eis inquirere, si Dorothea animum inclinasset. At ille uno ore responderunt, dicentes: | Erravimus, et satis inique egimus, timentes | [165b pęnas et dolores transitorios, quia sacrificavimus idolis vanis: et ideo rogavimus eam, et dedit nobis pęnitentiam, ut possimus ad Christi indulgentiam venire. Tunc Sabricius scidit vestimenta sua, et in furore nimio accensus, iussit ut dorsum ad dorsum ligatę mitterentur in cupa, si statim sacrificare noluissent. At ille clamabant, dicentes: Domine Iesu Christe, accipe pęnitentiam nostram, et da nobis indulgentiam tuam.

12 In his verbis et in ista confessione durantes, in cupam missę sunt,

et incense in conspectu sanctę Dorothe. [4] Gaudebat autem Dorothea in hora exitus earum, et clamabat eis, dicens: Antecedite me securę de indulgentia criminis vestri, et scitote palmam martyrii, quam perdideratis, sine dubio invenisse. Occurret in amplexu vestro Pater, qui in filio perdito et recuperato lętatur.

13 Tunc Sabricius iussit sanctam Dorotheam in catasta levari. Quumque levata esset, tanto gaudio exhilarata est, ut probaretur | virgo | [165c ad desideratum pervenisse suę devotionis effectum. Dicit ei Sabricius: Quid est, quod vultus tuus simulatam lętitiam mendacis ostendet, et, in supplicio posita, exultationem te habere confingis? Dorothea respondit: Numquam in omni vita mea sic lętata sum sicut hodie; primum omnium de his animabus, quas ⌈diabolus⌉ per te tulerat Deo, et per me recepit Christus hodie in cęlis; [5] epulate sunt de eis, gaudent angeli et lętantur archangeli, simul omnes apostoli, martyres et prophete. Festina ergo, Sabrice, et fac quod facturus es, ut possim ad istam exultationem ⌈sanctorum⌉ occurrere, ut simul cum ipsis gaudeam in cęlis, cum quibus flevi in terris. Tunc Sabricius fecit circa latera eius lampadas adplicari. At vero Dorothea magis ac magis faciem suam hilarem et insultantem ostendens iudici, dicebat ei: <Miser,> ad nicilum redactus es cum idolis tuis.

14 [6] Item deposita de castata, fecit eam diu in faciem palmis cedi, dicens: Ipsa facies cedatur, quę mici insultat. Quumque diu | mul- | [165d tumque cesa iterum gauderet, et cedentes eam fatigati deficerent, hoc ordine Sabricius dictavit sententiam, dicens: Dorotheam superbissimam puellam, quę sacrificare diis inmortalibus noluit, ut viveret, sed voluit absolute mori propter nescio quem hominem, qui dicitur Christus, iussimus gladio percuti. Ad hęc Dorothea cum clamore dixit: Gratias tibi ago, amator animarum, qui me ad paradisum tuum vocasti, et ad thalamum tuum invitasti.

15 Et quum egrederetur pretorium iudicis, dicit ad eam quidam advocatus, nomine Theufilus: Eia, tu, sponsa Christi, mitte mici de paradiso sponsi tui *melas aut rosas. Et Dorothea respondit: Plane quia ita faciam. [7] Quum ergo venisset in ictu percussoris, rogavit carnificem, ut modicum eam permitteretur orare. Quę dum conplesset orationem, ecce subito puer ante eam apparuit, ferens in orario tria mela obtima et tres rosas. Cui illa ait: Obsecro te, ut feras eas Theufilo scholastico, et dicas ei: | [166a Ecce quod me obtasti, ut tibi de sponsi mei paradiso transmitterem. Ipsa autem percussa gladio, cum triumpho martyrii perrexit ad Christum. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

16 Item Passio sancti Theufili. Igitur Theufilus advocatus presidis, promissionem sanctę Dorothe suis sodalibus refe⌈re⌉bat, dicens: Hodie dum a persequutore duceretur Dorothea, quę se sponsa Christi dicebat, et ad eius paradisum pervenire memorabat, ego dixi illi eunti: O, tu, sponsa Christi, dum perveneris ad paradisum sponsi tui, mitte inde mici rosas et melas. Et illa ait: Plane quia ita faciam. Quum autem hęc narraret, et inrideret promissioni, ecce puer ante eum cum orario, in quo ferens tria mela mirifica et tres rosas floridissimas, et dixit ei: Ecce sicut petenti

tibi promisit virgo sacratissima Dorothea, transmisit tibi de paradiso sponsi sui.

17 Tunc Theufilus, accipiens, exclamavit voce magna, dicens: Verus Deus Christus, et non est ulla simulatio in eo. Dicunt ei college sui: | [166b Insanis, Theufile, an iocaris? Dicit illis Theufilus: Nec insaniam patior, nec iocantis animum gero; sed est in me rationabilis fides, ut credam verum Deum esse Dominum Iesum Christum. Dicunt ei: Quę ratio te repente in istam vociferationem convertit? At ille dicit eis: Dicite mici, qui mensis est? Dicunt ei: Februarius. Dicit eis Theufilus: Cum totam Cappadociam glaciale frigus tegat, et nulla penitus virgulta foliorum suorum tegmine vestiatur; istas rosas aut istas melas mirificas cum suis frondibus, unde extimatis? Dicunt illi: Hoc nos nec suis temporibus vidimus.

18 Dicit illis: Me quem videtis, adloquutus sum Dorotheam euntem ad excipiendam sententiam percussoris, credens quod fatua esset, quum diceret Christum sponsum suum, et quod perveniret ad paradisum eius. Insultans ego quasi stulte, dixi ei: Dum perveneris ad paradisum sponsi tui, mitte mici inde rosas et melas. At illa ait: Plane quia ita faciam. [8] Et ecce repente, postea quam pro nomine Christi passa est, venit ad me | infantulus pulcher, parvulus; extimo eum esse non plus quam | [166c quattuor annorum, quem ego non putabam loqui posse prę ipsa infantia. Hic pulsavit latus meum. Quem quum respexissem, tulit me in parte, cępit mecum ita perfecte loqui, ut me putarem rusticum in conspectu eius, et proferens mici orarium hoc cum tribus rosis et melis, dixit mici. Virgo sacratissima Dorothea, sicut et petente [promisit,] transmisit tibi hęc munera de horto sponsi sui. Quę dum accepissem et exclamarem, ille infans nusquam conparuit, quem ego non dubito angelum fuisse Dei. Et hęc dicens clamabat: Beati qui credunt in Christo, et qui fidem suam ipsi conmittit: hic vere sapiens est.

19 Quumque hęc et his similia diceret, ingressi sunt quidam, et dixerunt ad presidem: Scholasticus tuus Theofilus, qui usque hodie postulabat contra christianos, et persequebatur eos usque ad mortem, hic pro foribus vociferatur, laudans et | benedicens nomen illius nescio cuius Iesu | [166d Christi, et multi credunt predicationi eius. Tunc preses iussit eum introduci ad se. Quo intromisso ait: Quid est, quod foris loquebaris? Theufilus dixit: Laudabam Christum feliciter, quem usque hodie infeliciter denegabam. Dicit ei preses: Miror te virum prudentem, hoc nomine vel nominare voluisse, quod nunc usque quicumque nominavit persequutus es. Dicit ei Theufilus: In hoc apparet verum esse Deum, qui me convertit ab errore ad viam rectam, et fecit me cognoscere, quia ipse est verus Deus.

20 Dicit ei preses: Omnes in sapore sapientię crescunt, ut ex sapientibus sapientiores fiant: tu ex sapiente ad insipientiam repente reversus es; conversus es Deum dicere, quem a iudęis crucifixum, ab ipsis christianis audisti. Dicit ei Theufilus: Hunc ego crucifixum audivi, et errorem passus, putavi Deum non esse, et blasphemavi quotidie nomen eius. [9] Nunc autem pęnitentiam gerens | de preteritis criminibus et blasphemiis meis, | [167a

hunc Deum meum confiteor. Dicit ei preses: Et ubi, aut quando, factus es christianus, qui usque hodie sacrificasti? Dicit ei Theufilus [d]: Ea hora qua Christum confessus credidi, sensi me christianum effectum. Et ideo sicut ex toto corde renuntiavi idolis mortalibus, ita et toto corde inmortali Christo Dei Filio credens, predico nomen verum, nomen sanctum, nomen inmaculatum, nomen in quo nulla simulatio est, nulla inpostura, quę in idolis regnat.

21 Dicit ei preses: Ergo inpostura in diis nostris regnat? Dicit ei Theufilus: Ergo non regnat inpostura in his simulacris, quos homo dolavit in ligno, conflavit in ere, limavit in ferro, constabilivit in plumbo; quem canes nocte custodiunt, quem araneę texunt, quorum concava muribus plena sunt? Mentior, si ista probare non possum. Sed quia non mentior, iustum est, ut veritati consentias, et | a falsitate tuos animos tollas. Decet | [167b enim ut tu, qui alios iudicas mentientes, et teipsum a mendacio auferas, et in veritate, quę est in Christo, convertas. Preses dixit: Et dii non sunt vivi? Theufilus dixit: Interim effigies videmus sine sensu: Deus autem sensus est invisibilis. Isti enim custodiuntur: ille custodit. Si ita non est, nunc convinci debeo ratione. Si autem de potestate agitur, constat te ratione esse superatum.

22 Preses dixit: Ego video, infelix Theufile, quod mala morte interiri desideras. Theufilus dixit: Ego bona multa invenire desidero. Preses dixit: Scias quia si in ista stultitia perseverare volueris, primum tibi adhibeo diversa supplicia, et ita demum te crudeliter interficiam. Theufilus dixit: Hoc et ego desiderare iam cępi. Dicit ei preses: Consulere oportet tibi et tuis et domui tuę, aut patrimonio aut filiis, vel affectibus tuis; et non ita te precipitem tradere in mortem publicam, quam stulti et criminosi et incauti incurrunt. | Theufilus dixit: Summa sapientia hęc est, ut | [167c filosofiam geram de omnibus affectibus meis, et de omnibus cruciatibus tuis nicil penitus timeam. Nec hoc inrationabili temeritate, sed rationabili consideratione definisse me adprobo, cum omnibus temporalibus rebus ęterna prefero, et labentibus prępono perpetua. Preses dixit: Ergo magis tormenta eligis [e], quam requiem, et mortem magis quam vitam desideras? [10] Theufilus dixit. Ego ista tormenta non timeo et mortem hanc horresco; sed illa tormenta timeo, quę ęternas tenebras habent. Istas autem pęnas, quas tu putas inferre, in brevi tempore finem accipient: tormenta vero, quę idolorum cultoribus inrogabuntur, acrius subinde dęseviunt, et finem nullum inveniunt.

23 Preses dixit: Adpendatur in eculeo vir desertus Theufilus, ut verba vana acrioribus tormentis derelinquat. [11] At ubi in eculeo suspensus est, Theufilus dixit: Ecce modo factus sum christianus, quia | in cruce | [167d suspensus sum. Eculei enim factura crucis similitudinem gerit. Gratias tibi, Iesu Christe, quia me in signo tuo levare permisisti. Dicit ei preses:

---

[d] Theufilus] *ab hoc momento cod. semper* Teufilus-i.
[e] *corr. ex* elegis.

Infelix, parce carnibus tuis. Cui Theufilus respondens, ait: Tu infelix, parce animę tuę. Ego enim carnibus meis temporaliter non parco, ut animę meę in ęternum parcatur. Tunc in furore ductus preses, *ungulis latera [eius] adtrectari precepit, et lampadibus ardentibus exuri. [12] At vero Theofilus nicil aliut in tormenta clamabat, nisi hoc: Christe, Filius Dei, te confiteor; adiunge me in numero servorum tuorum. Erat autem intrepidus vultu, et constans aspectu, ita ut non putaretur ipse torqueri.

24 Quumque et tortores, et ipsa tormenta deficerent, hanc preses impiissimus dictavit sententiam dicens, Theufilus, qui nunc usque diis inmortalibus sacrificavit, et cultor ipsorum extitit, nunc vero prevaricator inventus est, | ita ut ab eis discederet, et secte se traderet christiane, | [168a iussimus capite plecti. Theufilus dixit: Gratias tibi, Christe. Et gaudens pergebat ad coronam supernę vocationis: qui ab undecim hora conductus, meritus fuit ęquam portionem cum illis accipere, qui a prima hora usque ad duodecimam operati sunt.

25 Per gratiam eius, qui glorificat sanctos suos: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

XXVII[a]

[EULALIAE BARCINONEN.]

| = L 168a-170b; || = P[1] 155b-157b; / = P[2] 117a-118d.

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio] I[a].	4 [Lectio] IIII[a].	7 [Lectio] VIII[a].
2 [Lectio] II[a].	5 [Lectio] VI[a].	8 Or[atio].
3 [Lectio] III[a].	6 [Lectio] VII[a].	9 Or[atio].

Notas litúrgicas marginales de P[2]

1' Or[atio].	4' [Lectio] IIII[a].	7' [Lectio] VII.
2' [Lectio] II[a].	5' [Lectio] V.	8' [Lectio] VIII.
3' [Lectio] III[a].	6' Or[atio].	

1 Passio sancte Eulalię, quę passa est in civitate Barcinona sub Datiano preside; die pridie idus februarias. Deo gratias.

2 [1] In diebus illis, Eulalia sancta barcinonensium cives et incola, nobilis genere, a tenero etatis suę tempore Dominum Iesum
3 Christum ex toto corde amabat. Morabatur autem cum parentibus suis in prediolo proprio, quod erat situm paulo longius a civitate: quę propter humilitatem et tantam sapientiam, quę ultra etatem
6 eius erat | in illa, parentes eius plusquam indulgentissime | [168b amabant eam. [2] Et quum in uno proposito persistens, nicil ageret aliud nisi quotidianis diebus in *sequestrata cellula cum sociabus,
9 quas secum adunaverat, in laudem hymnorum / Domino / [117b deserviret.

3 Hęc faciendo, quum pervenisset || ad pubescentes || [155c annos, cępit insanientium principum sęvire persequutio adversus
3 christianos; ut, si quis sacrificare noluisset, diversis penarum cruciatibus morti afficeretur. [3] Datianus preses, adveniens in civitate

---

1. 1 sancte] ac beatissime *add. P[1]* Eulalię] virginis *add. P[1]*
2 Deo gratias *om. P[1] et P[2]*.
2. 5 quę] quam *P[1]* 7 proposito] propositu *L, P[2]*
7-8 aliud ageret *P[1]* 8 cotidianis *P[1]*.
3. 2 persecutio *P[1]*

Barcinonensium, sacrificavit diis, et iussit perquiri christianos, ut
6 thurificarent. Ex qua re mox flagravit opinio per impiissimum
iudicem civitatem esse turbatam. Quo audiens sancta Eulalia,
hilaris effecta est, et magno gaudio repleta letabatur, dicens:
9 [1] Gratias tibi, Domine Iesu Christe, et gloria nomini sancto tuo,
quia video quod cupiebam; et sic credo in te, ut de hoc opere,
te adiuvante, impleatur mici volumtas.

4 [4, 2'] Quo audientes sui mirabantur, hesitantes quid tam
obtabile et | inenarrabile vidisset, quod nollet prodere eis | [168c
3 solito more; quia quęcumque per gratiam Dei sciebat, omnia eis
patefaciebat, secundum vigilantiam circumspectionis fidei suę, in
quo eas adloquutione sua suavissime edificabat. Sancta vero
6 Eulalia quid cum corde suo volveret nulli dicebat, || neque || [155d
parentibus, qui eam tam insatiabiliter diligebant, neque alicui de
sociabus aut de familiabus suis, qui eam omnes super / [117c
9 salutem animę habebant. Sed silentii hora, primo gallorum cantu,
quiescentibus illis, profecta est ad civitatem; omni animositate
totum iter pedibus delicata puella infatigabilis confecit.

5 Quę quum ingrederetur portam civitatis, audivit preconiam vocem sonantem, et perrexit ad forum. Videns autem Datia-
3 num pro tribunali sedentem, inrumpens inter populi turmas cum
oficio permixtas, direxit se ad tribunal, et voce magna ad eum
dixit: Iudex iniquitatis, sic in altum sedes, ut Deum altissimum
6 | non timeas, qui est super omnes principes tuos et super | [168d
te, ut homines, quos ipse Dominus magnus et verus ad imaginem
et similitudinem suam fecit, ut ipsi soli serviant, tu propter opera
9 Satane per afflictionem penarum morti afficias? [5, 3'] Datianus
autem cum stupore animi intuens eam, dixit: || Quę es || [156a
tu, quę tam temere non solum ad tribunal iudicis non iussa acce-

---

3. 6 Ex] De P^1 fraglavit P^1 7 sancta *om.* P^1
8 est, et magno gaudio repleta *om.* P^1 9 tuo sancto P^1
10 sic] si *L.* P^1 11 mihi P^1.

4. 4 circuminspectionis P^1 suę *om.* P^1 5 quo] qua P^1
6 qui[d] *L* cum] quum *L.* P^2 dicebat] dicere voluit P^1
8 aut de] aut P^1 [omnes] P^1 9 silenti P^1 10 civitate P^1 omni] et *antep.* P^1 11 infatigabi[li]s P^1.

5. 1 Quę] Quam *antep.* P^1 *sed delev.* quum] cum P^1
1-2 preconiam] preconia *L.* P^2 4 permixtas] permixta *L.* P^2
4-5 dixit ad eum P^1 7 homines] omnes P^1 9 afficies P^1
10 eam] in *antep.* *L* 11 tan P^1 12 elatam *L.* P^2

12 dere pręsumsisti; insuper, elata in superbię, causa fueris res inauditas et contrarias imperatorum in vultu iudicis dicere? At illa cum maiore constantia animi et strepitu vocis dixit: Ego sum
15 Eulalia, ancilla / Domini mei Iesu Christi, qui est rex / [117d regum et dominus dominantium: et ideo confidens in eum nicil verita sum, ad redarguendum te volumtarie ac festinanter venisse,
18 quare tam insipienter agas, ut postponas verum Deum, cuius sunt omnia, cęlum et terra, mare et omnia inferiora terrę, et quę sunt in eis, | et diabolum colas; et adhuc homines, qui Deo suo | [169a
21 vero deserviunt, ut mereantur vitam ęternam consequi, tu eos per diversa genera tormentorum cogis sacrificare diis, qui non sunt, sed diabolus est cum angelis suis: cum quibus vos omnes, qui eos
24 colitis, ignem eternum consummendi eritis.

6 || [6] Preses hęc audiens, iratus iussit eam sisti, et || [156b a tergo fortiter cedi. Quę quum cederetur, preses ad eam dixit:
3 O misera puella, ubi est Deus tuus? Quare te non liberat de pęna ista? Quare tanta dementia arrepta es, ut rem tam inlicitam ageres? Sed dicito te ignoranter incurrisse, quod nescires quę
6 esset potestas iudicis, et accipies veniam; [4'] quia et ego doleo super te, quod nobilissima persona tam fortiter et gravissime flagellarias, quum sis nobilis nata. Eulalia sancta respondit: Te in-
9 ride; non suades mici mentire, ut dicam me nescire quanta sit potestas tua. / Quis hominum ignorat omnem potestatem / [118a | cuiuslibet hominis esse temporalem, sicut et ipse homo | [169b
12 hodie est et cras moritur? Nam potestas Domini mei Iesu Christi finem non habet, sicut et ipse ęternus est. [7] Ideo falsum dicere non possum, quia timeo Dominum meum, qui mendaces et sacri-
15 legos in gehennam ignis cum omnibus inique agentibus comburi iubet. || Nam ego modo, dum cedor propter Dominum || [156c meum, plusquam satis nobilitata sum; tuas quidem plagas non sen-
18 tio, protegente me ipso Domino meo Iesu Christo, qui te secundum actum tuum in die iudicii sui ęternis iubet pęnis affligi.

---

14 maiori P^1 dixit] respondit P^1 17 ac] hac P^1 19 terram L, P^2 et quę] quę L, P^2 21 eos] cogis *add.* P^1
22 cogis *om.* P^1 23 eo[s] P^1 24 consumendi P^1, P^2.
6. 2 cederetur] duceretur P^1 dixit ad eam P^1 9 mihi P^1
11 ipse *om.* P^1 12 cras] crastino P^1 18 meo *om.* P^1
19 iubeat L, P^2 affigi P^1.

7 [5'] At preses maiori ira repletus, iussit eculeum deferri et
suspendi eam et torqueri quamdiu exungularetur. Sancta Eulalia
3 hilari vultu conlaudabat Dominum, dicens: [8], [6'] Domine Iesu Chri-
ste, exaudi me ancillam tuam inutilem, quia tibi soli peccavi: in-
dulge factis meis malis, et confirma me ad sufferenda tormenta,
6 quę pro nomine sancto tuo mici adiciuntur, ut confundatur dia-
bolus cum suis ministris. Preses dixit ad eam: | Ubi est | [169c
quem clamas? Me audi, infelix et stulta puella, sacrifica diis, ut
9 vivere possis: quia ecce iam inminet tibi mors, et non est qui te
liberet. / Sancta vero Eulalia lęta effecta, dicit ei: Nun- / [118b
quam tibi bene sit, sacrilege, dęmoniose, periture, ut ego a fide
12 Domini mei discedam. Dominum meum, quem clamo, hic mecum
est, || quem tu propter inmundissimam mentem tuam et || [156d
insanam animam, videre non mereris. Ipse me confirmat, ut qua-
15 cumque pęnam mici rabidus inferre volueris, pro nicilo habeam.

8 Preses autem fremens, cum ira iussit militibus faculas
ardentes lateribus eius adplicari, et pendens tamdiu sancta Eulalia
3 quamdiu flamarum facibus exureretur. Tunc illa lęta, cum exul-
tatione, magna voce psalmum Domino dicebat: Ecce enim Deus
adiuvat me, et Dominus susceptor est animę meę. Redde mala
6 inimicis meis, et in veritate tua disperde illos. Volumtaria sacri-
ficabo tibi, et confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum
est; | quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, et super | [169d
9 inimicos meos respexit oculus tuus. Et hęc dicens, cępit flama in
ministros converti. [7'] Quod videns sancta Eulalia, respiciens in
cęlum, clariori voce oravit, dicens: [9] Domine Iesu Christe, exaudi
12 deprecationem meam, et perfice misericordiam tuam in me, et iube
me iam suscipere inter electos tuos in requiem vitę eternę. / [118c
faciens mecum || signum in bono; ut credentes in te vi- || [157a
15 deant, et conlaudent potentiam tuam. Et conpleta oratione sua,

---

7. 1 At] Ad hęc *P*[1] 6 tuo sancto mihi *P*[1] confundantur *P*[1] 7 ministris suis *P*[1] 10 liberet] *L man. post. corr. in* [ad]iuberet vero *om. P*[1] dicit ei] dixit *P*[1] 12 clamo] colo *L, sed del. et corr. in* clamo 14-15 quacumque pęnam mici] quoquumque penam mihi *P*[1].

8. 3 quandiu flammarum *P*[1] 6 meis] Domine, *add. P*[1] Volumtarie *P*[1] 7-8 quoniam bonum est *om. P*[1] 8 super *om. P*[1] 9 respexit oculus] despexit o[c]ulus *P*[1] hęc dicens *om. P*[1] flamma *P*[1] 11 orabat *P*[1] exaudi] me *add. et delev. L*

mox extinctę sunt faculę illę ardentes, quę infusę oleo nimis glo-
merabant flamis. Et ministri, qui admoventes eas erant, ipsi exu-
18 rebantur, et tremefacti ceciderunt in facies suas: et sancta Eulalia
emisit spiritum. Columba ab ore eius exiens, ad cęlum evolavit.
Quod videntes populi mirati sunt: inter quos christiani lętabantur,
21 civem in cęlestibus meruisse habere patronam.

9 [8'] Datianus autem, videns post tanto certamine pęnarum
nicil se proficisse, | gemens cum ira, descendens a tribu- | [170a
3 nali, iussit corpus in cruce esse, positis custodibus, et cominans,
dixit: Pendeat in cruce, quousque devoretur avibus cęli cum ossi-
bus. Et ecce subito nix de cęlo descendit et cooperuit eam. Quod
6 videntes custodes, timore nimio perterriti, amoverunt se a cor-
pus; sed stantes a longe custodierunt secundum preceptum iudi-
cis. Quod ut diffamatum est per territorium in circuitu civitatis,
9 || multi advenerunt videre mirabilia Dei. Sed et parentes || [157b
eius et socie eius cum magno / gaudio cucurrerunt; qui / [118d
flentes, nimis tribulabantur, quia quod evenerat nesciebant. Post
12 diem autem tertium viri religiosi nocte abstulerunt corpus eius,
non sentientes custodes, quod cum linteis et aromatibus involve-
runt. Sanctus vero Felix, qui in confessione unanimis eius fuerat,
15 cum magna exultatione animi dicit ad eam: Domina, tu prior
palma meruisti; cui sancta Eulalia subrisit. Ceteri quoque cępe-
runt lętantes hymnum Domino canere: | Clamaverunt | [170b
18 iusti, et Dominus exaudivit eos, et ex omnibus tribulationibus
eorum liberavit eos. Et ad voces psallentium multi e populo con-
venerunt, et mox cum lętitia sepelierunt eam.

10 Benedicentes Deum Patrem et Iesum Christum Filium
eius et Spiritum Sanctum: cuius regnum permanet in secula secu-
3 lorum. Amen.

---

17 flammis P^1 19 evolavit] volavit P^1.
9. 1 tantum P^1 3 comminans P^1 4 Pendat *codd.*
4-5 ossibus] suis *add.* P^1 6 nimio *om.* P^1 7 custodiebant P^1
9 mirabilia P^1 *corr. ex* miraculo 10 eius *om.* P^1 socie] socii
codd. 11 quod evenerat] coevenerat P^1 12 nocte] noctanter P^1
14 vero *om. L,* P^2 qui] et *add. L,* P^2.
10. 1 Deum] Dominum P^1 3 Amen] P^1 *alia man. post.*

XXVIII[a]

[Emetherii et Celedonii]

| = L 170b-172d; || = P[1] 163c-166a; / = P[2] 131d-133d.

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] II[a]. [2] [Lectio] VII[a]. [3] [Lectio] VIII[a].

Notas litúrgicas marginales de P[2]

[1'] [Lectio] I[a]. [3'] [Lectio] III[a].
[2'] [Lectio] II[a]. [4'] [Lectio] IIII[a].

1 **P**assio sanctorum martyrum Emeterii et Celedonii, qui passi sunt Calagurre in civitate; die v nonas martias. Deo gratias.

2 [1'] **E**tsi *priscarum antiquitas passionum, quibus sunt || [163d beatissimi martyres Emeterius et Celedonius consecrati, gestorum
3 fidei *velamen *obliterate oblivionis *obducunt, tamen, quia vivax insigne meritorum, ipso suo silentio proclamandum, nec debet latere nec potest, in auctorum vice laus celebrata succedat: | [170c
6 quę etsi mensuram cęlestis glorię sui dignitate non implet, contra invidam tamen illorum temporum taciturnitatem, annuum munus votis sollemnibus expleat. Quod quidem de conprobata innumeris
9 exemplis eorum dignatione pręsumtum est, ut officia obsequentis inciperent quod laudantis merita ęquare non possent. [2'] Famulatus iste non in verbis extimandus est, sed in votis. / [1] Maior / [132a
12 est enim quodammodo inposibilitatis effectus, quia cessat in amore iudicium, et verecundię suę *prodiga semper est, ac profusa dilectio, quę posse non cogitat, dum velle conpensat. Pro plenitudine
15 conatus habeatur, etsi ausum fuisset perfectio, dum asserentis

---

1. 1 sanctorum] beatissimorum *P[1]* Hemeterii et Celedoni *P[1]* 2 Calagurre in civitate *om. P[1]* die v] die VI *P[1]* Deo gratias *om. P[1], P[2]*.

2. 2 Hemeterius *P[1]* *semper* 3 oblitterate *P[1]* 5 in auctorum vice] invictorum vicem *P[1]* 6 mensura *P[1]* dignitatem *P[1]* 7 invidia *L, P[2]* 8 conprobatam *L, P[2]* innumeris] in muneris *P[1]* 9 dignationem *P[1]* 12 quodadmodo *P[1]* 13 prodica *P[1]* ac] ha[c] *P[1]* 15 fuisse *L, P[2]* 16 materie *P[1]*

infirmitas || latet sub materia dignitatum: et quod non || [164a
potest laudans adsequi, non sibi veretur adscribi. Ac sic sermonem
18 securus adgreditur qui ipsius honoris magnitudine, quam predi-
caturus est, excusatur. Nec sic omnis storię series invidam abo-
levit oblivionem: sed per | ętatis ordinem revirescens, | [170d
21 fame vivax portio pullulavit, ut facile possit intelligi exinde quod
proditur, quam sit magnificum quod celatur. [8'] Exequendus est
igitur ordo rumoris et laudis admiranda narratio: ut quod in
24 habitu sermo non explet, in veritate fabula subministret.

3 Legionarios fuisse milites fama est; atque ibidem secula-
ribus primum stipendiis militasse, ubi nunc signat oppidum appel-
3 latio antiqua castrorum. Et quum adhuc Gallecia Terraconensium
provincia sociata Spanię *citerioris / haberetur, feralis / [132b
*clangor classici gentilis intonuit, qui observantia nominis chri-
6 stiani rabida persequutione vexaret. Ecce hic nos fama *destituit,
et, pressa tam insignium factorum || gloria, conticescit: || [164b
sed ipsa sui decepta probatur oblivio, dum credentium pectoribus
9 fides inserit, quod audientium auribus taciturnitas abnegavit.
| Seu igitur anteacte vitę operibus proditi, quam principi | [171a
omnium, Deo, etiam in castris secularibus militarunt, sive repen-
12 tino Sancti Spiritus ardore succensi, positis mundi armis, ad hoc
prelium cucurrerunt. In utroque felices, in utroque gloriosi: [4'] qui
aut Deum a principio sunt sequuti, aut a Deo, qui inspirata prę-
15 mia mererentur, sint electi.

4 Sed unde hunc fuisse passionis locum, quum ab hoc Legio-
nensis civitas multis distet spatiis, suspicamur? Adtractosne huc
3 credamus, an sponte venisse? *Coniecturam sensus in utrumque
mittamus, ut ubique preclarum sublime cernamus *insigne. Pone

---

18 magnitudinem *L*, P^2 19 excusator P^1 20 revirescens] revivescens *L*, P^2 21 intelli[gi] P^2 23 ordo rumoris] ordorum (*sic*) moris *L*, P^2 24 fabulas P^1.

3. 1 Legionarius P^1 3 Callecia cum Terraconensi P^1 4 Spania *L*, P^2 citerior *Codd.* 5 clangor *om.* P^1 6 rabidam P^2 persecutione P^1 fame P^1 7 factorum] futurorum *L*, P^2; fauctorum P^1 conticescit] concessit *L*, P^2 8 dum *repet. L* pectoribus] pecatoribus P^1 10 Seu] Sed *L*, P^2 10 qua P^1 14 Deum] Dominum P^1 secuti P^1 15 merentur *L*, P^2.

4. 1-2 Legionensium P^1 2 Adtractosne] Adtractos nec *L*. P^2; Adtractusne P^1 3 Coniectura P^1 utroque P^1

hinc procellam persequutionis, in fide naufragia tumescentia: ad
6 desiderium florentis palme perlati sunt, rumoribus excitati. Inter
primas utique dignitates regnorum cęlestium sunt ponendi, || [164c
qui ad passionem / venerunt non quesiti. Excellentis / [132c
9 votis est inter tormenta prosilere, ubi non est criminis *latuisse.

5 | Sic credo alter alterum affatus est: Diu est, fra- | [171b
ter carissime, quod in his vanis stipendiis seculi militamus, ubi
3 missio tantum otiosa et brevissimo caduci temporis fine conclusa
est. Sequamur veri regis signa victricia. Ecce inminet bellum
fidei; est occasio nobis augere ordinem militandi. Veteranus mun-
6 di *tirocinium cęleste suscipiat: reiectis mortalibus *telis, suma-
mus arma divina, quę in conflictibus non patescant, nec infirmis
mucronibus infracta dissolvant. [2] Fortius continuo sentiemus nos
9 esse munitos, quum signiferi nominis elata *vixilla in hostem,
qui a nobis vincendus est, inferentur. Firmet pectus intrepidum
contexta fidei opere lorica virtutum: operiat vulnerum loca, obpo-
12 sito spei scuto, inpenetrabili protectione fiducia. Adtollant *conum
galeę, adherentes invicem caritati erecta fastigia: || feriat ||[164d
ubique hostem *missibilibus suis vibrata confessio. Hęc sunt mu-
15 nimina sempiterna, hęc vere dilabsa | de cęlo, prave in- | [171c
terpre/tata errore gentilitatis, *ancilia. / [132d

6 Et hęc quidem dicente uno, quod tamdiu adhortaretur se
credendo, alius increpavit, hęc referens: Me ne dubites, frater,
3 summis rebus adhibere consortem: sic tibi anteacta societate co-
gnitus sum, ut ad cęlestem gloriam videar persuadendus; quinimo,
disruptis fabulis, probemus hoc factis, et latentem fidei hostem,
6 ubicumque fuerit, inquiramus: ardet animus iter adgredi. Lente
enim quodammodo credulitatis est exhiberi.

---

4. 5 procella persecutionis P^1 6 exitati P^1.

5. 1 alterum alter P^1 3 finem P^1 5 occasio nobis] occasionibus P^1 6 reiectis] regectis P^1 7 patescunt P^1 8 nos] non P^1 9 quum] cum P^1 10 infere[n]tur *L* 11 contesta P^1 11-12 obposito spe *L*, P^2; opposito spei P^1 12 Adtollant conum] Attolat cornu P^1 13 caritatis P^1 feriant P^1 14 vibrata] librata P^1 14-15 munimina] numina P^1 15 dilapsa P^1 16 gentilitas acilia P^1.

6. 1 quo P^1 1-2 se credendo] esse credendo *L*, P^2 3 sumis P^1 adhiberet P^1 3-4 sum cognitus P^1 7 quodamodo P^1.

7 [3] Sed quia eos *hactenus sponte huc advenisse tractavimus, nunc extimemus adtractos. Unde in castris secularibus mili-
3 tantes, idonei visi sunt esse martyrio, nisi prioris vitę proderentur exemplo. Et *quidem ultimam sententię sortem ibidem potuerant excipere conprehensi, nisi propter constantiam confessionis longio-
6 ribus suppliciis putassent eos posse superari. || Apparent || [165a eorum virtutum pręclara merita, quibus tamdiu differuntur extrema: quotiens, | credo, per tantos circuitus civitatum, | [171d
9 sęvientis circa eos persequutionis sunt recursa tormenta, iterate vulnerum vię, et in augmentum doloris sępius dilatata sententia, / ut reppararet insaniam carnificum *obductio cicatri- / [133a
12 cum? Quotiens gravius institit torquere parcendo, sanitas indulta suppliciis, ut in cruciatibus excresceret, quod in cruciatione cessaret? Quanta tormentorum genera excogitavit artifex, et inge-
15 niosa crudelitas, ut in corpore totiens lacerato, locum pęne novitas inveniret? Quotiens, credo, flamis ungule, quotiens ungulis flama successit, ut et illę hiantes cruorum vias clauderent, et istę prę-
18 tas notas vulnerum resecarent? Uno modo cuncta possumus invenire, quod nicil non a sęviente mali patitur, qui tamdiu confitens reservatur. || Quid illut, quo loco ponendum est, quod || [165b
21 temporis illius nemo martyr alius invenitur? Quantum nunc credimus ad iram persequutoris obiectum, | quod hii tantum, | [172a Deum cunctis negantibus, confitentur? Quantis in eos furoris
24 stimulis gentilitatis incumbunt, in quibus putant pertinaciam, quod resistunt? Non per multos crudelitas spargitur, nec intentio plurimorum pęnis satiata lassatur. Duo sustinent quicquid populis
27 prępparatum est. Nemo potest maiori vi ques/tioni insis- / [133b tere, quam qui vicisse a paucis extimat non debere.

---

7. 2 adtractus P^1 2-3 militantibus P^1 4 Et quidem] Equidem *L*, P^2 6 superare P^1 8 circuitos *L*, P^2 9 sevientes *L*, P^2 persecutionis P^1 recursa] reversa P^1 10 dilatata] dilatasse *L*, P^2 11 repararet insania P^1 11-12 cicatricium P^2; *L corr. ex* cicatricium 13 ut] et *L*, P^2 14 genere P^1 16 flammis P^1 unguli flamma P^1 17 hiantes cruorum] euntes cruorum *L*, P^2; hiantes crorum P^1 clauderet P^1 20 quo loco] quod in loco *L*, P^2 21 alii P^1 22 persecutoris P^1 23 Quanti P^1 24 stimuli *codd.* 25 intemtio P^1 26 lassabatur P^1 quidquid P^1 27 vi questioni] huic questioni *L*, P^2; vim questionis P^1.

8 Quas fuisse credimus inter hęc ac tanta supplicia constantissimorum martyrum voces? Quę cęlestium signa virtutum, con-
3 tractos per carceres, tam prolixa tempora, non custodię squalor afficeret, non macies deponeret, non pallor fedaret, non dolor sensus affligeret, sed interrita facies et decora, cassam rabidi furo-
6 ris insaniam inte<r> exquisita membrorum torme<nta> rideret? Quotiens, credo, int<er> urgentes minas et fiducia<s> || [165c confitentum, vox cęlestis adhortationis audita est? Quotiens adhi-
9 bentibus lictorib<us> | faces, ignis testificans vim lucis | [172b divine exclaruit?

9 Intelligi sine dubio potest quanta ibi mirabilia illa tempestate sint facta, quorum prodi in posterum gesta gentilis expa-
3 vit invidia. *Reor quippe secrete ad socios suos iudicem temporis illius sic esse locutum: Audite, *satellites mei: Vidimus ipsi *ineffanda miracula; et quamvis credere nolimus, horruimus.
6 Excepimus auribus nostris constantium linguarum contumeliosa convicia. Aspeximus fortiores tortos fuisse tortoribus, et quamvis edictis principum nostrorum / in eorum tormenta ferre- / [133c
9 mur, cum publico tamen crudelitatis rubore cessavimus. Lucremus saltim irrisionem temporis postfuturi: nulla hoc ętas legat, volumina nulla conservent, ne christiana fides talium numquam arme-
12 tur exemplo, nec Dei sui gloriam tam clara virtute magnificent. <H>abeat aliquod persequutio nostra <l>ucrum, si hęc Acta || consummat <in>cendium. || [165d

10 Quid tibi nunc prodeest <m>alita tua, *vecors et stulta <g>entilitas? Noluisti nos scire | quod credimus. Manet | [172c
3 incorrupta fides sensuum, etsi memoria est sepulta chartarum: Deum, qui cępit nosse, scit semper cuncta potuisse. Illut sane, quod post datam sententiam capitalem, visus vulgi plaudentis ex-
6 cepit, subtrahere fraus inimica non valuit. Ferunt namque euntes

---

8. 4 non macies deponeret *om.* P^1 7 fiducias] fiducia P^2; ? *L* 8-9 adhibentibus] audientibus *L*, P^2 9-10 divine lucis P^1.

9. 1 ibi *om.* P^1 2 prodi] prodigia P^1 5 innefanda P^1 horruimus] obruimus *L*, P^2 8 principum] principium P^1 8-9 ferremur] fereremur P^1 9 Lucremus] Lucrabimus P^1 10 irrisione P^1 11 ne] nec *L*, P^1 numquam] quam P^1 12 nec] ne P^1 13 Habeant P^2 persecutio P^1 14 consumat incendio P^1.

10. 4 cuncta semper P^1 5 pladentis P^1 7 locum *om.*

ad consummande victorię locum, prępmia futuri muneris ad cęlum signa misisse: ab uno orarium, ab alio anolum obsequenti etheri
9 datum fuisse: victorieque munera non iuxta specie rerum extimata vilitate, precelsa Domini sedes, flatu portante, suscepit, *arrhabonis gemini premissa fercula libenter amplexus: unum
12 quod esset fidei signum, aliut favoris indicium.

11 Salvete, / Christi milites, salvete par nobile: et / [133d hęc honoris debiti festa solemni<a> lętitia chori cęlestis invi-
3 site<t.> Hunc ergo diem *getulus exul *syrtibus celebrare numqua<m> votis annuis || impediret, si aut consortio homi- || [166a num n<on> esset *destituta solitud<o>, | aut quod soli- | [172d
6 tudini peius est, circumfulsa barbaries. Hoc est, quod sęvus auferre non potuit inimicus: sacrorum titulos corporum, et adorandi sanguinis inpressa vestigia, hic, ubi se vicisse arbitratus est,
9 consecravit. Et quidem hęc omnia *luculentis aliorum sermonibus adornanda sacrosancti Dei testes eloquentissimis hominum operibus inspirassent; nisi quamlibet humilem oblationem parvi mu-
12 neris reservassent obsequiis sacerdotes.

12 Ausiliante Deo Patre cum Iesu Christo, Filio suo, qui vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti in secula seculorum.
3 Amen.

L, P^2 8 obsequentis *L*, P^2 9 specie rerum] speciorum *L*, P^2 9-10 extimata vilitate] extimavilitate *L*, P^2 11 [premissa] *L* 12 aliut] vero *add.* P^1.

11. 2 choris P^1 3 getulis *codd.* exulis *L*, P^2 4 inpediret P^1 5 sollicitudo *codd.* 5-6 sollicitudine *codd.* 6 circafusa P^1 8 inpressa *om.* *L*, P^2 9 Et quidem] Equidem *L*, P^2 10 sacrosancto *L*, P^2 hominum] omnium *L*, P^2 11 quamlibet] quam qualibet P^1 humilem *om.* P^1.

12. 1 Auxiliante P^1, P^2 Deo] P^1 *corr. in marg. ex* Domino 3 Amen *om.* P^1.

XXVIIII

[Theodosiae]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] Sed libera nos a malo *ad calcem man. saec. XII.*

1 **P**assio beatissimę Theodosię [a], quę passa est <in> civitate Cesarea, sub Urbano preside; die IIII nonas apriles. Deo gratias.

2 <I>n temporibus Diocletiano et Maximiano consulibus orta est persequutio christianis, quo tempore vasa dominica | camino ignis | [173a provabantur. Adveniente igitur Urbano preside in civitate Cesarea, pro Christi nomine conprehendit confessores, eosque iubet in carcerem retrudi, audiendos proxima sessione. Quumque iussiset tribunal sibi prępparari, ut confessores Dei publice audiret, tunc virgo quedam, nomine Theodosia, nobili familia exorta in seculo, in ęternum futura nobilior, ętate decem et octo annorum circiter, vultu et aspectu decora, mente et proposito in[s]trissima, suis parentibus unica.

3 Quum audisset Dei confessores publica audientia adfuturos, accenditur desiderio sancto, et cogitans apud se atque discutiens diligenter presentia et futura, Spiritu Sancto repleta est, et pro nomine Christi paravit semetipsam, ut quicquid ei accidisset toleraret, dicens: Quid in seculo hoc fallaci delectat? Quiquid promittit, stabile non est. Quare non potius contemno periturum, ne simul cum eo peream? | Quumque hęc animo | [173b et intellectu hominis interioris quasi rationabile animal ruminasset tempus quietis advenit, et per visum confortatur a Domino, ut nicil terreretur, nec delicati [b] corporis inpossibilitate pertimesceret, nec nobilitatem generis consideraret, quum ipse Dominus adveniens pro salute generis humani tanta toleraret.

4 Quumque inluxisset dies, beata Theodosia, nescientibus parentibus et familia, festinanter perrexit ad locum ubi Dei confessores retrusi retinebantur. Dansque prępmium clavicularię, deprecatur ut eam siniret confessoribus sociari. Tunc clavicularius, videns pulchritudinem vel formam delicatę virginis, dixit ad eam: Quid pateris, domina, tante nobilitatis origo, in qua tota domus paterna dependet, quia te unicam susceperunt filiam? Quid desideras hominibus morte damnandis sociari? Quur confiteris Christum, pro quo illi damnandi sunt? Cui beata Theodosia respondit: Christiana sum nutrita, et usque in finem | Christum confiteor. Etsi mori | [173c contingat, a salutis confessione non recedo. Hęc ea dicente, et christianam

---

[a] Teodosia [Teodosia-e] *cod. semper.*
[b] *corr. ex* delecate.

se confitentem, timens clavicularius delatorem, permisit eam sanctis martyribus sociari.

5 Quumque ingrederetur vultu placido, Christum in pectore gestiebat, cuius virtute per visum est roborata: desiderium salutis concęperat. Ingressa vero, ait ad sanctos: Suscipite vobiscum comitem vię salutis, et orate pro me ad Dominum, ut merear vobiscum agonizare. Orantibus sanctis, beatam Theodosiam Domino comendaverunt. Quumque finem orationis implerent, refulsit locus carceris fulgore inenarrabili, et odor suavitatis omnibus apparuit. Et audita est vox de cęlo, dicens: Pro qua orastis, exauditi estis. Ego enim sum qui eam vocavi, cuius mentem in meo amore sinceram inveni. Ego eam oleo adlete perungeo, meoque Spiritu confirmo ad vindictas omnes trucidationes, quas ei inferre habet inimicus per suos ministros. Vos autem sine tormenta pęnarum | per confessionis | [173d palmam suscipiam vos in regnum cęlorum.

6 Parentes vero Theodosie, tedio consumti, nisciebant ubi virgo devenisset. Quumque nuntiatum fuisset: Theodosia filia vestra pro Christi nomine agonizat; pergunt festini ad carcerem, lacrimantes pro unica filia, quam credebant suorum bonorum heredem futuram. Volventesque se pedibus eius, precantur ne genitorum suorum amore relinqueret, sed tantum a desiderio confessionis recederet, adfirmantes se bona sua imperatori daturos, ut mali nicil pateretur, sed sic christiana permaneret: ne talem subolem viderentur amittere. Quibus beata Theodosia respondens ait: Ut video, declinastis post Satanam sicut scribtum est: Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Vos videritis. Mici autem quid molesti estis? Non plus facio lacrimas vestras, quam prącepta Domini, nec amorem vestrum prępono amore Christi, nec divitias *labiles hereditati perpetuę.

7 Cum vestra voluntate | me Deo consecrandam obtuli: vota | [174a mea cęlestis celebravit exercitus. Dotem meam Christus accepit; populus amen clamando subscribsit. Enoc iustus et testis est: Paulus hortator castitatis [ad]est. Exempla Teclę prę oculis habeo; sponsum ęternum, Dominum Iesum, in pectore meo gesto. Nunc a desiderio salutis me separare vultis. Tempus acceptabile inveni, quo relinquendo mundum, inmundum iam nolo peregrinari a Deo meo. Dissolvi volo corpore, et esse cum Christo. Sinite me triumphare de mortem, et palmam victorię reportare. Amore Christi, cuius spiritu nubsi, contemno omnia, quę videntur. Oportet nos per multas tribulationes [introire] in regnum Dei.

8 O parentes, si filiam vestram amatis, nolite negare Christum. Considerate quę dico: Si terreno sponso me daretis, ipso vivo, altero nubere non poteram; quod si hoc facerem, adultera dicerer. Nunc rex regum et Dominus dominorum, Christus Dominus, cui merui sociari, et eius sponsa dici, qui vivit, et numquam moritur, qui | regnat et succesorem | [174b non habet, ab hoc sponso tam nobili me disiungere non potestis. Lacrimę vestrę me non conturbant, nec amor divitiarum me ab amore Christi valebit separare.

9 Quumque hęc agerentur, et nuntiaretur Urbano presidi, ilico exar-

descens, iubet convocari ordinem civitatis, vultu inverso, turbis oculis, minas prętendens. Inquiret diu de puella cuius in confessione talem audierat famam, vel quibus natalibus orta esset, vel quis eam hanc admonuisset viam. Cognoscet filiam esse primi civitatis, etiam tempore quieto Deo consecratam; exhiberi iubet; parentes inquiret si eorum suasione hęc faceret. Dicunt parentes quę vera sunt: se penitus ignorasse. Nullam in parentibus inveniens culpam, iubet eos absolutos abscedere. Iam toto furore in Dei virginem fremens, exardescit.

10 Iubet namque sibi tribunal prępararі, admissamque provinciam, omnibus Dei virginem pęnis exterminari. Fit concursus populi utriusque sexus; omnes conveniunt miraculum | tante rei cognoscende. | [174c Peragrat fama totam civitatem: Theodosiam, nobilem virginem, publice audiendam. Non matrona domui remansit; non virginem prohibuit verecundia; non iudęun religio sua retinuit. Ilico sedet pro tribunali preses; ordinantur officia tormentorum, prępparantur diversa genera pęnarum, eculei instruuntur, *craticulę succeduntur, sartagines sufflamantur; omnesque ministri diaboli armati fremebant; *ungule adstantium manus gestabantur: terror imanis. Vox illa *sacrilega non tacebat ut, hęc videns Dei famula, territa a confessione Dei recederet. Exhiberi iubet matronam delicatam.

11 Introducitur beata Theodosia, quę secum victorie palmam in incessu et vultu gestabat. Fulgebant oculi Spiritu Sancto radiantes; placida facies, oleo lętitię peruncta. Aspectus suo corda omnium prosternebat. Omnes mirantur talem virginem sic animi virtutem armata, mortem | [174d non timere pęnas non expavescere. Ab officio pręconatur: Theodosia virgo, quę preceptis principum rebellis extitit, presto est audientię mancipanda. Item ex officio pręconatur: Theudosia, rebellis legum vel principum, introducatur audientię. Ex officio dictum est: Adstat Theodosia. Urbanus preses, dixit: Ingenuam, et bene natam puellam conspectui legum adplicate, ut quasi a patre consilium salutis accipiat, et recedat ab errore, quod infantia eius videtur errare, ut quasi prudentissima audiendo iudicis exhortationem, et dignitatem nobilissimi sponsi, sortiatur, et pęnas, quas conspicit esse paratas, evadat, diis sacrificando.

12 Theodosia sancta hęc audiens, studebat silentium, intentionemque mentis et corporis in cęlo defigens. Ad cuius philosophiam, miratus preses, dixit: Nicil ad hęc respondis, filia, vel nepos ętate? Theodosia sancta inridens diabolum, et aspiciens in cęlum, signumque crucis | in | [175a fronte depingens, dixit: O diaboli falsa blandimenta! O serpentis occultum venenum! O leo devorans animas pie viventes! Quid enim non fingas, ut animas non permittas ascendere ad cęlum, unde superbie pęna deiectus es? Hoc scito quia omnia parata est Dei famula pro Christo Domino omnia tolerare, nec amplius desidero ut mici blandiaris. Quod si hoc feceris, legibus principum tuorum resistes. Ego me coram omni populo christianam esse profiteor: quod tempore pacis adquisivi, in bello non perdam; Dęmonia vero, quos colis, ac si vana simulacra despicio. Turpe est enim Iovem corruptorem adorare, et Dianam agrestem animal Deum dicere. Quin Mar-

tem sanguinarium nominare delecter? Quorum si vellem acta singulorum exponere, vos ipsi erubescetis. Vide ergo ne mici parcas, vide ne misericordiam falsam promittas. Adiunge tormenta tormentis; cutem nitidam, quod in me miraris, et vultu placido cito horrebis, | sed interiorem | [175b hominem in melius comutabis.

13 Preses dixit: Non tam cito debemus irasci adversus iuvenculam presumtricem, quod contingere adsolet, ut tenera ętas indisciplinate respondeat. Quod si forte, patientiam nostram considerans, ad consilium sanum reversa, salvetur; et non exterminavimus tale corporis decus. Theodosia sancta dixit: Vere omnium hominum dedecus tu es, qui putredinem carnis decus miraris; interioris autem hominis pulchritudinem non cognoscis, cuius laus non ex hominibus sed ex Deo est. Urbanus preses dixit: Doleo te, puella, quod sic tam cito festinas ad mortem. Audi imo consilium meum, et ętatis tuę vel mentis conpesce presumtivam audaciam. Nos te vivere volumus. Unicus mici est filius: esto ergo et tu filia. Ideoque iniurias a te inrogatas patienter ferimus, considerantes tenere etatis tuę brutam scientiam. Ego volo ut audias nos, et salutem consequaris, honorando deos ac principes et me tibi patrem adobtando.

14 | Theodosia sancta respondit: Quę a te dicta sunt, preses, | [175c audivi, et pietatem tuam, quam videris circa me exhibere, quantum utilius est vitę presenti, centies tantum et amplius contraria est vitę ęternę. Unde et tu patienter audi quę a me tibi dicuntur, et quasi rector provincię vel iudex verborum meorum, discernendo pensa rationem; nec otiosum videbitur quod modo propono. Dic ergo mici, preses: cęlum et terram et omnem ornamentum eorum, quis fecit? Preses dixit: Deus. Theodosia dixit: Quis deus, visibilis an invisibilis? Preses dixit: Invisibilis. Theodosia sancta dixit: Quem invisibilem confiteris, conprehensibilis est an inconprehensibilis? Preses dixit: Inconprehensibilis. Theodosia sancta respondit: Quis est, dicito, cui me suades imolare? Preses dixit: Magno Iovi. Theodosia sancta dixit: Erras, preses. Iovis visibilis fuit, et conprehensibilis, qui infirmitatem carnis portavit; peccata quoque multa comisit. Castitatem sororis suę vidavit: adulter et *męchus dicendus est, non deus.

15 Preses dixit: | Multum te habeo interrogare, ut religio | [175d vestra deposcit; humiliter et cum disciplina responde. Theodosia sancta dixit: Audi, preses. Libertate tale nos induit Christus, ut regum vel potestatum terrores non pertimescamus, nec personaliter aliquid dicamus, sed sicut interrogas, taliter a me responsum accipies. Preses dixit: Ergo Iovis Deus non est, cui et ipsi principes pro salute sua *cerimoniant? Theodosia sancta dixit: Preses, ut tibi sic respondeam, veritate conpellente, non superbia deiciente, ecce quam insipiens es et vanus, ut aliut, quod verum est, confitearis, et aliut per fallaciam adfirmes. Preses dixit: Et Christus vester visibilis fuit, et carnem portavit. Theodosia dixit: O preses, putabam te habere sapientiam; tu autem, in omnibus insipienter respondis, conparando carnem Iovis inmundi, quam peccata nutrierunt et gehennam consummet, illi gloriosę incarnationi, quę peccata mundavit, et de quo

sacramento | non est tempus aliquid dicere, quia nec tu dignus es | [176a audire.

16 Hęc audiens Urbanus preses, insibilavit voce serpentis, rabidioresque sermones inclamans: Tollite a conspectibus meis *inpudicam, expoliate, et quattuor *nervos extendite, et toto corpore dissipate. Qui enim sui non miserata est, nec a nobis misericordiam consequatur. Theodosia sancta, quum torqueretur, dixit: O fallax, ecce horrescis corpus meum, quod ante laudabas; pulchritudinem, quam mirabas, a tuis conspectibus tolli fecisti. Hoc est quod ego desidero, ut quod temporale est, vilescat tibi, et quod ęternum est, in Domino melioretur, ut tamquam sponsus procedat de thalamo suo. Urbanus preses dixit: Quid thalamum nominas, qui nubere contemsisti? Theodosia sancta dixit: Cui nubsi ęternus est, cuius spiritu sapientia *fecundor, cuius gratia fortis existo, cuius fortitudine te et patrem tuum diabolum celeriter conculcabo. Ipse est Dominus dominorum, cui | militię cęli die noctuque necnon et de terra incessabiliter psal- | [176b lit in hymnis et canticis, sacrificium laudis offert.

17 Urbanus preses dixit: Quid est hoc quod in hymnis et canticis Deum laudatis? Theodosia dixit: Licet non deberem, secundum precepta Domini, margaritas mittere porcis, tamen, ne forte de audientibus aliquis salvetur, Christo Domino donante, dicam quanta sit sublimitas vigiliarum et hymnorum. Quid enim in psalmis non invenitur, quod proficiat ad salutem, ad edificationem, ad consolationem humani generis? Omnis ętas in psalmis habet quod imitetur, habet quod delectetur. Habet infans quod lactet, puer quod laudet, adulescens in quo corrigat viam suam, iuvenis quod sequatur, senior quod precetur. Discet fęmina pudicitiam, pupilli inveniuntur patrem, viduę vindicem, advenę custodem, audiunt reges et iudices quicquid timeant. Psalmus tristem consolatur, letum temperat, iratum mitigat, | pauperem recreat; divitem, ut se agnoscat, increpat; omnibus | [176c omnino canticis se abtat, medicinam tribuet. Nec despicit peccatorem, sed remedium ei per pęnitentiam salubriter ingerit. Providet plane Spiritus Sanctus quemadmodum homo salvetur. Hęc sunt cantica, quę cantat Eclesia, hęc est gloria in qua sancti exultant. Putas quę audisti? Intelligis, miser? An secundum cor tuum, inpęnitens, thesaurizas tibi iram in die ire revelationis iusti iudicii Dei?

18 Hęc audiens Urbanus, dixit: Ingeniose quidem et conposite loquuta es; tamen quum dicas unum Deum colere, tres adorare cognosceris. Ex quibus intelligi potest Patrem et Filium, quem dicitis uniter adorandum: quid tertium Spiritum Sanctum adoratis; hoc edicito. Per deos et per meam salutem, audire delector. Theodosia sancta dixit: Vere, sicut scribtum est, astutiores sunt filii tenebrarum quam filii lucis. Tamen sicut superius dixi, quia non debent margaritę pretiosę porcis | mitti, | [176d verum etiam te iudicem indignum iudicabo ad audiendum sacramentum Trinitatis. Et nunc adhibe patientiam tibimetipsi, et dicam qualis sit ratio ista pro salute audientium. Preses dixit: Dic. Theodosia respondit: Audi ergo: Pater et Filius et Spiritus Sanctus unum sunt, trina maiestas, una

deitas. Etiam sicut Filius ex corde Patris processit, ita et Spiritus Sanctus de Patre et Filio est; propterea tres confitemur sermone, et unum credimus fide; et sicut Pater in Filio, ita et Filius in Spiritu Sancto. Vides ergo et Filium et Spiritum Sanctum ex Patre. Propterea a nobis unus Deus colitur, et Trinitas vera cognoscitur. Sicut enim Pater et Spiritus Sanctus in Filio, ita Pater et Filius in Spiritu Sancto; quicquid enim Pater operatur, unum est cum Filio et Spiritu Sancto; quicquid operatur Spiritus Sanctus, unum est cum Patre et Filio; quicquid operatur Filius, unum est cum Patre et Spiritu Sancto. Ecce audisti, licet indignus, qualiter in trinitate | et unitate credimus, et unum Deum adoramus et coli- [177a
mus. Audisti quę interrogasti; recede ex hoc amplius quicquam interrogare. Ex ea quę audisti, perpetuum iudicium tibi manebit. Vide amodo ne mici parcas, nec tardes malitiam tuam exercere in me. Semper enim vincet qui in Christo credet; nec aliquando vincitur qui in Christo perseverat.

19 Urbanus preses dixit: Multum verbositatem tuam sustinui, ut patientiam meam, stans, populus cognosceret. Nunc vero secundum meritum tuum omnis hic populus, qui te verbositantem audivit, meque patientem agnovit, omnis ętas tuis tormentis timebit, ne aliquis suasus verbis tuis, in tali supplicio veniat. Tu autem secundum tua merita lues pęnas. Et adiecit: Ignite sartagines, et corpus eius frigendo consummite. Et superposita igni non sentiebat calorem. Lassant igni cessores, lassant ministri flammarum, omniumque | crudelitas et virtus tab[e]scebat. Videnque | [177b
Urbanus preses quia oleum non tepescebat, furore diabolico cęcatus, iubet eam territe configi medio foro, et capillis suspendi, custodiasque militum positas, sic dimittit, ut pendendo *exhalaret spiritum.

20 Quumque die penderet ac nocte, prima diei hora undique populi confluebant multitudo, ut sanctam Dei virginem cum diabolo dimicantem viderent. Tunc beata martyr, multitudinem populi ad doctrinam monebat, dicens: Audite me, omnes, qui votis meis concordatis, qui corde puro Deum timetis. Convertimini a malo, et facite bonum; recordamini apostolicum dictum: Volo vos sine sollicitudine esse. Poterit, qui se nequaquam laqueis *inretitum relinquerit, sed semper superiora suspirans, patriamque cogitans, quę est omnium nostrum Ierusalem; non hęc, quę servit cum filiis, sed illa, quę gaudet, Christo regnante cum sanctis suis. Unde mici, carissimi, actus et gesta sanctorum imitamini[1]. | Hoc volo vos | [177c
scire quod timeatis, immo timendo quid faciatis: quia nec honor elatus nec divitię superfluę valent de pęna liberare; sed dupplici pęna meretur, qui honorem quemlibet a Deo sibi conlatum per neglegentiam polluit, sciat sibi iudicium permanere. Fugiendum namque est quicquid contrarium videtur esse saluti, dicente Domino: Quid prodeest homini, si totum mundum lucretur, animę suę vero detrimentum faciat? Semper domestica cura contraria est animę, quia scribtum est: Inimici hominis domestici eius. Vę, qui vult Dominus dici, et super se Dominum non habere. Vę, qui vult imperans esse, et imperantem sibi Dominum contemnit. Vę, qui vult satu-

iari, et esurienti non porrigit. Vę, qui vult calefieri et nudo non sentit. Vę, qui vult[c] requiescere, et alium requiescere non permittit. Vę, qui suum aliquid vindicat, cum omnia a Deo accipiat. Vę, qui possident divitias steriles | sine misericordia, quia nicil eis proderunt, sed potius | [177d mergunt in pęna; quia cui plus creditur, plus ab eodem *exigitur. Expedit vobis, cura seculi expoliatos, supernorum bonorum curam gerere. Ille enim semper lętus et securus vivit, qui nicil habet in seculo quod cogitet; et quia scribtum est: Perverse enim cogitationes animas separant a Deo. Et iterum: Impedimenta huius mundi fecerunt eos miseros. Hęc omnia, carissimi, pectori vestro non atramento sed Spiritu Sancto conscribite. Ita ut verba mea audientibus proficiant ad salutem, non credentibus vero simul cum Urbano preside erunt in iudicio, quia: Scienti bonum facere et non facienti, peccatum est illi.

21 Nuntiata sunt ista Urbano presidi a quodam *sophista paganorum. Hic ingressus ad presidem, taliter agebat: O venerabile caput, rector provincie, preses: quum uni puelle parcis, quam inmutare non potes nec valebis, ad eius doctrinam pene omnes cultores | deorum conversi sunt, | [178a ita ut veneranda templa multi despiciant. Per hanc ipsorum principum decreta viluerunt. Nam de vobis quid dicam, quorum nec pęnas pertimescit, nec blandimenta cognoscit? Ad contemtum vestrum tantus ad eam populus congregatus est, quantum nec [ad] principum natale videri potuit. Hęc audiens preses, turbatus est; extimabat enim eam pendendo mortuam. Sancta vero Theodosia ita hilaris effecta et inlibato corpore fuit, ut nec cicatrix pareret, cuius corpus sic erat dissipatum a laceratione pęnarum. Nam Domini misericordia, qui omnibus prebet auxilium, ita suam famulam curavit et refecit, ut omnibus christianis appareret quasi nubs nivea ad velandam Dei famulam, prestaret obsequium, ut mirarentur, et confunderentur omnes inimici eius; ut impleretur quod scribtum est: Qui me oderunt, confundantur, quoniam tu, Deus, adiuvisti me, et consolatus es me.

22 Urbanus preses dixit: Quid facimus? Vincimur. Et adiecit: | [178b *Exhibeatur. Adducitur beata martyr, hymnum Domino dicens: Loquebor de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebor. Ex officio dictum est: Adstat Theodosia. Intuetur eam preses, ut leo rabiens; videt faciem eius hilarem virginem decora. Erubescet, terretur, confunditur, obmutescit; tandemque erupit voce serpentis: O mali milites, qui pro salute principium non doletis iniuria qua patimur. Quid istam largioribus epulis et potu nutristis? Quur preda corrupti, de pęna deposuistis, et eius vulneri medicamina adhibuistis? Hęc audiens sancta Theodosia, subridens, ait: Vere, ut scribtum est video. Homo in honore quum esset, non intellexit. Et iterum. Obcecatum est insipiens cor eorum, sicut Urbanum presidem cognosco. Cui eum similabo, nisi iumentis insipientibus, quibus non est intellectus?

---

[c] vult] calefieri *add. et delev.*

23 Preses dixit: Suspendatur in eculeo, et *ungulis dorsum eius et ventrem aperite. De sale vero et aceto *viscido confricate. Aut ista prę-valebit loquendo, aut ego torquendo. Natalibus eius, quibus | usque | [178c modo peperci, iam non parcam. Suspenditur, torquitur, ungulis dissipatur, et crescebat corpus ad pęnam. Amore Christi vim pęnarum superabat. Tunc beata Theodosia respondit: Ecce iam in altiora degens, deos ipsos et principes vestros despicio, et conculcato iam capite serpentis, vos etiam ipsos sub pedibus habens, triumpho, Christi victoria. Pęnas vero, quas mici inferre videris, delector. Solum hoc timeo, ne videaris mici misereri. Asperitas tua mici obtabilior est, misericordia tua contraria est. Exurge ergo, Urbane, iniquitas, incumbe calamitas; nullum me de prandio mici parati ferculum fraudes, quia quum infirmor, tunc potens sum; quum torqueor, tunc reficior; tunc lassesco, si tu a pęna cesses. Considera et erubesce: modo torqueri et dissipari fecisti corpus meum. Ecce manus car[ni]ficum *cessit, et sanitas Christi succedit. Considera, miser, si aliqua cicatrix paret, si aliquid livoris est in | corpore meo. Unde cognosce me in | [178d Christo Domino presumentem, et ipsi hymnum ęta dicentem: Si consistant adversum me castra non timebit cor meum.

24 Urbanus dixit: Deponatur de eculeo, ut per omnes artus vinculis ferreis oneretur; plus penset pęna quam caro, et in his deficiens pęnis crudelis expiret. Recludatur custodia semota, et ab omni luce aliena. Nullus cum ea de vinctis recludatur, ne alicuis solacio confortetur. Fit preceptum presidis: vincula ferrea pręparantur, oneratur martyr vinculis, et gravescit [a]. Tunc aspiciens in cęlum, dixit: Dominus erigit elisos, Dominus solvet conpeditos, Dominus inluminat cęcos. Hęc ea dicente, disrupta sunt vincula catenarum, et sic minutatim redacta sunt, ut quia ferrum fuerant non parerent. Et iterum dixit: Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cęlum et terram.

25 Ea vero nocte | venit chorus virginum ubi erat martyr | [179a reclusa; dantesque claviculario pręmium, precantur ut eas permitteret martyris solacio relevari. Quumque impetrassent, ingredientes quam extimaverant defecisse in vinculis, inveniunt in Dei laudibus exultantem, et hymnum Domino dicentem, ista modulatione canentem: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et iterum: Sicut tenebre eius, ita et lumen eius, quia tu possides renes meos, Domine. Et iterum: Adhesit anima mea post te, me suscipiat dextera tua. Et videns eas, ętata est in Domino, et dixit: Adducentur regi virgines post eam; proxime eius adductę sunt mici in ętitia et exultatione. Et orans cum eis, cępit de perpetua castitate eas monere. Quumque omnes respondissent Amen, motus est locus in quo erant, et omnibus audientibus illis, vox de cęlo intonuit, dicens: Theodosia, Spiritus Domini super te. Dimitte eas in pace. Prope est enim | ut, agone consummato, | [179b ad me venias, quem ita dilexisti et diligis. Te qui imitator fuerit, sic mici carior erit. Et dans omnibus pacem, ętas dimisit abire.

---

[a] *corr. ex* gravescet.

26 Lucescente vero die, iubet eam impiissimus preses presentari aspectibus suis. Videnque eam, dixit: Diu incredula mente vixisti, nec te exhortatio mea potuit convertere, neque tormenta mutare. Pro qua re, ut digna es, iubeo te ligato saxo in mari precipitari, ut in terris caro tua non habeat sepulturam. Beata Theodosia respondit: Inpuderate, canis rabide, fac volumtatem patris tui diaboli, qui te inmittit, cuius armatura abtatus es. Etiam dum feceris, videbis me celeriter ad terras remeare, quam remiges tui in quorum fortitudine confidis. Illi enim cum *lascivia, *celeumantes, ad terras revertuntur. Ego autem cum angelico choro, Christo gubernante navigium castitatis meę, alleluia dicentem, in portum salutis revertar ad terram. | Et ne glorieris ancillam Christi[e] te posse | [179c superare, imo ipsum Dominum meum me hic in mea provincia faciet dignam habere sepulturam.

27 Urbanus preses dixit: Et si hoc, quod dicis, contigerit, gladio te animadverti faciam, ut forsitan sic vivam in igne cremabo, et pulveres tuos a vento moveri faciam, et vel sic finem facio magicis artibus tuis. Nec enim te putes quia corpus tuum odoramentis aromatum conditum posteritatis tuę relinquam adorandum. Theodosia sancta dixit: Hoc scito, pestifer, quia quicquid feceris, Dominus meus, qui me de limo terrę formavit, nec capillum de corpore meo perire permittit, et pulveres meos potens est colligere, et in illa die adstabo tibi, iudicans te. Nam sic credo in Domino meo Iesu Christo, quia non tibi datur potestas in corpore meo sic facere. Urbanus preses dixit: Armetur navigium, remiges quoque veloces superponite: rebellem legum vel principum, qui etiam nobis tantum contumax fuit, in | [179d angusto *erone quoartate, et saxum ad eum gravissimum ligate, ut possit in altitudinem pelagi dimergi. Statimque fit iussio presidis.

28 Obscurato quoque litore precipitatur in mare. Sancta quoque Theodosia suscipitur ab angelis et ita lęta residens super undas, sicut antea predixerat, cum alleluia reducitur ab angelis; et ne hominibus falsum videretur, saxum imane secum reportavit ad terras, exultans, et dicens: Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est. Et iterum: Virtus Domini statuit aquas maris quasi in utre; timeat Dominum omnis terra. Ait beata Theodosia circumadstantibus: Ite, nuntiate Urbano quia ecce adsum, cursum martyrii mei consummare desiderans. Cognoscat quia esse maria Domino meo Iesu Christo obtemperant, et cogitet aliquid, si valet. Si autem non potest, erubescat et victum se confiteatur, et intellegat quantum potens est Deus christianorum.

29 Nuntiatur presidi factum. | Audiens hęc, fremuit, sicut | [180a scribtum est: Dentibus suis fremuit et tabescit. Iubet conprehendi eam, dicens: Iam victi sumus. Recludatur in carcerem. Et iubet convocari magistratum civitatis, et iubet ei anfitheatrum prępararі, et omne genus ferarum laxari, ut se ipse ferę non cognoscerent. Adhuc dies nondum inluxerat, et spectaculum impletur populis, viris ac mulieribus, sicut superius

---

[e] *corr. ex* Christe.

contexuimus; nullam matronam timor mariti retinuit, nullam virginem parentum terror, vel, verecundia prohibente, domi reclusit; oblitasque quod fuerint, ad spectaculum currebant. Quid multa? Sedet pro tribunali preses; iubet omnes feras ventilari, et a venatoribus exacerbari. Rugiebat leo; vacca ferocissima cornibus terram ventilabat; subsequebatur taurus mugitu terribili; leopardus et thalala levitatis suę signa monstrantes. Aper quoque dentibus stridebat; ursorum impetus non tolerabatur.

30 ¦ Quumque hęc omnia fuissent parata, introducitur sancta | [180b Theodosia, semper in Christo vincens, secumque palmam victorię portans. Videns tantam multitudinem ferarum, vexillo crucis armat pectus suum et frontem. Videntesque eam ferę, omnes siluerunt. Tunc expectante populo, sic loquuta est: Nunc videbitis quantum potens est Dominus Iesus Christus; nunc cognoscitis quantum possit qui puro corde Dominum diligit. Nunc cognoscitis quia dęmonia sunt quę Urbanus colit et principes eius. Istas omnes feras, invocato Christi nomine, signumque eius gestans mitigabo. Urbanus vero nec virtutibus Dei conpungitur nec tanta mirabilia videns, erubescit.

31 Et hęc dicens, sancta Theodosia ait ad feras: Christus, Dominus meus, qui vos nasci precepit, ipse vobis mitigavit ad ipsius gloriam, et fidelium fidem corroborandam, ut Urbanus et omnes consortes eius erubescant. Singulę accedite, et pedes meos adorate, ut impleatur quod scribtum est: Omnia subiecisti sub pedibus eius. | Accedebat leo, deposita | [180c feritate, conversus in ovę sub pedibus eius. Ursus, cervice deiecta, Dei famulam adorabat. Similiter vacca ferocissima cum tauro, obliti sunt naturę gladios in capite portare. Quid multa? Adorant omnes Dei famulam, et unumquemque sua voce iubet Dominum laudare. Tunc exiliens leopardus in tribunal presidis, aspiciebat ut iuberetur a beata Theodosia, iudicem iniquitatis devorare. Cui beata Theodosia dixit: In nomine Domini mei Iesu Christi precipio tibi ne eum tangas: nos enim malum pro malo non reddimus. Sufficit ei pęna, quam Dominus parat et diabolo, patri eius. Hęc audiens fera, reversa est, nemine lęso, unde exilierat.

32 Fit clamor in populo: O iustitia, o veritas: unus Deus, Christus, quem Theodosia colit. O mens cęca iudicis, quę tantis virtutibus non erubescit. Vere Deus est Christus, vere Deus est [magnus] christianorum. Tunc videns preses in omnibus se superatum, exclamans, dicebat: Heu, heu me: victus sum. Et iubet eam gladio percuti. | Beata Theodosia | [180d dixit: Gloria tibi, Deus, qui mici ingenuitatis constantiam tribuisti. Tibi gratias refero, amator purę conscientię. Tu enim nosti, ex die, qua te in babtismo salutis indui, usque in hunc diem, stolam fidei meę non cogitatu, non facto maculasse; sed semper tuus amor meum pectus inflamabat, semper die noctuque caritate, qua nosti, te amplectebar. Per diem tecum fuit fabulatio mea: per noctem, tuam visitationem expectabam. Tu nosti, quia faciem viri non desideravi, sed actos, qui tibi placent, per bonam operam. Super tuum amorem nec osculum patris accepi, nec adfinium faciem libenter atendi. In lege tua die ac nocte meditata sum. Dulcia sunt eloquia tua

fancibus meis super mel et favum. Suscipe spiritum meum in tua perpetua pace. Et hęc dicens, gladio capite percussa, obdormivit in pace.

33 Statim | terremotus factus est, ita ut fundamenta anfitheatri | [181a moverentur; omnibusque audientibus vox de cęlo resonavit: Veni, Theodosia, repausa post tantos labores. Veni, ingredere in gaudium sponsi tui; percipe promissum Domini tui. Presto sunt enim angeli et archangeli, qui te suscipiant. Cursum bene curristi, fidem servasti: recipe centesimum fructum, coronam iustitię; quia vincenti dabo palmam, et derelinquentibus hunc mundum propter nomen meum hereditatem ęternam. Hęc audientibus omnibus de cęlo dicta sunt. Et quum vellet se levare iudex de anfitheatro pleno populo, omnibus videntibus nec non et Urbano indigno, visa est de ore sanctę Theodosię quasi columba aurea exiens, cęlos conscendere, et omnes Deum magnificabant, multorumque fides in Christo crescebat. Repletum est autem anfitheatrum linteaminibus dignis. Omnes enim ad sepulturam sanctę martyris quod dignum habebant iactabant, | ne cruor tante virtutis | [181b ad terram distillaret. Et sic in pace consummavit martyrium suum.

34 Ceteros vero confessores, consortes scilicet sanctę Theodosię, quos audire noluit, quia sancta Theodosia omnium pęnas conpleverat, ut eis promissum Domini impleretur, iubet eos impiissimus Urbanus ad metallum eris, quę in Palestina est, tradi exilio. Nicil adhibens tormentorum, quos Dominus pro sua pietate laborare non passus est, sed omnes in oratione dominica constitutos in pace suscepit. Hęc omnia gesta sunt in civitate Cesarea Palestine. Sancta vero Theodosia dominico die conplevit martyrium suum, tertio nonas apriles.

35 Parentes vero sanctę martyris sepelierunt corpus eius, ut digna fuit, in pace. Et quum sepulture traderetur, omnibus christianis psallentibus audita est vox de cęlo, dicens: Hęc est gloria omnibus sanctis eius; et qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Qui intelligitis hęc, currite quum tempus habetis: regna cęlorum | patent; introire, | [181c nemo contemnat.

36 Ea nocte apparuit parentibus suis in visu sancta Theodosia cum angelorum choro et martyrum, niveo cyclade induta, crucemque auream in manibus et coronam in capite gestans; sic adloquitur patrem et matrem: Ecce qualis est gloria, unde me fraudare volebatis. Ecce quid meretur qui ex toto corde mundum et parentes plus quam Christum non diligit, sed, omnibus conculcatis, Christum sequitur. Et ideo pęnitentiam agite, et convertimini ad Dominum ex toto corde. Ego enim pro vobis interpello regem sempiternum, Dominum Iesum Christum, cui Pater omne iudicium tradidit, et miserebitur vestri. Facultates, quas mici promittebatis, vendite, et date pauperibus, et eas in cęlum ante vos mittite. Et vos ipsi, si sic egeritis, cito eas sequimini, ut ubi est filia vestra, ibi sit thesaurus vester et, quod magnum est, animas vestras.

37 Ut sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Amen.

XXX[a]

[Torquati et comitum]

| = L 181d-183c; / = P^2 158d-160b.
'| = M^1 30a-32a; |' = M^2 102d-104b.

Notas litúrgicas marginales de P^2

1' [Lectio] VI. 2' [Lectio] VII. 3' [Lectio] VIII.

1 | **V**ita vel obitus sanctorum Torquatus, Tisefons, | [181d
Isicius, Indalecius, Eufrasius, Secundus, Cecilius, '| quod '| [30b
3 est ipsas kalendas maias.

2 **V**ictoriosissimas beatissimorum martyrum turbas, et in-
numeras sanctorum confessorum catervas, quas supernis coronati
3 cętibus credimus angelico collegio sociatas, nulla mens hominum
eorum nomina valet enarrare, vel numerum eorum per quorum
suffragiis universa plebs hostis insidias superat, et caduca mortis
6 in corpora morborum varietate detemta, ac variis langoribus occu-
pata, repente salus comis insequitur, et egre *inlubie iam depulsa
sospitatis adcumulo restaurantur. Unde nec atrocissime mortis
9 eos | rapina cernitur retinere, quorum somnus potius | [182a
datus queritur ad quietem a quibus et mortuis vita conceditur
et mestitiam patientibus lętitia perennis adfertur. Sed ex his quan-
12 tum ad me purę relationis gloriosa fama perduxit, |' et |' [103a

---

1. 1 vel obitus *om.* M^2 sanctorum] pontificum et confessorum *add.* M^2 Tysifons P^2; Tisifons M^1 2 Ysicius P^2 Torquatus... Cecilius] Torquati, Tisefonti, Esicii, Indalecii, Secundi, Eufrasi et Cecilii M^2 2-3 quod est ipsas] qui celebratur die M^2 3 magias M^1.

2. 1 Victoriosas M^2 2 coronati[s] M^1; coronatis M^2 3 hominum] omnium M^2 4 eorum *om.* M^2 5 insidias] M^1 *corr. ex* insidie; *L.* P^2. M^2 insidię 6 ac variis langoribus] hacalidis langoribus M^2; repente salus *antep. sed delev.* M^1 7 commis M^2 egre inlubie iam] erga iam lumbie M^2 8 ospitatis M^2 adcumulum M^1 9-10 potius datus *om.* M^2 11 affertur M^2

pręclaris titulis sancta narratione scire non distulit, dignum puto / sequentibus populis facilius scribtum transmittere, quam / [159a
15 rem veraci recordatione reppertam silentio preterire '| non '| [30c debemus; ne dum tanti thesauri copiam celando obtegimus, ingenti neglegentia reos nos modis omnibus sentiamus.

3 Igitur quum apud urbem Romam beatissimi confessores Torquatus, Tisefons, Indalecius, Secundus, Eufrasius, Cecilius et
3 Esicius a sanctis apostolis sacerdotium suscepissent, et ad tradendam in Spania catholicam fidem, quę adhuc gentili errore detemta, idolorum supprestitione pollebat, profecti fuissent; divino
6 gubernaculo comitante, ad civitatem Accitanam se utrisque converterent; qui quum procul | ab urbe, quasi stadia duode- | [182b cim, fatigatis artubus, resedissent, ut membra, quę fuerant itineris
9 prolixitate *confecta, paulisper indulgerent, et sese animantibus in quo longevus iter adtriverat, quiescendo reficerent, atque recto |' calle inlassabiliter graderent, et licet membris corporeis, |' [103b
12 quibus gestabantur, viderentur adtriti; erant tamen cęlesti auxilio et gratia speciali firmati, decurrente sibimet testimonio, '| [30d qui ait: Sancti, qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem,
15 et ad/summunt pinnas ut aquile, current et non deficient. / [159b

4 Itaque, ut ipsi conperimus, venerandi antestites in illo loco, quo iam diximus requiescere expetissent, ad civitatem Acci-
3 tanam, propter escarum indigentiam, *sequipedas suos mitterent. Agebatur igitur dies ille, quo Iobi, Mercurio vel Iunoni rituosa gentilitati inmanitas festa celebrarent, et obliti superni solio resi-
6 dentem Deum, mutis et mortuis imaginibus vanissimo cultu sol-

---

2. 13 preclarus titulus *M¹* [scirę] *L* 14 scriptum *M²* transmitere *M¹* 15 rem veraci] remuneratio *M²* 15-16 non debemus *om. M²* 17 neclegentia? *L.*

3. 1 quum apud] *M¹ corr. in* cum apud; cum aput *M²* 2 et] atque *M²* 4 Spanię *L, P², M²* 6 commitante *M²* Acitanam *M²* 6-7 converterent] conveniunt *M²* 7 quum] cum *M²; M¹ corr. ex* quum 8 residissent *M²* 10 adtriverat] atribuerat *M²* atque] et que *M²* 12 ausilio *M²* 13 decurrentes *M²* 15 adsumment] *M¹ corr. ex* adsummunt; adsument *M²* pinnas] pennas *M¹ corr. ex* pinnas; *L man. post corr. in* p[e]nnas.

4. 1 antestites] *M¹ corr. in* antistites illo in *M²* 2 requiescere *om. M²* 2-3 Acitanam *M²* 3 mitterent] mittent *M²* 4 vel *om. M²* 5 gentilitati] *M² corr. ex* gentilitatem superni] *M¹ corr. in* superno 6 Deum *om. M²* mortuis] mortis *M²*

lemnia scelerata persolverent. | Tunc videlicet in prędicte | [182c
urbis venerabilium senium discipuli moeniam ingredientes, vident
9 infelicissimam turbam deceptionis summe laqueis inretitam et per-
petui barathri precipitatione dimersam; ut per id, quod videbatur
pollutis manibus perpetrari, per hoc crederetur |' se posse |' [103c
12 salvari.

5 Quumque sanctorum senum comites eorundem omnium
pestifera conventio obviasset, agnito in eis religionis venerabili
3 '| cultu, et pie fidei habitu sacerdotum, fervidus eos usque '| [31a
ad fluvium, in quo pons erat antiquo mole constructus, infandus
hostis insequitur, ibique, divino laborante miraculo, opus, quod
6 nulla ętas posse crederet dissolutum, eodem momento conteritur,
et cum cruento / populo in ipsius fluminis alveo seditio / [159c
pagana submergitur; et cantantibus sanctis: equum et ascensorem
9 proiecit in mare, Dei vero famuli liberantur. Quo videntes eventu,
pars maxima terrore vehementi conteritur. Inter quos fuit que-
dam senatrix, | rebus inclita et inflamatione Sancti Spi- | [182d
12 ritus adornata, genere nobilissima, nomine Luparia. Ipsorum
sanctorum opinionem ut repperit, ad eos suos nuntios misit, per
quos illos summis precibus, ut suam eisdem exhiberet presentiam,
15 obtavit.

6 '' Quos ubi primum eos mulier videre meruit, cuius |' [103d
interna pectoris iam superna dona ditaverat: unde sanctissimi
3 senes essent, vel de quibus regionibus advenissent, audacter inter-
rogat. Et quum illi, se a sanctis apostolis missos ad predicandum
'| Dei regnum et Christi evangelium Spanię denuntiare '| [31b
6 fuissent preceptum, perquirenti fęminę faterentur; docentibus illis
et dicentibus: Quia omnis qui credit in Christo Filio Dei mortem

---

8 urbs M^1 senium] senum M^2 moeniam] M^1 *man. post. corr. in* meniam 10 precipitationem M^2.

5. 1 senuum P^2, M^1 2 obiasset M^2 3 cultu] cultura M^2 4 infandus] innefandus M^2 5 laborante divino M^2 7 populo *om.* M^2 8 equm M^1 9 Dei vero] Deique M^2 Quo... eventu] Quo[d]... eventu[m] M^1 10 conteritur] conprimitur M^2 10-11 quendam M^2 11 inflammatione M^1; inflammati[o]ne M^2 12 genere nobilissima *om.* M^2 13 oppinionem M^2 misit] alacriter destinavit M^2 14 illos *om.* M^2 15 exobtavit M^2.

6. 3 advenisent M^2 audac[i]ter L 4 quum] M^1 *corr. ex* cum illi] M^1 *corr. ex* ille; illis M^2 5 Christi *om.* M^2 Spanię] Yspanię M^1; *om.* M^2 6 fuissent *om.* M^2 femina M^2

non videbit in ęternum, sed vitam possidet angelorum, continuo
9 sanctę doctrinę novella discipula credere adquievit, et postulans
donum sancti babtismatis, iubetur, non prius petita percipere
quam pro babtisterio, / quo sancti elegerant, fabricaret / [159d
12 baselicam. Quę, tali iussione | percepta, tam diu operi | [183a
iugem curam exhibuit, quousque omnem fabricam baselicę ad
culmen deduceret, et cepti templi fastigia explicaret.

7 Quumque iam perfectum opus existeret, et universa, quę,
sanctis, ut iusserant, placuisset, fontem ex more construunt, in
3 quo sanctę devotionis fęmina salutaris lavacri unda perfunderetur.
|' Cuius mulieris quum sanctum sequeretur exemplum |' [104a
cunctus populus, qui idolorum vacua supprestitione colebant, ve-
6 ternosi criminis templum relinquunt, et sanctorum senum doc-
trinam avidis mentibus adsequuntur. ²' Ex tunc iam '| ido- '| [31c
lorum polluta sedis relinquitur, et ibi, sancti Iohannis babtiste
9 consecrantes altario, ęclesiam Christi construitur, et, crescente
fide, Dei populus augmentatur.

8 Deinde non mente segregantes nec fide, sed pro dispen-
sanda Dei gratia, per diversis urbibus dividuntur: Torquatus,
3 Acci; Tisefons, Bergii; Esicius, Carcere; Indalecius, Urci; Se-
cundus, Abula; Eufrasius, Eliturgi; Cecilius, Eliberri. In quibus
urbibus conmorantes, cęperunt de initia vitę | mortalia | [183b
6 redimere. Sicque factum est, ut dum famuli Dei cęles/tia / [160a
dona inpertiunt, magnum sanctę ęclesię credentium fructus adqui-
runt. Unde parum post tempore laborum suorum, gloriosos palme
9 triumphos supernę patrię reportarunt, |' atque ideo, de |' [104b
augmento bonorum operum iam securi, deficiente temporali vita,

---

6. 8 videbit] gustabit M^2 11 pro *om.* M^2 fabricari M^2 12 baselicam] M^1 *corr. in* basilicam; *om.* M^2 13 baselicę] M^1 *corr. in* basilicę; *om.* M^2.

7. 1 perfectus M^2 quę *om.* M^2 3 perfunderetur] perfunditur M^2 4 Cuius... sequeretur] Cuius sanctum sequentes M^2 5 vacuam supprestitionem M^1 6 relinquent M^2 7 adsecuntur M^2 8 sancti *om.* M^2 Ihoannis *L.* M^1, M^2 babtis[te] *L;* baptisterio M^2 9 altario] M^1 *corr. in* alatarium ecclesiam P^2, M^1; ecclesia M^2 10 aucmentatur M^2.

8. 1-2 dispensandam... gratiam M^2 2 diversis urbibus M^1 *corr. in* diversas urbes 3 Bergi M^2 5 commorantes M^2 initio M^1 viite M^2 7 ęcclesię P^2, M^1, M^2 8 parum] M^1 *corr. in* parvo 10 aucmento M^2 deficienti... vite M^2

eternę regionis possessione percepta, felici obitu de hoc seculo
12 migraverunt.

9 Nobis quoque reliquiarum suarum veneranda prępmia reli-
querunt; ad quorum sacra sanctaque sepulcra quisquis eger pia
3 devotione advenerit, invicto beatissimorum confessorum liberatur
auxilio. '| Nam et dęmones e corporibus possessis expel- '| [31d
lunt, et cęcis lumen, quod amiserant, sua oratione restituunt, atque
6 omnes vero eorum suffragia excolentes, quicquid illut dum confi-
denter exposcunt, mox cęlitus impetrata percipiunt.

10 3' Sed et illut pallio silentii operire non debemus, quę
tam preclara Domini miracula, in ipsorum anniversaria, piis et
3 fidelibus, sanctorum meritis operatur usque in hodiernum diem.
Hęc, quę narramus, cuncti scimus, et ipsi persequutores Eclesię
perfidorumque cultores verum agnoscunt. Est ibidem ante fores
6 ęclesię ad ipsis sanctis | radix oliva modica posita: tan- | [183c
taque in / ea a Domino ubertas gratię concessa est, ut / [160b
in vespera, ipsorum sanctorum ingrediente natale, plus floribus
9 vernatur quam foliis operta videtur. Mane vero ex ipsis flori-
bus omnis conventus, qui pia devotione advenerit, et sanctorum
venerantur patrocinia, seu totiens gentilitatis multitudo hereti-
12 corum, perversorumque dogmatum occurrentium, tam perfectas
et tam ubertas olivas maturatas, omnique pulchritudine adornatas,
vindemiant, velut '| certis temporibus: et ita omnes fideles '| [32a
15 prout unusquisque, seu infideles, colligere valent, deportant. Quis
enim valet dicere copiam de multitudinis huius fructus, cuius in
unum si colligere fas fuisset, plurimum poterant numerum con-
18 plere cophinorum olivarum?

11 Prestante Domino nostro Iesu Christo, qui martyres et

---

11 religionis possione M^2.

9. 1 quoque] tamen M^2 1-2 relinquerunt M^2 2 quisque M^2 3 invicta M^2 4 auxilio] aulio M^2 6 vero eorum] eorum vera M^2 illut] illud M^1. *corr. ex* illut 6-7 confidentes M^2 7 inpetrata M^2.

10. 1-18 Sed et illut... ... ... conplere cophinorum olivarum *om.* M^2 4 Ecclesię P^2 4-5 Eclesię perfidorumque cultores *om.* M^1 6 ęcclesię P^2. M^1 ad] M^1 *corr. in* ab 7 [a] Domino *L, man. post. corr. ex* Dominus 8 natale] M^1 *corr. in* natali 16 copia *L*, P^2.

11. 1 martyres] sanctos M^2

confessores suos suscepit in pace et glorificavit in virtute: cui
3 est una cum Patre potestas indivisa, et coequalis essentia, in unitate Spiritus Sancti in secula seculorum. Amen.

XXXI

[Inventionis sanctae Crucis]

1 | Lectio ex Storia eclesiastica de Inventione sancte Crucis, | [183d quem repperit Helena[a] augusta; die v nonas maias. Deo gratias.

2 Anno post passionem Domini nostri Iesu Christi ducentesimo tricesimo tertio, regnante venerabile Dei cultore viro magno Constantino, in sexto anno regni eius, gens multa barbarorum congregata est super Danubium fluvium, congregati ad bellum contra Romaniam. Nuntiatum est autem regi Constantino. Congregans et ipse multitudinem exercitus, profectusque est in obviam eorum, et invenit eos, quia iam transierant in Romanie partes, et erant secus Danubium. Videns autem | Constan- | [184a tinus quia multitudo innumerabilis esset, contristatus est valde et timuit usque ad mortem. Ea vero nocte venit ad eum splendidissimus vir, et suscitavit eum, et dixit ei: Constantine, noli timere, sed respice sursum in celo, et vide. Et intendens in celum, vidit signum Crucis Christi, ex lumine clarum constitutum, et super se litteris scribtum titulum: In hoc signo vincis. Expergefactus autem rex Constantinus videns hoc signum, fecit similitudinem crucis † quam viderat in celum: et surgens impetum fecit contra barbaros, et fecit antecedere signum crucis: et superveniens cum suo exercitu super barbaros, cepit concidere eos proxima luce: et timuerunt barbari, et dederunt fugam per ripas Danubii, et mortua est in illa die non minima multitudo: et benedixit Deus in illa die victoriam regis Constantini per virtutem sancte Crucis †.

3 Veniens autem rex Constantinus in suam civitatem, convocavit omnes sacerdotes omnium deorum vel | idolorum: et querebat ab eis | [184b cuius vel quid esset hoc signum Crucis, et non poterant dicere ei. Responderunt autem quidam ex ipsis, et dixerunt: Hoc signum celestis Dei est. Audientes autem pauci christiani, qui erant eodem tempore, venerunt ad regem, et evangelizaverunt ei mysterium Trinitatis et adventum Filii Dei, quemadmodum natus est et crucifixus et tertio die resurrexit. Mittens

---

11. 2 et glorificavit in virtute *suprascr. L alia man.; om. M²*
2-4 cui est una... seculorum] Cui est honor et gloria cum Patre et Spiritu Sancto, virtus et potestas in secula seculorum *M²*.

[a] Elena [Elena-e] *cod. semper.*

autem rex Constantinus ad Eusebium ępiscopum urbis Rome, fecit eum venire ad se, et docuit eum omnem fidem christianorum et omnia mysteria: et babtizavit eum in nomine Domini nostri Iesu Christi, et confirmatus est in fide Spiritus Sancti. Iussit autem edificari ubique ęclesias Christi, templa veo idolorum dextrui. Erat autem beatus Constantinus perfectus in fide, et serviens in Spiritu Sancto exercebatur in sanctis evangeliis Christi. Quum didicisset autem a sanctis evangeliis ubi esset Dominus crucifixus, misit ad suam matrem Helenam, ut exquireret sanctum lignum Crucis Domini, et in eodem loco edificari ęclesiam. Gratia autem Spiritus Sancti requievit in beatissimam Helenam matrem | Constantini imperatoris. | [184c

4 Hęc autem in omnibus scribturis exercebat se, et nimiam in Domino nostro Iesu Christo possedit dilectionem: postmodum et sanctę crucis salutare lignum exquisivit. Quum legisset autem intente de adventu humanitatis salvatoris Domini nostri Iesu Christi, et crucis eius adsumtionem, et a mortuis resurrectionem, non esset passam donec Christi victorem inveniret lignum, ubi dominicum et sanctum confixum est corpus. Invenit autem illut hoc modo.

5 Vicesima et octava die secundi mensis in sanctam civitatem Hierusalem introivit una cum exercitu maximo. Congregans autem ex ea congregationem magnam de impiissima iudęorum gente, non solum ante eos, qui in ea erant civitate, sed et eos, qui erant in circuitu, castellis, possessionibus vel civitatibus iudeos congregari precepit. Erat autem Hierusalem deserta tempore illo, ita ut invenirentur eadem die omnes iudęi tria milia virorum; quos convocans beatissima Helena, dixit: Cognovi | de | [184d sanctis prophetis libris, quia fuistis dilecti a Domino: sed quia omnes vos reppellistis sapientiam, eum, qui volebat vos de maledicto redimere, maledixistis, et eum, qui sputo oculos vestros inluminavit, inmundis sputis iniuriastis, et eum, qui mortuos vestros vivificavit, in mortem tradidistis, et sic iam semel lucem tenebras veritatem mendacium existimastis esse, pervenit in vos maledictum, quod est in lege vestra scribtum. Nunc eligite ex vobismetipsis viros, qui diligenter sciunt legem vestram, ut respondeant mici de quibus interrogavero eos. Qui recedentes cum timore, et multam questionem inter semetipsos facientes, invenerunt eos, qui dicebant se scire legem, viros numero mille, et adducentes eos ad beatam Helenam, statuerunt testimonium perhibentes eos, legis multam scientiam habere.

6 Sancta autem Helena dixit ad eos: Audite mea verba, et auribus percipite meos sermones. | Non enim intellexistis in sermonibus | [185a prophetarum, quemadmodum prophetaverunt de adventu Christi. Propter hoc ergo vos hodie interrogo, quod sermo prior Moyses dixit: Quia puer nascetur, et mater eius virum non cognoscet. Et iterum laudationum conscribtor, David, dicit: Previdebam Domino in conspectu meo semper quoniam a dextris est mici ne umquam comovear; et Esaias[b] de vobis dicit: Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me: cognovit bos possesso-

[b] Esayas *cod.*

rem suum et asinus presepe domini sui, Srael autem me non cognovit; populus meus me non intellexit· et omnis scribtura de ipso loquuta est. Ergo qui sciebatis legem, tunc errastis; nunc vero eligite qui diligenter noverunt scientiam legis, et ad interrogationem meam dent responsum: et militibus iussit ut custodire eos cum summa diligentia.

7 Consilio autem facto inter se eligerunt obtimos doctores | [185b legis viros quingentos, et venientes steterunt in conspectu eius: quę dixit: Qui sunt hii? Qui dixerunt: Hii sunt qui obtime noverunt legem. Et cępit iterum beatissima Helena docere eos, dicens: O vos, qui vere stulti estis, filii Srael, secundum scribturas, qui patrum vestrorum cęcitate secuti estis, qui dicitis Iesum non esse Filium Dei, qui legistis legem et prophetas, et non intellexistis. Illi autem responderunt: Nos quidem legimus et intelligimus; pro qua autem causa talia nobis dicis, domina? In palam manifesta nobis, ut et cognoscentes respondeamus de his, quę a te dicuntur. Ipsa autem iterum dixit eis: Adhuc euntes, eligite meliores. Qui quum irent, inter se dicebant: Pro qua causa putas nobis hunc laborem facit regina? Unus autem ex his, Iudas nomine, dixit eis: Ego scio quia questionem vult facere ligni, in quod Christum suspenderunt patres nostri: videte ergo nemo [ei] confiteatur: nam vere dextruentur paterne traditiones, et lex ad nicilum redigetur. Zacceus, avus meus, | pronuntiavit patri | [185c meo Symeoni, et pater meus iterum quum moreretur pronuntiavit mici, dicens: Vide, fili, quum questio fuerit ligni facta, in quo damnaverunt Messiam, qui ante nos fuerunt, manifesta illut antequam cruciatus fueris: iam autem amplius hebreorum genus [non] regnabit, sed regnum eorum erit, qui crucifixum adorant; ipse autem regnabit in secula seculorum, amen; ipse autem est Christus Filius Dei vivi. Ego vero dixi illi: Pater, si ergo sciebant patres nostri quia ipse esset Christus, quare manus suas iniecerunt in eum? Et dixit ad me: Audi, fili, et cognosce semitas, et eius inenarrabile nomen, quia numquam consiliatus sum neque conveni cum eis, sed multotiens contradicebam illis; sed quia *arguebat seniores et pontifices, ideo condemnaverunt eum cruci, putantes mortificare inmortalem; quem et deponentes de ligno sepelierunt eum. Ipse autem sepultus post diem tertium resurgens, manifestavit se suis discipulis; unde et credidit Stephanus | frater tuus, et cępit docere in nomine eius: et, consilio facto, | [185d fharisei cum sadduceis condemnaverunt eum, ut lapidaretur. Tollentes autem eum, multitudo populi lapidaverunt eum. Sed beatus ille quum traderet animam, expandens manus suas ad cęlum, oravit, dicens: Ne statuas illis hoc ad peccatum, Domine. Audi me, fili, et docebo te de Christo, et de pietate eius: quia et Saulus, qui ante templum sedebat, et exercebatur artem *scenofactoriam, et erat persequens eos, qui in Christo credebant, qui concitavit populum adversus fratrem suum Stephanum: et pietate ductus super eum, Dominus fecit eum unum de sanctis suis discipulis. Propter quod ego et patris mei credimus in eum, quia vere filius Dei est. Et nunc tu, fili, noli blasphemare eum, neque eos, qui in eum credunt: et habebis vitam ęternam.

8 Hęc mici protestatus est pater meus Symeon: Ecce omnia audistis: quid vobis placet, si interrogaverit nos de ligno crucis? Ceteri autem dixerunt: Nos talia numquam audivimus, | qualia hodie a te. Si | [186a ergo inquisitio fuerit de hoc, vide ne ostendas: manifesta autem hęc, qui hoc dicis, quia locum nosti. Hęc eis dicentibus, venerunt ad eos milites, dicentes: Venite, vocat vos regina. Illi autem quum venissent, iudicabantur ab ea; et nicil verum voluerunt dicere. Tunc beata Helena iubet eos tradi in ignem. Qui quum timuissent, tradiderunt ei Iudam, dicentes: Hic vir iusti et prophete filius est, et legem obtime novit: hic, domina, et omnia quę desiderat cor tuum ostendet tibi diligenter. Et omnia simul testimonium peribentium, dimisit eos, et tenuit Iudam solum. Et convocans eum, dicit: Vita et mors prępositę sunt tibi: elige tibi quod vis, vita an morte. Iudas dixit: Et quis in solitudine constitutus, panibus adpositis, lapides manducavit? Beata Helena dixit: Si ergo vis in terram vivere et in cęlis, dic mici ubi absconditum est lignum pretiosum crucis.

9 Iudas dixit: Quemamodum hoc habetur in *gestis, sunt | [186b anni plus non minus ducenti: et nos, quum simus iuniores, quomodo possimus hęc nosse? Beata Helena dixit: Quomodo in tantis generationibus in *Elio et Troade ubi factum est bellum, omnes nunc reconmemorantur qui ibi sunt mortui: et eorum monumenta et loca scribta sunt? Iudas dixit: Necessario, domina, quia scribta sunt: nos autem non habemus hęc scribta. Beata Helena dixit: Hęc idem et paulo ante confessus es ipse, quia sunt geste quomodo nunc dicis, quia non habemus hęc scribta? Iudas dixit: In dubio loquutus sum. Beata Helena dixit: Habeo beatam vocem evangeliorum, in quo loco crucifixus est Christus; tantum ostende mici, quid vocetur Calvarie locus; et ego faciam mundari locum; forsitan inveniam desiderium meum. Iudas dixit: Neque locum novi: quia nec eram tunc. Beata Helena dixit: Per Cru[ci]fixum, famem te interficiam, nisi dixeris veritatem. Et hęc dicens, iussit eum mitti in lacum siccum, usque in septem diebus, manentem sine cibo. Quum transissent autem septem | dies, | [186c clamavit Iudas de laco, dicens: Obsecro vos, educite me, et ego ostendam vobis crucem Christi.

10 Quum ascendisset autem de laco, perrexit usque ad locum, et nesciens certius ubi iaceret crux Christi, levavit vocem suam ad Dominum hebraica lingua, et dixit: Hiit sata brimilas filo annobonaht biroheboem lemedoc eliazel zathfahic kautiubruc kata Hodonahi Heloy eloconas. Abraxio attedau baruhc Srahel athamas Trambizona mahcata David dabia haruel beelbemon seyrgemat Iesu. Quod interpretatur: Deus, Deus meus, qui fecisti cęlum et terram, qui palmo metisti cęlum, et pugno terram mensurasti; qui sedes super currum cherubim, qui solus habes inmortalitatem, et lucem habitas *inaccessibilem, quem vidit nullus homo, sed nec videre potest: cui est honor et imperium sempiternum, cui quattuor animalia plena oculis ante et retro habentes alas senas, et ipsas ut volatilia in aeris cursibus in lucem inmensam, | ubi humana natura transire non potest; quia | [186d tu es qui fecisti ea ad ministerium tuum; sed et animalia, quę habent senas

alas; quattuor autem ex ipsis, quę volant, ministrantes, et incessabili voce dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Cherubin vocatur; duos autem ex ipsis posuisti in paradiso custodire lignum vitę, quę vocatur Seraphin. Tu autem dominaris omnium, quia tua factura sumus, qui incredibiles angelos ruentibus in profundo detractos tradidisti tartaro; et ipsi sunt sub profundo abyssi drachonum furore cruciandi, et tuo precepto contradicere non possunt. Et nunc, Domine, si tua volumtas est regnare filium sanctę Marię, qui missus est a te; nisi autem fuisset ex te, non tantas virtutes fecisset: nisi vere tuus puer fuisset, non suscitares eum a mortuis. Fac nobiscum, Domine, prodigium hoc; et sicut exaudisti famulum tuum [Moysen] [e] et ostendisti illi ossa | patris nostri Ioseph; ita et nunc, | [187a Domine, si tua est volumtas, ostende nobis occultum thesaurum. Fac ab eodem loco ignem odoris aromatum suavitatis ascendere, ut ego credam crucifixum Christum, quia ipse est rex Srael, et nunc in secula seculorum, amen.

11 Et quum orasset Iudas, statim motus est locus, et multitudo fumi aromatum suavitatis ascendit usque ad cęlos: ita ut miratus Iudas plauderet ambis manibus, et diceret: In veritate, Christe, tu es salvator mundi: gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, quia quum sim indignus, non me fraudasti tuę gratię sociare. Deprecor te, Domine Iesu Christe, quia cum sim indignus ne memineris peccata mea, sed adnumera me cum fratre meo Stephano, qui scribtus est in Actibus Apostolorum. Hęc quum dixisset, accepit fossorium et pręcinxit se viriliter, et cępit fodere. Quum autem fodisset passos triginta, invenit tres cruces absconditas, quas eiciens adtulit in civitatem. Interrogabat autem eum beata Helena, | qualis esset | [187b crux Christi, dicens: Scimus enim quia ceterę cruces latronum duę sunt, qui cum eo crucifixi sunt. Et ponentes eas in media civitate, expectabant gloriam Christi. Et circa horam nonam ferebatur mortuus iuvenis in grabato: Iudas autem gaudio repletus, dixit: Nunc cognoscis, domina, dilectissimum lignum et virtutem eius. Et teneri Iudas grabatum fecit, et deponi mortuum, et posuit super eum singulas cruces, et non surrexit; inposuit autem tertiam cruccm dominicam super mortuum, et statim surrexit qui mortuus fuerat iuvenis, et omnes qui aderant glorificabant Dominum.

12 Sed omnium bonorum semper invidus inimicus cum furore vociferabat in aera, dicens: Quis hic iterum est, qui non permittet me suscipere animas eorum? O Iesu nazarene, omnes adtraxisti ad te: et ecce, lignum tuum manifestasti adversum me. O Iudas, quid hoc fecisti? Nonne prius per Iudam ego traditionem perfeci? Et populum concitavi, ut impie ageret? Et ecce nunc per Iudam hinc eicior. | Inveniam et ego quid faciam | [187c adversum te: suscitabo alium regnum, qui derelinquat crucifixum, et meis sequatur consiliis, et mittet te in iniquis tormentis: et tunc cruciatus negabis crucifixum. Iudas autem, fervens Spiritu Sancto, dixit ad eum: Christus, qui mortuos suscitavit, ipse te damnet in abyssum ignis ęterni. Hęc audiens

---

[e] [Moysen] *scriptum super rasuram.*

beata Helena, admirabatur fidem Iude. Quum magno autem studio exornans pretiosam crucem, auro et lapidibus pretiosis, faciens loculum argenteum, in ipso conlocavit crucem Christi; et eclesiam construxit in ipso Calvarie locum. Iudas autem accepit babtismum incorruptionis in Christo Iesu, et precedentibus signis, quum moraretur adhuc beata Helena in Ierosolymam ostensus est fidelis et comendavit eum episcopo, qui illo tempore erat, qui et babtizavit eum in Christo Iesu. Factum est autem beatum episcopum dormitionem accipere in Christo Iesu. Beata autem Helena accersivit Eusebium episcopum urbis Rome, et ordinavit Iudam episcopum Ierosolyme eclesie Christi, et mutavit nomen eius, et | vocatus est | [187d Quiriacus.

13 Beata autem Helena, repleta Dei fide, et intellegens scribturas veterum et novum testamentorum, instructa et repleta Spiritu Sancto, cepit iterum studiose requirere qui in cruce confixi fuerant clavi, ex quibus impii Iudei crucifixerunt salvatorem. Et convocans Iudam, qui cognominatus est Quiriacus, dixit ei: Quod circa lignum crucis erat, conpletum est desiderium meum: sed et de fixoriis, qui in eo fixi sunt clavi, inmanem tristitiam habeo. Sed non requiescam de hoc, donec Dominus impleat desiderium meum; accede adhuc, et de hoc deprecare Dominum. Sanctus vero episcopus Quiriacus, veniens ad Calvarie locum una cum multis fratribus, qui in Domino Iesu Christo crediderant per inventionem sancte crucis, et quod in mortuo factum est signum, et elevans in celum oculos et manibus, simulque percutiens pectus, exclamavit ex toto corde ad Dominum, confitens priorem ignorantiam, et beatificans omnes, qui crediderant in Christo, et qui sunt | crediturí in nomine eius. Diu autem orante eo, ut mani- | [188a festaretur illi signum aliquod, quemamodum in cruce, ita et in fixoriis, in finem orationis, quum dicerent Amen, factum est tale signum, ut omnes qui aderamus vidimus. Magna autem coruscatio de loco inluxit ubi inventa est crux sancta, clarior solis luminis; statim apparuerunt clavi illi, qui in dominico confixi fuerant corpus, tamquam aurum fulgens in terram, ita ut omnes sine dubio dicerent, credentes: Nunc cognovimus in quem credimus. Quos eiciens cum magno timore, obtulit venerabilis Helena, que, figens genua et caput, inclinans se, adoravit eos.

14 Repleta autem sapientia et scientia multa valde, cogitavit quid de eis faceret. Que quum semetipsam inposuisset, et omnem exquireret viam veritatis, Spiritus Sancti gratia inmisit in sensibus eius tale quidam facere, et ad conmemorationem generationem, que ventura erat, quod prophete pronuntiaverunt, et de multas | generationes. Convocans autem | [188b virum fidelem et disciplinatum, cui testimonium perhibebant multi, dixit ei: Regis mandatum custodi, et regale sacramentum exerce; accipe hos clavos, et fac eos salivares in freno equi, qui sunt regis; erit autem hoc arma inexpugnabilis contra omnes adversarios; victoria regum et pax belli, ut illut, quod dictum est per prophetam, impleatur. Et erit in die illa quod est in freno equi sanctum Domino vocabitur. Beata autem Helena, que in Iesum Christum est fide confirmans Ierosolymis, et omnia perficiens,

persequutionem iudeis misit, qui increduli fuerant, et minavit eos a Iudea. Et tantam gratiam consequutus est Quiriacus. ut demones per orationem fugaret. et omnes hominum sanaret infirmitates. Beata autem Helena dona multa relinquens Quiriaco episcopo ad ministerium pauperum, dormivit in pace, demandans omnes, qui Christum diligunt, viris ac mulieribus, celebrare conmemorationem diei, in quo inventa est crux, die quinto nonas mai<as>. | Quicumque vero memoriam faciunt sancte crucis, | [188c accipiunt premium sempiternum per crucifixum Dominum nostrum Iesum Christum.

15 Qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

<XXXII>

[Adriani atque Nataliae et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

1 Legendum: Ad Missam *in marg.* 2 Or[atio].

Notas litúrgicas marginales de P¹

1' K(aput).

1 Passio sancti ac beatissimi Adriani atque Natalie et comitum eius, qui passi sunt in civitate Nicomedia sub Maximiano imperatore: die XVI kalendas iulias. Deo gratias.

2 <I>n diebus illis, factum est in secunda interrogatione tyranni Maximiani, ut persequutores ingrederentur Nicomediam civitatem ad interficiendos per singula loca eos, qui Christo credebant. Et dum introisset civitatem, festinans rex perrexit ad templum, et pro<ti>nus in faciem suam adoravit deos suos, et statim iussit sacrificia offerri. Dumque hec audisset omnis multitudo civitatis, cum festinatione offerebant tauros, alii vitulos, quidam autem oves | et arietes et hircos, vel etiam volatilia. | [188d Repleta enim erat omnis civitas idolis, et ideo sacrificabant per omnes regiones et loca et plateas, vel adiacentes regiones ,ut tota civitas repleretur odore fumi sacrificiorum. Precones autem adstantes vociferabant voce magna, ut omnes advenirent ad offerendas hostias et victimas diis suis. Qui autem contemsissent, tormentis affligerentur. Si quis vero repperiretur christianus, igni consummeretur. Constituerat autem quosdam, qui sua sollicitudine diligenter inquirerent per omnes civitates vel regiones, ut ubi invenirent viros ac mulieres credentes Christo, sollicite eos ad iudicem perducerent, preponentes eis diversa tormenta vel ignem amarissimum, si aliquem occultassent. Hii vero, qui indicassent, perciperent premia constituta a rege.

pinquos, adtendentes dona premiorum. | Quidam autem, non prop- | [189a
ter munera, sed propter timorem regis, tradebant domesticos suos. Pena
enim terribilis proposita erat adversus eos, qui christianum celassent.
Audientes autem hii, qui propositi erant ad inquirendos occultos, nuntia-
verunt principi militie, dicentes: Ecce sunt quidam christianorum absco-
nditi in *speleo; audivimus enim eos psallentes in vigilia nocturna. Audientes
ergo hec qui erant primi in palatio, adsummentes secum multitudinem mili-
tum, et venientes ad locum, circumdederunt speleum, conprehensosque eos,
qui erant in speleo, perduxerunt in civitatem, ubi erat rex, ferro vinctos
per omne corpus.

4 Factum est autem ut procederet rex ad adorandos deos suos, ut eis
hostias offerret. Et obtulerunt eos regi, dicentes: Ecce, rex, circumeuntes
nos civitatem, vel omnem regionem, invenimus cunctos adorantes et colen-
tes deos magnos, vel etiam obedientes tuis preceptis. Hii autem inventi
sunt contemnentes | precepta tua, insuper et iniuriantes deos tuos. | [189b
Statim autem, ut audivit rex hec verba, iussit stare currum suum. Et dum
adpropinquassent currui eius sancti, dixit ad eos: Unde estis? de his locis
an de alia regione? Et illi respondentes, dixerunt: Nati quidem de hac
patria, secundum fidem tamen christiani sumus. Tunc rex dicit ad eos: Non
audistis qualis pena proposita sit adversus eos, qui huius religionis sunt?
Et illi respondentes, dixerunt ei: Audivimus quidem, et inrisimus stultam
iussionem tuam vel mentem. Inrisimus etiam Satanan, qui operatur in
filios infidelitatis, quorum tu princeps es. Rex vero dixit eis: Ausi estis
dicere stultam iussionem nostram? Per deos magnos tormentis amarissimis
consumam corpora vestra. Et dixit ad principes: Extendantur et cedantur
virgis, et videamus si veniet deus eorum, et adiuvat eos, vel si cripiat eos
de hora ista. Nam et adiuncti sunt alii tres questionarii ad cedendum eos
nervis crudissimis. | Et dum cederentur sancti martyres, dixerunt: | [189c
Adauge alios tortores, impiissime et inimice Dei; quanto plus adauxeris,
tanto amplius multiplicas nobis coronas.

5 Maximianus tyrannus dixit ad eos: Infeliccissimi, ecce modo iubeo
abscidi capita vestra, et coronas expectatis? Abnegate nunc perfidam hanc
doctrinam, et nolite in vanum perdere animas vestras et vosmetipsos.
Martyres vero dixerunt: Perdat te Deus quia sine causa servos eius affli-
glis tormentis, qui sunt sine culpa. Maximianus tyrannus dixit: Lapidibus
inrotundis *contundite ora ipsorum. Questionarii vero accipientes lapides,
conteruerunt maxillas eorum. Christi vero martyres dixerunt ad eum:
Quasi invenires nos *perpera agentes, sic nos tradidisti huic tormento
intolerabili. Nunc percutiet te angelus Domini, et omnem impiissimam
domum tuam, prevaricator et inimice Dei. Adhuc non es satiatus tormentis,
que induxisti super nos, nec *obruisti nequissima pena, vel que in nobis
intulisti supplicia, | nec hoc consideras, quod corpore circumdati | [189d
sumus, sicut et tu? Licet tuum corpus secundum volumtatem malam im-
pium sit ac nequissimum, lapides quidem tui acutissimi ecce non potuerunt
conterere maxillas nostras. Agnosce, o filius diaboli.

6 Audiens hęc tyrannus, dixit: Per magnos deos, quoniam linguas vestras faciam abscidi, ut ex vobis discant omnes homines non *contradicere dominis suis. Christi vero martyres dixerunt: Nos odium habes, vel eos, qui contradicent dominis suis? Maximianus dixit: Etiam torqueri eos iubeo. Martyres dixerunt: Audi, nequissime tyranne: si tu eos, qui secundum seculum suos dominos contemnunt odio habes, vel tormentis affligis, quomodo nos cogis *contradicere Domino nostro, ut merito patiamur illa tormenta, quę tibi pręparata sunt? Maximianus rex dixit: Quid enim mici pręparatum est, puniendi? Martyres dixerunt: Quę pręparavit Deus diabolo et angelis eius, quod estis vos, impiissimi: ignem inextinguibilem | et vermem non morientem, tormenta non finienda, pęnas ęternas, | [190a lacus perditionis, tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Sed et alia tormenta, quorum speciem scit ipse solus, qui ea vobis pręparavit. Maximianus dixit: Per deos, quia modo facio linguas vestras abscidi. Martyres Christi dixerunt: Stulte, etsi organum nostrę laudationis abscidas, melius poterit ascendere ad Deum gemitus cordis nostri, et melius clamabit ad Deum cor nostrum. Nam et sanguis noster, quem in vacuum effudisti, habet os magnę vocis super tuba clamantis ad Deum, pro quo hęc patimur.

7 Et quum hęc audisset rex, furore repletus, ait: Adnotate uniuscuiusque responsionem, et constrictos ferro per omne corpus, deducite in custodiam vinculatorum, et per omnia affligite eos, ut, sicut desidero, tormentis conteram illos. Non enim solius gladii pęna digni sunt isti. Necesse est enim, ut horum exemplo omnis patria corrigatur.

8 | Adrianus quidam nomine, qui erat prior officii, videns | [190b sanctorum constantiam, et *magnanimitatem adversus tormenta, quę patiebantur, dixit ad martyres Christi: Adiuro vos per deum vestrum, pro quo hęc patimini, dicite mici veritatem, quę est remuneratio vestra, quam expectatis pro his tormentis? Videntur enim mici magna aliqua et mirifica esse, quę expectatis. Martyres dixerunt: Non potest dici, nec lingua nostra sufficiens est ad enarrandum de his, neque auris ad audiendum ea percipere. Adrianus dixit ad eos: In toto nicil audistis de his, neque per legem, neque per prophetas, neque ex alia scribtura. Martyres dixerunt: Nec ipsi prophete agnoverunt, sicut oportebat, homines enim erant similes nobis Deum colentes, et quecumque acceperunt per Spiritum Sanctum, hęc et loquuti sunt. Scribtum est enim de gloria illa sic: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quę pręparavit Deus his, qui diligunt eum. Hęc quum audisset Adrianus, statim exiliens | stetit in medio | [190c eorum, et dixit ad exceptores: Adnotate et meam confessionem cum his sanctis et athletis Dei, quia in nomine eius et ego christianus sum.

9 Et mox cum festinatione venerunt exceptores ad palatium, ut renuntiarent regi. Quumque vidisset eos Maximianus, sperabat eo quod Adrianus aliquam accusationem scribsisset adversus martyres Christi, et ait: Legite celerius *relationem, quam transmisit dilectissimus noster Adrianus. Existimabat enim eum, aliquam contrariam relationem adversus martyres Christi

scribsisse. Exceptores vero dixerunt regi: Ne extimes, rex, quod ille accuset eos, sed semetipsum christianum profitetur. Rogavit enim nos, ut nomen eius cum eis, qui condemnati sunt, scriberemus. Audiens rex, iratus est valde, et iussit eum celerius ad se perduci. Qui, quum venisset, Maximianus dixit ad eum: Insanis, Adriane! Numquid et tu vis vitam tuam male perdere? Adrianus dixit: | Non insanio, rex, sed ex multa insania | [190d ad sanam mentem convertor. Maximianus dixit: Quid multum loqueris? Pete tibi indulgentiam ad me, et dic in conspectu omnium quoniam subreptum est mici hęc, quę talia loqui. Sed et dele hęc, quę dictaveras exceptoribus, ut nomen tuum scriberent cum condemnatis istis. Adrianus dixit: Ex hoc quidem a Deo meo indulgentiam petam pro pravis operibus meis, quę prevenerunt me in multo errore. Audiens hęc tyrannus Maximianus, furore repletus est, et iussit eum, ferro vinctum, trahi celerius ad carcerem cum sanctis martyribus, constituens diem, in quo ipsum et sanctos martyres audiret.

10 Unus vero ex servis Adriani, currens cum festinatione ad domum, nuntiavit coniugi eius Natalię, dicens: Dominus meus, ferro vinctus, ductus est ad carcerem. At illa, audiens hęc, exsurrexit, et scidit stolam suam, et eiulans, emisit vocem cum fletu, et ait ad puerum: In qua enim culpa | inventus est, ut carcere traderetur dominus meus? Respondit puer, | [191a et dixit ad eam: Vidit quosdam torqueri propter nomen eius, qui dicitur Christus, et illis non adquiescentibus ut sacrificarent diis, nec omnino obedirent precepto regis, tunc et ipse dixit exceptoribus: Scribite me cum viris istis; *libentissime enim cum eis moriar. Respondit Natalia, et dixit ad puerum: Non intellexisti qua de causa torquebantur illi? Respondit puer, et dixit: Iam dixi tibi, propterea quia non voluerunt sacrificare. Quumque hęc audisset Natalia, magno gaudio repleta est; et surgens, mutavit stolam suam, et currens velociter, abiit ad carcerem. Erat enim hęc ex parentibus christianis, et sanctorum filia. Quę ante quidem timuerat se manifestare, quod esset christiana, propter inminentem et amarissimam regis persequutionem.

11 Et dum ingressa fuisset in carcerem, procidens ad pedes viri sui, osculabatur vincula eius, et dicebat: Beatus es tu, domine meus Adriane, quoniam invenisti divitias, | quas tibi non dimiserunt parentes tui, | [191b quia sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum. Vere, domine meus, nunc congregasti divitias in iuventute tua, quas non poteras invenire in senectute tua. Vere nunc securus pergis ad illum seculum, recondens tibi divitias, quas invenies in tempore necessitatis, quibus egent hii, qui multa hic possident et abundabunt, hii qui hic fiunt pauperes. Quando non est *fenerandi tempus, nec *mutuo accipiendi, dum nullus neminem poterit liberare de pęnis, nec aliquis aliquem adiuvabit, nec pater filium, nec mater filiam, neque divitię eum, qui eas congregavit, nec servus proprium dominum, nec amicus amicum. Omnes enim propriis sarcinis solliciti sunt. Tu vero, domine meus, solus omnia tua tecum habes. Perge ad Christum, ut percipias promissa; perge, inquam, fiducialiter, nicil timens futurorum

malorum, ut percipias dignam mercedem a Deo meo. Conculcasti enim ex hoc ignem inextinguibilem, vel reliqua tormenta. Sed et hoc te peto, domine meus, ut permaneas in hac vocatione, | qua vocatus es. Vide, do- | [191c mine meus, ne pulchritudo tua intuitum tuum impediat, nec *adfines, nec parentes, nec divitię, neque possessiones, nec pueri, nec puellę, nec aliut aliquid terrenum. Omnia autem hęc transeunt, omniaque corrumpuntur: illa solummodo pone ante oculos tuos, quę sunt ęterna, et ne aspicias ista, quę pertranseunt; ne *intuitum tuum dissolvant amicorum adolationes, nec furentur tuam fidem suis mollibus ac seductoriis verbis. *Quin potius odio habeto eorum adolationes; abnega eorum impiissima consilia. Ad eos solos adtende, qui tecum tenentur sancti. Imitare eorum constantiam, imitare eorum patientiam, nec te terreat furor regis, nec timeas diversas species tormentorum, nec te conturbet ignis iste, neque flama perterreat.

12 Et dum finisset loqui hęc sancta Natalia, tacuit. Iam enim ad vesperum declinaverat dies. Tunc dixit ad eam sanctus Adrianus: Perge nunc in domum tuam, soror mea, et refice aliquid. Et dum agnovero fieri interrogationem nostram, mittam | et arcessiam te, ut cognoscas finem | [191d nostrum, et presis passioni nostrę. Exurgens autem sancta Natalia a pedibus viri sui, circuibat omnes sanctos illos, et osculabatur vincula singulorum; erant enim sancti omnes numero triginta tres, et deprecabatur eos, dicens: Rogo vos, servi Christi, docete eum consilia patientię; instruite eum, qua sunt illa prępmia, quę donantur his, qui permanent cum Christo. Ipsum enim sanguinem vestrum obtulistis sacrificium in tribulatione vestra. Hic est enim fructus tormentorum vestrorum: his enim doloribus salvi efficiemini. Lucrificate et eius vos animam cum animabus vestris, ut sit debitor vester Christus. Et in hoc sitis eius parentes, pro his, qui erant secundum carnem parentes eius impiissimi. Ideoque confortate eum de illis beatissimis *monitis, ut futura credens, adimpleat agonem. Et quum hęc dixisset, procidit ad pedes eorum, et adoravit vincula, quibus circumdati erant, et iterum ingressa est ad Adrianum conparem suum.

13 | Erat enim interior custodia, ubi erat extensus in ligno, | [192a et dixit ad eum: Vide, domine meus, ne aspicias ad pulchritudinem corporis tui, nec in decore iuventutis tuę; hęc omnia ęsca vermium sunt; nec seducat te aurum, aut argentum, aut indumenta pretiosa, aut possessiones vel reliquorum implicationes. Non enim aderunt cuiquam in hora illa iudicii, quoniam ista omnia hic remanent. Nec enim est aliquis, qui det munera propter animam suam. Nec est, qui accipiat. Solummodo sanctorum animas pro magno munere suscipiet Deus. Et dum [hęc] dixisset, valefaciens eos, abiit in domum suam. [1] Adrianus autem post aliquos dies, dum cognovisset, eo quod fieret interrogatio eorum, dixit ad sanctos martyres: Si adquiescitis mici, domini mei, pergam in domum meam, et adducam ancillam vestram, sororem meam, ut pręsit passioni nostrę. Spondi enim ei cum iuramento, dicens: Quoniam hora passionis nostrę arcessiam te. Et dum ei adquievissent sancti, dedit munera his, qui erant custodes, | et | [192b

perrexit ad domum suam, dans fideiussores congregationem sanctorum martyrum.

14 Et dum pergeret, vidit eum quidam civitatis eius, et precurrens, nuntiavit Natalię, dicens: Absolutus est Adrianus, et ecce venit per viam: iam enim in proximo reliqui eum. Audiens autem Natalia, non credidit, dicens: Et quis poterit absolvere eum de vinculis illis? Non mici contingat, ut absolvant illum, nequando separetur a sanctis illis. Et dum adhuc loqueretur, ecce puer ipsius domesticus supervenit, et ait: Cognosce, domina, quoniam dominus meus dimissus est, et ecce venit per viam. Et dum hęc audisset Natalia, suspicata est, eo quod fu[g]isset martyrium, et contristata est valde, et flebat amarissime. Et quum vidisset eum, surgens, proiecit ea, quę erant in manibus eius, et clausit ostium domus suę contra eum, et exclamans, dicebat: Longe efficiatur a me hic, qui ruit a Deo summo, et mentitus est Domino Deo suo. Non mici *contingat loqui ori illi, per quod abnegati Dominum Deum suum; nec audiam verbum ex lingua illa, | [192c quę dolose egit in conspectu factoris sui; et conversa, dicit ad eum: O sine Deo prę omnibus hominibus: quis te coegit adprehendere opus, quod perficere non poteras? Quis te separavit a sanctis illis, aut quis te seduxit, ut recederes a conventu pacis et repausationis? Dic mici: quare in fugam versus es, antequam fieret pugna? Quare proiecisti arma tua, antequam videres repugnantem tibi hostem? Quomodo vulneratus es, necdum emissa sagitta? Et ego mirabar, si ex gente sine Deo, et de civitate impiorum bonum aliquid Deo offereretur. Quomodo poterat ex gente homicidarum hostia munda Deo consecrari? Nec enim poterat ex loco inmundissimo, et de medio eorum, qui amatores sunt, effussiones sanguinum mundissima thimiama offerri Deo. Nunc ergo, quid faciam, infelicissima, quę iuncta sum huic ex impiis impio? Nec concessum est mici unius horę spatium, ut vocarer uxor martyris, | sed ut dicerer coniunx transgressoris. | [192d Ad modicum quidem exultatio mea fuit, et ecce obprobrium meum erit per secula. Ad horam exultavit inter mulieres, et ecce confusione conversor in medio earum.

15 Beatissimus autem Adrianus hęc audiens, libentissime suscipiebat verba eius. Valde enim confortabatur sermonibus eius, amplius festinans implere, quod promisserat. Admirans quod ex ore fęminę talia verba egrederentur, eo quod esset iuvenis et recens nubta. Erant enim menses quattuordecim ex quo cognoverat virum suum, vel conmorata cum eo fuerat. Beatissimus autem Adrianus, quum vidisset eam contristatam valde, et omnino afflictam, dixit ad eam: Aperi mici, domina mea Natalia, non enim sicut tu extimas effugi martyrium. Non mici contingat a Domino; nam ideo veni, ut arcessiam te, et prędsto passioni nostrę, quemadmodum promiseram tibi. At illa non credebat ei, dicens: Vide quomodo | sedu- | [193a cet me transgressor iste: ecce quomodo mentitur alter Iudas. Recede a me, nam memetipsam interficiam, ut satieris. Et dum moras faceret ad aperiendum, dixit ad eam Adrianus: Aperi mici citius, nam vadam, et ultra non videbis me, et post hęc lugebis, eo quod non videris me ante excessum

meum. Fideiussores enim dedi congregationem sanctorum martyrum. Et si quesierint me, et non invenerint, hii, qui pręsunt, sustinere habent sancti martyres etiam mea tormenta, et suas proprias pęnas, et non poterunt sufferre, dum sint quasi mortui ex his pęnis, quę inlatę sunt eis a tyramno.

16 Quum audisset Natalia verba hęc, statim aperuit ostium, et invicem se suis vestigiis prostraverunt. Et dixit ad eam vir suus Adrianus: Beata es tu inter mulieres, quoniam tu sola apparuisti, ut salvares virum tuum. Vere sola inventa es super terram, amans virum tuum. Benedicta corona tua; | tu enim es fructus victorię et martyrum consors, | [193b etiam si non patiaris. Et accipiens eam, et perrexit ad confessores. Euntibus autem eis in via, dixit ad eam Adrianus: Dic mici quomodo ordinasti, soror mea, sustantiam tuam? At illa respondens, dixit ad eum: Noli, domine, noli rememorare, quę sunt mundi huius, ne adtrahant te ad se. Solummodo hoc rememorare in quo vocatus es. Auferantur ergo a te omnia seculi huius corruptibilia. Illa solummodo festina videre, quę non pertranseunt, quę reposita sunt tibi, et illis sanctis quum quibus ambulas.

17 Et dum ingressi fuissent in carcerem, festinanter procidit ad pedes sanctorum ancilla Dei, et adoravit vincula eorum. Invenit autem corpora eorum putrefacta tormentis ita, ut vermes stillarent de ulceribus eorum. Et inclinans se, extergebat omnem putredinem eorum. Mittens autem puellas suas, iussit ut adportarent omnia linteamina eius ad eam multa, et valde pretiosa. Erat enim | prima in clarissimis fęminis secundum paren- | [193c tes, et secundum virum bene nata in omnibus. Et dum pertulissent puellę linteamina, accipiens manibus eius, tergebat ulcera eorum, et conligavit de ipsis manus et pedes eorum. Erant enim dissoluta membra ipsorum de pondere ferri. Permansit autem cum eis in carcerem septem diebus, in omnibus curans vulnera sanctorum martyrum.

18 [1] *Omnes laudis titulos et gloriosos martyrum *triumphos passionis, matutinis horis, qui adfuerunt, audierunt. Nunc vero, quod residua sunt de eorum gestis sacris, auribus *intimabo vestris.*

19 Conpleta autem die productionis eorum, Maximianus rex iussit exhiberi sanctos in conspectu suo. Et statim venientes ad carcerem hii, qui missi erant, conpellebant eos, ut egrederentur. Et dum vidissent eos resolutos a pęnis, tantum in nudis manibus [a] portaverunt eos, quia non poterant ambulare. Omnes enim vincti fuerant in una cathena. Adrianus vero athleta | Christi sequebatur eos, etiam vinctis postergum manibus. Et dum | [193d adpropinquassent ad auditorium, videns eos is, qui erat prępositus super causas, introivit ad regem, et ait illi: Ecce presentes sunt ante *consistorium condemnati illi. Maximianus tyrannus dixit: Subcincti *prępendiculis ante *pudenda, introducantur omnes simul, ut invicem videant suos cruciatus. *Comentariensis officii dixit regi: Illi, qui prius tormentis afflicti sunt, non possunt nunc interrogari, sed Adrianus introducatur, qui adhuc recens est, et potest sustinere omnem interrogationem. Illorum vero putrefactum est un-

---

[a] *corr. in marg. ex* animalibus.

dique corpus, ita ut costę eorum forinsecus videantur, et si modo interrogati fuerint, expirant, et finient vitam, et non percipiunt, quę eis pręparata sunt tormenta. Nunc ergo accipiant indutias paucorum dierum, ut dignam facti sui percipiant pęnam. Si ergo iubes, Adrianus nunc intromittatur. Maximianus dixit: | Succincto corpori prependiculo, introducatur. | [194a

20 Et dum spoliassent illum, intromisserunt eum, portantem sibimetipsi eculeum. Et dum pergeret, confortabant eum omnes sancti illi, dixeruntque ei: Ecce, Adriane, dignus effectus es, ut tollens crucem tuam, sequaris Christum. Vide ergo ne resolvaris timore, et revertaris ad vomitum tuum, et fiat merces tua in vacuum. Vide ne thesaurum tuum depredet diabolus. Nec terreant te ea, quę vides, tormenta, quia ibi est Christus, probans te. Respice ad ea, quę expectas, et fiducialiter accedens, confunde mentem tyranni Non enim condignę sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę revelabitur in nobis. Natalia vero, coniungens se ei, dicebat: Vide, domine meus, ut solummodo ad Deum respiciat mens tua, et ne trepidet in aliquo cor tuum, dum videris prępositа tibi tormenta. Labor quidem ad modicum, sed in secula seculorum erit laudatio eius; modica quidem tribulatio, sed ęterna repausatio. | Hunc quidem | [194b modicum pateris, sed cum angelis in perpetuum exultabis. Si ergo quando carnaliter militabas, ab his, qui erant principes tui, propter modica *stipendia mundi nudus virgis cedebaris, quanto magis nunc; sustine omnia, quę inferuntur tibi tormenta propter regni cęlestis retributionem sempiternam.

21 Et dum intromissus fuisset Adrianus, videns eum Maximianus, dixit ad eum: Adhuc permanes in tua insania, et vis de hac vita male exire? Adrianus dixit: Iam dixi tibi quoniam recessi ab *amentia seculi, et ideo paratus sum vitam pro Christo finire. Maximianus tyrannus dixit: Ergo nec sacrificas, nec adoras deos, sicut et ego et omnes? Adrianus sanctus respondit: Quare dum tu erras, alios facis errare, et temetipsum perdis, et multitudinem hanc populi, quam facis adorare eos, qui sine anima sunt, ut derelinquant Deum, qui fecit cęlum et terram, mare et omnia, quę in eis sunt? Maximianus dixit: Ergo modici tibi videntur hii dii, qui sunt magni? Adrianus sanctus respondit: Neque modicos, neque magnos eos dico; | sed sunt ut nicil. Et dum hęc audisset Maximianus iussit | [194c eum lignis pessimis *tundi.

22 Audiens autem beatissima Natalia quoniam cedebatur, festinans cucurrit ad sanctos martyres, et dixit: Ecce dominus meus inquoavit martyrium. Audientes hęc sancti, statim fecerunt pro eo orationem. Tyrannus vero dixit ad eos, qui eum cedebant: Dicite ei, noli blasphemare deos. Adrianus sanctus respondit: Si ego ita torqueor pro eo quod blasphemaverim deos tuos, qui non sunt, putas nescis quanta vel qualia tibi impiissimo et crudelissimo pręparantur tormenta, qui Deum vivum et verum, factorem tuum, blasphemas? Maximianus dixit: Hęc verba illi seductores te docuerunt. Adrianus sanctus respondit: Quare seductores dicis eos, qui ductores sunt vitę ęternę? Seductores magis vos estis, qui *inlaqueatis

homines ad perdictionem. Audiens hęc tyrannus, furore repletus, iussit eum a quattuor militibus cedi. Adrianus sanctus respondit: Tyranne, in quantum multiplicas | in me diversa tormenta, in tantum mici prę- | [194d paras regni cęlestis ornatissimam coronam. Omnes vero interrogationes et responsiones, quę fiebant ad Adrianum, renuntiabat sancta Natalia sanctis martyribus. Maximianus tyrannus dixit: Parce tibi et iuventuti tuę et quare in vanum peris? Iuro tibi per magnos deos, quoniam videns pulchritudinem tuam *conpatior tibi. Adrianus sanctus respondit: Vere parco mici, ut non peream.

23 Maximianus dixit: Ergo confide in deos, ut tibi propitientur, et restituam te in locum honoris tui. Non enim similis es illis, qui tecum vincti sunt. Tu enim bene nati, et divitis filius es; licet sis iuvenis, magnis honoribus dignus es, illi autem rusticani, et filii stultorum, vel pauperes sunt. Adrianus respondit: Novi quod scias patriam meam vel genus, nec non et avos meos; si autem agnosceres illorum sanctorum bene nationem et divitias vel patriam, quam expectamus, statim cadebas | ad pedes | [195a eorum provolutus, et deprecans eos, ut orarent pro te. Sed et propriis manibus incipiebas confringere deos tuos. Audiens hęc Maximianus, iterum iratus est, et iussit eum a quattuor militibus in ventrem cedi. Et dum vidisset effundi viscera eius, iussit eum dimitti. Erat autem ipse beatissimus Adrianus iuvenis *delicatus, annorum quasi viginti octo. Et dixit ad eum tyrannus: Videsne quantum tibi parcam; si ergo solummodo voce tua invocasses deos, statim fecissem venire medicos, et curarent vulnera tua, et hodie mecum esses in palatio meo. Adrianus sanctus respondit: Quamvis promittas mici, ut curer a medicis tuis, vel etiam honores me, et introducas in regale palatium tuum, et dii tui repropitientur mici, ipsi ad me ore suo loquantur, quid mici facturi sunt, vel quod beneficium conferant animę meę, et tunc adorabo eos, et sacrificabo illis, sicut et tu. Maximianus dixit: Hii loqui non possunt. | Adrianus respondit: Impiissi- | [195b me, quibus sacrificas vel quos colis, aut quid loqueris his, qui non loquuntur?

24 Hęc quum audisset tyrannus, valde iratus est, et iussit eum cum his, qui vincti erant, diligenter ferro constringi, et rursus in ima carceris trudi, constituens diem, in qua omnes simul audiret. Et accipientes eos milites, perduxerunt in custodia. Alios trahebant, alios vero, qui soluti erant a pęnis, portabant. Beatissima vero Natalia sollicite confortabat Adrianum virum suum, et mittens manum ad cervicem eius, dicebat ei: Beatus es tu, domine meus, quoniam dignus effectus es in numero sanctorum. Beatus es, lumen meum, ut patiaris pro eo, qui passus est pro te. Perge nunc, meus dulcis, ut videas gloriam eius. Qui enim comunicaverit passioni eius, simul et glorię eius erit particeps. Et dum introissent in carcerem, reclusi sunt. Sancti vero martyres, qui cum eo vincti erant, gaudio repleti, accedentes salutabant eum, etiam et hii | qui pavimento iacebant, et | [195c ambulare non poterant, suis manibus reptantes, festinabant omnes ferre ei pacem, et osculabant eum osculo sancto. Beata vero Natalia extergebat sanguinem sancti Adriani, et perunguebat de eo corpus suum.

25 Et dum osculassent eum sancti martyres, dicebant ei: Lętare in domino, lętare quod nomen tuum scriptum est cum perfectis servis Dei, et cum sanctis angelis eius. Adrianus vero dixit ad eos: Vos gaudete; vestra enim corona est, et vester labor. Magis autem orate, ut nicil adversum me seminet diabolus: multum enim deficio corpore. Sancti vero dixerunt ad eum: Confide, carissime, quoniam non prevalebit diabolus adversum te. Longe enim effugiet a tua patientia. Et nos quidem timebamus de te, quum adhuc esses homo carnalis. Quum autem supergressus es naturam humanam, iam non poterit amplius adversarius adversum te prevalere. Ne ergo formides, quoniam Christus est victoria tua. Diaconissę vero vel alię mulieres, quę erant, noctę | permanebant in carcerem, curantes vulnera | [195d sanctorum. Alię vero curabant vulnera, alię autem suis stolis, quibus vestiebantur, extergebant putredinem vulnerum eorum. Omnes vero diviserunt sibi numerum sanctorum ad ministrandum vel curandum eos. Cognovit autem tyrannus Maximianus eo quod concurrerent ad eos multitudo matronarum, et contristatus est valde, et precepit ne ingrederentur ad eos.

26 Et quum audisset sancta Natalia eo quod prohibitę sunt mulieres ministrare sanctis, exurgens, totondit crines suas, et induit se veste virili, et sic introiebat, et curabat vulnera sanctorum. Et dum implesset ministerium suum in cura sanctorum martyrum, veniens, sedebat ad pedes beati Adriani, deprecans eum, et dicens: Domine meus, rogo te memorare coniunctionis nostrę: considera qualiter commorata sum tecum; memorare quoniam ego preparavi tibi has coronas; deprecare Dominum nostrum Iesum Christum, ut me accipiat tecum, et quomodo inimus simul in hac miserabili | vita, simul gloriemur in regna cęlestia. Memento, | [196a queso, domine meus, ut hoc primum postules a Deo nostro. Novi enim quod prestabit tibi Deus quęcumque petieris ab eo: ipse bene scis perversitatem urbis huius, et impietatem regis, nequando ab aliquo suggeratur ipsi tyranno, et me coniungat homini sine Deo; ne polluat torum tuum, vel sanctam coniunctionem nostram. Rogo te, salva coniugem tuam, sicut didicisti ab Apostolo: dona mici mercedem continentię, ut permaneam tecum, ut discant omnes mulieres per me obtemperare viris suis. Vide, dulcis meus, ne sollicitudinem tuam minime inpendas erga me.

27 Hęc quum dixisset, surrexit quomodo erat in cultu virili, et circuibat sanctos martyres ministrans eis, quemadmodum uniuscuiusque cura exposcebat. Cibavit autem omnes sanctos simplicibus ac delicatis cibis. Contriti enim erant doloribus, quia incipiebant eorum vulnera ad sanitatem perduci. Agnoscentes vero alię mulieres eo | quod totonderit | [196b se Natalia, etiam in cultu virili, introibat in carcerem, et ministraret sanctis, totonderunt se et ipse mulieres similiter. Et advenientes in cultu virili, introibant in carcerem et ministrabant sanctis, ut etiam hęę, quę erant seculares vel bene natę, ita facerent. Maximianus vero dum cognovisset quę fecerant mulieres, et quia iam in defectione erat spiritus martyrum, iussit incudem ęreum adferri, et sub eorum pedibus poni, et cum *vecte

ferreo confringi *tibias eorum, dicens: Non concedam eis, ut comuni morte sicut et ceteri homines exeant de hac vita.

28 Fecerunt ergo questionarii sicut eis iussum fuerat. Beata vero Natalia quum vidisset eos venientes, occurrens eis, deprecabatur eos, dicens: Rogo vos, ut initium faciatis ab Adriano meo, ne forte videns quemadmodum amarissima pęna sanctis infertur, timore nimio terreatur. At illi fecerunt sicut dixit eis. Et dum posuissent questionarii incudem ęreum sub pedibus eius, | beata Natalia adprehendens pedes sancti Adriani, | [196c extendit supra incudem. Questionarii vero cum magna virtute percutientes, absciderunt pedes eius simulque confregerunt crura eius. Ait iterum beata Natalia ad sanctum Adrianum: Deprecor te, domine meus, serve Christi, adhuc dum in te viget spiritus, extende manum tuam, et abscidant eam a te, ut omnibus ęqualis efficiaris sanctis martyribus Christi. Amplius enim a te illi tormenta sustinuerunt. Extendens autem beatissimus Adrianus manum suam, dedit ei. At illa superposuit eam super incudem. Questionarii vero percutientes cum ferro vecte, absciderunt eam. Et dum amovissent a beato martyre Adriano incudem, statim reddidit spiritum. Circumeuntes vero questionarii per omnes sanctos, confrigebant crura eorum. Etiam sancti martyres extendentes pedes priusquam venirent ad eos questionarii, clamabant: Domine Iesu Christe, suscipe spiritum nostrum. Et sic consummaverunt martyrium.

29 Tyrannus vero iussit corpora eorum | igni exuri, dicens: | [196d Ne forte veniant galilei, et furentur corpora eorum. Beata vero Natalia abscondit manum sancti Adriani, quę fuerat abscisa ab eo, celans eam in sinu suo, ut non simul igne cremaretur. Questionarii vero, secundum preceptum tyranni, portaverunt corpora sanctorum, ut ea mitterent in ignem. Erat autem preparatus fornax candens. Beata vero Natalia sequebatur corpora sanctorum, suscipiens in suis manibus stillantem sanguinem eorum. De quo etiam primum corpus suum perunguebat. Sequebantur vero et alię mulieres religiosę vel bene nate, suscipientes sanguinem sanctorum in linteaminibus et purpura, quod distillabat de eorum corpora. Alię vero in sinu suo suscipientes, abscondebant. Nam et vestimenta questionariorum, quę erant sanguine sanctorum infusa, clarisimę feminę conparabant ab eis auro claro vel argento, gemmis et ornamentis pretiosis. | Et quum | [197a pervenissent questionarii ad fornacem ardentem, miserunt corpora sanctorum in ignem per superiorem partem fornacis. Stantes autem mulieres cum lacrimis sic clamabant, dicentes: Memoramini, nostri domini, in requiem vestram. Natalia vero, impetu facto, cum voce magna voluit se ipsam mittere in ignem.

30 Missis autem corporibus omnium sanctorum in igne, facta sunt tonitrua magna et pluvia et grandines et coruscationes vel terremotus, ut etiam nataret velut in dilluvio civitas vel omnis locus. Simul etiam extincta est fornax ardens a multitudine imbrium et tempestatum. Questionarii vero, videntibus iram terribilem, fugierunt. Alii autem, cadentes in facies suas, expiraverunt. Currentes vero, qui aderant simul cum Natalia,

et aliis mulieribus religiosis, rapuerunt sanctorum martyrum reliquias, et invenerunt eas inlęsas, ita ut nec capillus eorum exustus esset ab igne. Religiosus vero quidam | loci illius cum sua coniuge, procidens | [197b ad vestigia Natalię vel fratrum, qui aderant rogabant, dicentes: Ecce nos iuxta civitatem manebamus, ut essemus in secreto horrentes impietatem vel sanguinis effusionem, quę fiebat a rege impiissimo in hac civitate, ideo fugientes, abimus in vico Byzantium odientes hęc loca nostra; propter quod date nobis corpora sanctorum, et mittimus ea in navicula nostra, et euntes, recondemus ea apud nosmetipsos usque dum moriatur rex iste impiissimus, et tunc translationem eorum dignissimam faciemus, ut omnes venientes, adorent eos. Si enim reliquerimus eos, hic agnoscet impiissimus rex, et tollens iterum, incendet eos, et inveniemur tradentes eos, quos Deus liberavit ab igne per tonitrua et terremotum et tempestatem.

31 Placuit hic sermo in conspectu eorum, qui aderant ibi, et mittentes corpora sanctorum martyrum in navi, pertulerunt ea in Byzantium, flante vento de *pupi, et abierunt in pace. | Natalia vero remansit | [197c in domum suam, habens secum manum beatissimi martyris Adriani; dicebat enim, ne forte conprehendantur corpora sanctorum, et inveniar ego simul tradens spem meam. Accipiens vero manum sancti martyris Adriani, involvit in purpura, infundens myrra, posuit eam in *grabato ad caput suum, nullo sciente. Post aliquantos autem dies, cognoscens quidam tribunus civitatis, quod esset in eadem civitate, beata Natalia, veniens ad palatium, rogabat regem, ut eam acciperet in coniugium. Erat enim multum dives, et prima in clarissimis mulieribus, et valde pulchra. *Tribunus vero transmisit ad eam honestissimas feminas, quę ei loquerentur de coniugio. Beata vero Natalia, audiens hęc verba, ita respondit: Et ego audiens hęc, multum gavisa sum; quis enim mici poterit prestare hoc, ut coniungerer tali viro? Sed hoc peto, ut detur mici triduum dierum spatium, ut me pręparem: | non enim me extimabam inquiri. Hęc autem propterea dicebat, | [197d volens fugare et abire, ubi erant corpora sanctorum martyrum; et his verbis seduxit mulieres, quę missę fuerant a tribuno.

32 Ipsa vero post egressum earum, abiit ad reclinatorium suum, ubi erat manu martyris Adriani, et procidens in faciem suam, clamavit ad Dominum cum lacrimis, dicens: [2] Domine, Deus noster, Deus tribulantium, Deus, qui iuxta es his qui tribulato sunt corde; respice me, ancillam tuam, et ne permittas maculari coniugem corporalem Adriani martyris tui. Rogo te, Domine, rogo ne obliviscaris tormentorum Adriani servi tui. Miserere, Domine, miserere mei, et ne inmemor sis vinculorum eius, quę sustinuit propter nomen tuum. Miserere, Domine, quia misericors es; non in vacuum facias tormenta eius, et miserias, quas vidisti quas pertulit propter nomen tuum, sed illius memor esto, et eripe me a consortio inimicorum tuorum, ut non polluat multiformis inimicus | <[b] torum | [<197 bis, a-d> Adriani servi tui. Tu, Domine qui liberasti sanctos tuos de illo igne, libera

---

[b] *Fol. 197 bis desideratur. Supplet Ms. Nouv. acq. lat. 2.179, fol. 183d-184d.*

me de expectatione impii huius. Et dum hęc oraret, ex multo merore atque tristitia soporata est. Et ecce unus de sanctis illis martyribus adstitit ei, dicens: Pax tibi, Natalia, ancilla Christi. Confide, quoniam non te despexit Deus, neque nos obliti sumus omnium laborum tuorum, quod exhibuisti in nos. Sed statim ubi apparuimus in conspectu Christi, depręcati sumus eum, ut cito venias ad nos. Cui beata Natalia dixit: Dic mici, Domine, si adsistit vobiscum ante tribunal Christi dominus meus Adrianus? Et dixit ad eam: Etiam ante nos apparuit Christo. Sed exurgens, ascende in naviculam, et navigans veni iuxta nos, ubi sunt corpora nostra. Ibi enim visitabit te Dominus, et perducet usque ad nos.>

33 <Et dum evigilasset Natalia, et in semetipsa regressa fuisset, exurgens, reliquit omnia sua; solummodo manum beati Adriani secum tulit. Et exiens, ascendit in navem, ut veniret ubi erant corpora sanctorum, et dum ascendisset navem, invenit multitudinem virorum ac mulierum, qui et ipsi fugiebant a conspectu impiissimi regis, et cum eis navigavit. Audiens autem tribunus, qui eam petierat, eo quod fugisset Natalia, ingressus palatium postulavit ab imperatore adiutoria militum; et dum ascendisset cum militibus navem, sequebatur eam, et dum navigassent quasi mille stadia, exurgens ventus contrarius, revocavit eos retrorsum unde ascenderant. Quidam autem ex eis mortui sunt de insurrectione fluctum, et dimersi sunt in profundum. Media autem nocte apparuit eis spiritus seductionis, ubi beata Natalia navigabat, in speciem navis, in qua etiam videbantur esse epipate et nautę, et dicebat eis quasi in voce naucleri: Unde existis et ubi pergitis? At illi dixerunt: Ex Nicomedia civitate egressi sumus, et in Bizantium navigamus. Dicit eis iterum spiritus erroris: Vos erratis. Non enim est ipsa navigatio vestra. Ad illam partem pergite, quę est ad sinistram. Volebat eos in pelagum mittere, et ibi eos perdere. Existimabant enim illi, quod vere naute orientales essent, et surgentes transmutabant vela, ut pergerent illuc, ubi dixerat eis spiritus. Et ecce subito apparuit eis sanctus Adrianus, velut in curru sedens, et exclamans, dixit ad eos: Venite siquidem ad modum sunt vela vestra, nec sequamini eum: ipse enim est, qui persequitur vos, ut vos perdat. Et statim non conparuit ille spiritus erroris.>

34 <Exurgens vero sancta Natalia, videns quia precedebat eos sanctus Adrianus martyr, gaudio repleta, exclamavit, dicens: Ecce, dominus meus. Et amplius non apparuit eis sanctus Adrianus. Ventus vero prosperus exurgens, deduxit eos in locum Bizantium priusquam inlucesceret, et descendentes de navi, et abierunt in domum ubi erant corpora sanctorum. Procidens vero sancta Natalia, adoravit corpora sanctorum, qui patienter omnia tormenta sustinuerunt. Et sumens sancta Natalia manum, quę fuerat abscisa sancti Adriani, posuit eam iuxta corpus eius, et inclinans genua sua, oravit. Et ingressa est in interiore cubiculum, et salutavit omnes fratres vel sorores, dicens ut orarent pro ea. Ibi enim congregatio fidelium erat, qui et rogabant eam, ut modicum requiesceret, valde enim fatigata erat de navi, et dum requievisset, statim apparuit ei sanctus Adrianus per somnium, dicens: Bene venisti in pace, ancilla Christi, et filia martyrum:

Veni ad nos in requiem tuam, veni et recipe ea, quę debentur tibi. Et statim sancta Natalia emisit spiritum.>

35 <Venientes vero fratres vel sorores, quę erant ibi, ut excitarent eam, invenerunt eam defunctam. Exurgentes vero oraverunt, et accipientes eam, posuerunt iuxta corpora sanctorum. Et dum fecissent orationem post depositionem corporis eius, signaverunt ipsam domum. Multitudo autem virorum ac mulierum permanebant ibi, abnegantes omnia, quę sunt huius seculi: serviebant Domino Deo Patri omnipotenti> | et Iesu | [198a Christo Filio eius, Deo et Domino nostro, una cum Spiritu Sancto.

36 Cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

XXXIII[a]

[Gervasii et Protasii]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] K(aput).

1 Passio beatissimorum martyrum Gervasi et Protasi, qui passi sunt in Mediolanensium urbe sub Astacio preside; die XIII kalendas iulias. Deo gratias.

2 Ambrosius, servus Christi, fratribus per omnem Italiam, in Domino salutem ęternam. In divinis voluminibus reus adscribitur, qui non studuerit dare gratis quod gratis accepit. Quicquid enim Eclesię profuturum erat subtraxisse arguitur, quum noluerit tradere omnibus quod ipse non celandum acceperit. Unde et psalmografus vates canit: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non celavi misericordiam tuam et veritatem a concilio multorum. Et pro hoc | [198b opere quasi vicissitudinem adeo[a] postulans, adiecit: Tu autem, Domine, ne elonges misericordiam tuam a me; quasi qui diceret: Sicut ego feci aliis misericordiam, ita et ipse non patiaris longe fieri misericordias tuas a me. Quur ergo ista premisimus, nisi ut vestros animos aperiamus, qui pie de Deo sentitis, et creditis de inventione sanctorum corporum, ad letitiam invitem?

3 In diebus transacte quadragesime, quum Dominus mici donasset, ut ieiunantium, et orantium, me faceret esse participem, et oratione esse positum, ita mici obrepsit somnus, ut nec vigilans aperte, nec dormiens integre, viderem apertis oculis mecum duos iuvenes vestibus candidissimis, idest *colobio et palleo indutos, calliculis calciatos, manibus extensis orantes; nullam quidem gravitudinem patiens, loqui cum eis non poteram. Sed quia,

[a] a Deo *cod.*

ut dixi, pars in me somni incumberat, quę ad eorum interrogationem, verba proferre non siniret, pene autem me evigilanti, visio eorum elapsa est. Unde factum est, ut rogarem Domini | Dei misericordiam, ut, si | [198c ludificatio dęmonum esset, abscederet; si vero esset veritas, plenius appareret.

4 Ad impetrandum quę poscebam, adeo [b] augmentavi ieiunium. Similique modo, canente gallo, orante me, apparuerunt. In tertia vero nocte, defecto ieiunio, corpore non dormienti, sed stupenti, cum quadam mici tertia apparuere persona, quę similis esset beato Paulo apostolo, cuius vultus me pictura docuerat, in tantum, ut ipse mecum, illis tacentibus, loqueretur, dicens: Isti sunt qui, apostolica monita secuti, respuentes *predia et divitias, sequuti sunt Domini nostri Iesu Christi vestigia, nicil terrenum, nicilque carnale concupiscentes, in hac Mediolanensium urbe, per decem annos in Dei servitium perdurantes, ad hoc pertingere meruerunt, ut Christi martyres efficerentur. Quorum corpora in eodem loco invenies, in quo stas et oras. Duodecim peduum altitudine opertam arcam invenies; quam arcam superius exaltabis. Quumque ab eo nomina eorum quererem, dixit mici: Ad caput eorum libellum scribtum invenies, in quo et ortus eorum, et finis scribtus est.

5 | Convocans ergo omnes per circuitum fratres, et coępiscopos | [198d urbium vicinarum, refero universa, quę viderim, quęque audierim. Ipsis coram positis, primus ego terrę fossor accesi; ceteri ępiscopi prosequuti fodientes, pervenimus ad arcam, quam sanctus prędixerat Paulus, quam aperientes, invenimus quasi ipsa hora positos sanctos miro odore fraglantes. Ad quorum caput libellum invenimus, in quo erant hęc per ordinem universa conscribta: [1] Ego servus Christi Philippus intra domum meam sanctorum corpora cum filio meo rapui et sepelivi, quorum mater Valeria, pater vero Vitalis dicti sunt, quos uno ortu geminos genuerunt: unum Protasium, et alterum Gervasium vocaverunt.

6 Sanctus igitur Vitalis militans consularis, dum fuisset cum Paulino iudice sub Rabennam ingressus, et cum videret in conspectu iudicis sui christianum quemdam, nomine Ursicinum, arte medicum, natione Ligurium, post nimia tormenta capitalem | accepisse sententiam, locus | [199a autem ubi decollabantur christiani, hoc habebat vocabulum, ut diceretur ad Palmam, arborem nimati, quę palma illic erat. Igitur, ut diximus, quum, post nimia tormenta decollandus venisset Ursicinus ad Palmam, expavit; et dum vellet male evadere, exclamavit Vitalis, dicens: Noli, noli, Ursicine medice, qui alios sanare consuisti, teipsum ęterne mortis iacula vulnerare, et qui per passionem animam posuisti ad Palmam, ne perdas coronam a Domino Deo tibi pręparatam. Audiens hęc Ursicinus, genua posuit, et spiculatorem, ut feriret hortatur: agens pęnitentiam quod expabesceret Christi martyrium, fecitque statim ipse Vitalis corpus martyris rapi et intra Rabennantium urbem sepelire cum omni honore.

---

[b] a Deo *cod.*

7 Post hęc autem ultra Vitalis ad iudicem suum ire noluit: quem Paulinus, consularis, ideo maxime teneri mandavit, non tantum quia contemsit ad eum ire, quantum hoc quod | ita christianus esse detectus | [199b est, ut etiam volentem sacrificare prohibuisset, ne periret; ita institit Dei misericordia, ut rediret ad coronam martyrii, et redderet gemam pretiosam, quam diabolus rapere studebat. Paulinus igitur consularis, iussit Vitalem levare in eculeo, ut per tormenta posset eius consensum ad sacrificandum evertere. Quumque inpositus fuisset Vitalis in eculeo, ita respondit: Infinita tibi dominatur stultitia consularis, ut putes memetipsum decipere, qui alios a periculo deceptionis liberare studui. Tunc Paulinus consularis dixit ad officium suum: Ducite eum ad Palmam, et si sacrificare contemserit, nolite eum decollare: sed facite foveam, quousque perveniatis ad aquam: et ibi eum supinum deponite, et terra atque lapidibus obruentes, dimittite eum. Quod quum fuisset impletum, Deus sibi beatum Vitalem martyrem consecravit.

8 Contigit autem post hęc, ut sacerdos Apollonis, qui hoc consilium Paulino consulari dederat, a diabolo arreptus, septem dies inerguminus clamaret, ibi ubi | obrutus est sanctus Vitalis martyr Christi. | [199c Exclamans inerguminus, hoc dicebat: Incendis me, martyr Christi Vitalis, et crucias me. Post septem vero dies precipitatus a diabolo, in flumine expiravit. Sanctus autem Vitalis est gloriosus martyr Christi, in civitate Rabennantium, prestans orationibus suis beneficia omnibus credentibus Christo, usque in presenti die.

9 Valeria autem coniux sancti Vitali<s>, quum vellet corpus beatissimi Vitalis martyris auferre, a christianis prohibita est, et sępe est in visionibus ab ipso admonita, ne sanctum corpus a malo homine bene positum violaret. Ipsa autem beatissima Valeria quum reverteretur ad urbem Mediolanensium, incurrit in homines simulacra Silvano sacrificantes, qui deponentes eam de saumario, hortabantur eam, ut cum ipsis epularetur de his, quę erant Silvano imolata. Ad hęc Valeria ita respondit eis: Christiana sum: et non mici licet de sacrificiis Silvani vestri manducare. Ad illi hęc audientes ab ea | tanta eam cede mactaverunt, ut vix | [199d seminecem eam sui homines ad Mediolanensem perducerent, ita ut intra triduum beata Valeria migraret ad Dominum. Quumque ab intestato, Gervasius et Protasius patri, hoc est sancto Vitali martyre Christi, et matris sanctę memorię, in patrimonium utriusque successissent, domum propriam, in qua nati fuerant, et res universas parentum, et casellulas venundantes, omne pretium pauperibus erogaverunt, et familiolę suę, quem ingenuam fecerunt. Post hęc autem Gervasius et Protasius in uno se cenaculo concluserunt, per decem annos lectioni et orationi adherentes. Anno vero undecimo conversionis suę, ad palmam martyrii pervenerunt.

10 Eodem tempore, superveniente comite Astacio, qui proficiscebatur ad bellum, quod a Marcomannis fuerat excitatum, tunc occurrunt comiti Astacio cultores idolorum cum sacerdotibus suis, dicentes: Si vis lętus ad augustos | nostros reverti et victor, Gervasium et Protasium | [200a

diis nostris sacrificare conpelle: vehementer enim dii nostri, de eorum contemtu comoti, responsa nobis dare contemmunt. Audiens hec Astacius comes, iussit eos teneri, et perduci ad se; quumque perducti fuissent ad illum, ait illis comes Astacius: Hortor vos et moneo, ut a deorum nostrorum iniuriis temperantes, ad immolandum eis devoti studeatis insistere, ut expetitio mea *naviter celebretur. Gervasius respondit: Victoriam de cęlo debes a Deo omnipotenti requirere, non de simulacris vanis, qui oculos habent sine lumine, aures sine auditu, nares sine odoratu, os sine sermone, manus sine tactu, pedes sine gressu, et ventre absque interioribus probantur habere, et sine flatu esse noscuntur. Tunc indignatus comes Astacius, iussit beatum Gervasium tamdiu *plumbatis tundi, quandiu exhalaret spiritum.

11 | Quo amoto, iussit sibi adstare Protasium, cui et dixit: | [200b Miser, vivere stude, et noli biothanatus fieri, sicut et frater tuus Gervasius. Cui sanctus Protasius respondens, ait: Quis est, miser, ego qui te non timeo, an tu, qui me timere probaris? Astasius comes dixit: Miser homo, ego te quomodo timeo? Protasius sanctus respondit: In hoc probaris timere me, et lędi, si non sacrificavero diis tuis. Si enim non timebas te ledi a me, ad sacrificium idolorum me non conpellebas: ego autem te non timens, contemno minas tuas et idola tua, ut stercora conputans, Deum solum, qui regnat in cęlis, adoro. Audiens hęc Astacius comes, iussit eum fustibus cedi; et dum cederetur, iussit eum erigi, dixitque ei: Protasi miser, ut quid tam superbus, et tam rebellis existis? vis perire sicut et tuum probasti perisse germanum Gervasium? Protasius sanctus respondit: Non tibi irasco, Astaci comes, sed ipsa iustitia manifestat te, quoniam cęcos oculos tui cordis adtendo: incredulitas | enim, quę in tuis sensibus regnat, non | [200c te permittit videre quę Dei sunt. Nam et Dominus meus Iesus Christus crucifigentes se non maledixit, sed potius, ut eis indulgeretur oravit. Inde ergo tui, comes Astaci, misereor, quia nescis quid facias [e]. Age ergo quod cępisti, ut mici possit cum meo fratre Gervasio hodie benignitas salvatoris ocurrere. Tunc Astacius comes iusiit eum capite plecti.

12 Quumque decollatus esset beatus Protasius, ego servus Christi Philippus abstuli cum filio meo furtim nocte corpora sancta, et in domo mea, Deo solo teste, in ista arca saxea sepelivi, credens me orationibus eorum consequi misericordiam Domini nostri Iesu Christi.

13 Qui cum Deo Patre vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti in secula seculorum. Amen.

---

[e] addens et hoc, quia nescirent quid facerent, *add in marg.*

XXXIIII[a]

[Petri et Pauli]

1 Passio sanctorum apostolorum | Petri et Pauli, qui passi | [200d sunt Rome sub Nero[ne] cesare; die III kalendas iulias.

2 In temporibus illis, quum venisset Paulus in urbem Romam, convenerunt ad eum omnes iudęi. dicentes: Nostram[a] fidem, in qua natus es, ipsam defende: non enim iustum est, ut cum sis hebreus ex hebreis veniens, gentium te magistrum indices, incircumcisorum defensor factus. Tu cum sis circumcisus, fidem evacuas circumcisionis. Quum ergo | [201a Petrum videris, suscipe defensionem contra eius doctrinam, quia omnem observationem nostrę legis evacuavit, et exclusit sabbatismum, et *neomenias, et legitimas ferias inanivit. Quibus Paulus dixit: Me iudęum esse, et verum iudęum hinc poteritis probare, quum et sabbatum observare, et circumcisionem vere potueritis advertere: nam sabbato die requievit ab omnibus operibus Deus; nos habemus patres et patriarchas et legem: quid talem predicat Petrus in regno gentium. Sed et si aliquam forte vult introducere novam doctrinam, sine conturbatione, et sine invidia, et sine strepitu ei nuntiate, ut nos videamus, et in conspectu vestro illum *obiurgabo. Quod si forte doctrina eius fuerit veris testimoniis hebreorum libris munita, decet nos [omnes] obedire ei.

3 Hęc et his similia dicente Paulo, perrexerunt iudęi ad Petrum, et dixerunt ei: | Paulus ex hebreis venit; rogat te ut venias ad eum, | [201b quoniam hii, qui eum adduxerunt, dicunt non eum posse dimittere, ut videat quem vult, antequam eum cęsari insinuent. Audiens hęc Petrus, gaudio gavisus est magno, et statim exurgens, perrexit ad eum. Videntes autem se, prę gaudio fleverunt, et in amplexibus suis diutissime morati, invicem lacrimis se infuderunt. Quumque Paulus illi omnem *textum *casuum suorum indicasset, et qualiter navigii fatigationibus advenisset, et Petrus dixiset illi, quas Simonis magi pateretur insidias, abscessit Petrus ad vesperum, mane die altera reversurus.

4 Quumque aurora diei daret initium, ecce Petrus veniens, invenit multitudinem iudeorum ante ianuas Pauli. Erat enim inter iudęos et christianos et gentes infinita conturbatio. Iudęi enim dicebant: Nos genus electum, regale amicorum Dei, Abraham, Isaac[b] | et Iacob et omnium | [201c prophetarum cum quibus locutus est Deus, quibus Deus ostendit mirabilia magna, quibus Deus ostendit secreta sua; vos autem ex gentibus, nicil in semine vestro magnum, nisi in idolis et in scluptilibus. Hęc et his similia

---

[a] Nostram *repet. suprascrib. man. post.*
[b] Ysaac *cod. semper.*

dicentibus iudęis, [gentes][c] respondebant, dicentes: Nos mox, ut audivimus veritatem, relinquimus errores nostros, et eum sequuti fuimus: vos autem et paternas virtutes scitis, et prophetarum signa vidistis, [et legem audistis (?)] et mare siccis pedibus transistis, et inimicos vestros dimersos vidistis, et columna nubis per diem in cęlum apparuit, et ignis per noctem, et manna vobis de cęlo data est, [et aquę vobis de petra fluxe sunt], et post omnia hęc idolum vobis vituli fabricastis et adorastis sculptile. Nos autem nulla signa videntes, credimus Deum, [hunc] quem vos non credentes dereliquistis.

5 Hęc et his similia contendentes, dixit apostolus Paulus, non debere has contemtiones inter se suscipere, sed hoc magis adtendere, | quia | [201d quum conplesset Deus promissa sua, quę iuravit ad Abraham patrem nostrum, quod in semine eius hereditentur omnes gentes, non est enim personarum acceptio aput Deum, quicumque enim in lege peccassent, secundum legem iudicarentur: quicumque sine lege deliquissent, sine lege perissent: es enim in humanis sensibus tanta sanctitas, ut bona laudet naturaliter, et puniat mala, quę inter se invicem cogitationes, aut accusantes puniat, aut remuneret excusantes. Hęc et his similia dicente Paulo, factum est ut mitigassent iudęi et gentes; et principes iudęorum insistebant.

6 Petrus vero his, qui eum arguebant quod sinagogiis eorum interdiceret, dixit: Audite me, fratres, Sanctum Spiritum promittentem patriarche David, quod de fructu ventris eius poneret super sedem suam. Hunc ergo, cui dixit Pater de cęlis, Filius meus es tu ego hodie genui te, hunc crucifixerunt per invidiam | principes sacerdotum. Ut autem im- | [202a pleret redemtionem necessariam seculo, permisit se hęc omnia sustinere, et sicut de costa Ade fabricata est Eva, sic ex latere Christi in cruce positi fabricaretur Eclesia, quę non haberet maculam neque rugam. Hunc Deus aditum aperuit omnibus filiis Abrahe et Isaac et Iacob, ut sint in fide Eclesie et non in infidelitate synagoge. Convertimini ergo, et intrate in gaudium patris vestri, quia quod ei promisit Dominus, et implevit; unde et propheta canit[a]: Iuravit Dominus, et non pęnitebit eum: Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec. Sacerdos enim in cruce factus est, quum hostiam sui corporis et sanguinis, pro omni seculo sacrificium prebuisset. Hęc et his similia dicentibus Petro et Paulo, pars maxima populorum credidit; pauci fuerunt, qui et ipsi fidem simulatam, non tamen aperte, possint eorum negligere monita vel precepta.

7 | Videntes autem maiores Synagogarum, et gentilium pon- | [202b tifices, sibi per predicationem eorum specialiter finem accidisse, decreverunt hoc fieri, ut sermo eorum in murmurationem populi eveniret. Unde factum est ut Simonem magum Neroni prę̨ferrent, et istos culparent. Innumerabiles enim populi dum convertuntur ad Dominum per predicationem Petri contigit etiam uxorem Neronis, Libiam, et Agrippe prę̨fecti coniugem,

---

[c] [gentes] *scriptum supra* gentibus *quod delev.*
[a] *corr. ex* canet.

nomine Agripinam, ita converti; ut a latere se suorum maritorum averterent. Per Pauli vero predicationem multi, deserentes militiam, adherebant Deo, ita ut etiam ex cubiculo regis venirent ad eum, et, facti christiani, nollent reverti ad militiam, neque ad palatium.

8 Hinc populi[s] *sedictiosam murmurationem *agentibus, Simon magus excitatus est in zelum, et cępit dicere de Petro multa mala, dicens eum magum esse, et seductorem. Credebant autem illi hii, qui mirabantur signa eius. Faciebat enim | serpentem ęreum moveri se, et lapideos | [202c canes latrare, statuas ęreas ridere et moveri, se autem currere, et subito in aerem volitare. Contra hęc Petrus infirmos curabat verbo, cęcos videre faciebat, orando dęmonia iussu fugabat; interea et ipsos mortuos suscitabat. Dicebat autem ad populum, ut ab eius seductione non solum fugerent, sed etiam *detegerent eum, ne viderentur diabolo consentire. Sic factum est, ut omnes religiosi viri, execrantes Simonem magum, et sceleratum eum assererent; Petrum vero in Dei laudibus predicarent. E contra, omnes scelerati et inlusores et seductores et pessimi, adherentes Simoni, Petrum magum, quod ipsi erant cum Simone, dicerent.

9 Qui sermo usque ad Neronem cęsarem venit, et Simonem magum ad se ingredi precepit. Qui ingressus, cępit stare ante Neronem, et subito mutare *effigies, ita ut subito fieret puer, et post hęc senior, altera vero hora adulescentior; mutabatur itaque sexu, ętate; | per multas | [202d figuras diaboli ministerio *bacchabatur. Quod quum videret Nero, vere hunc Dei Filium extimabat. Petrus vero apostolus dicebat hunc furem, mendacem, magum, turpem, sceleratum, apostaticum, et in omnibus, quę sunt Dei, veritatis adversarium, nicilque superesse, nisi iussu Dei eius iniquitas manifestata omnibus panderetur. Tunc ingressus ad Neronem Simon, dixit: Audi me, bone imperator; ego sum Filius Dei, qui de cęlo veni. Usque modo Petrum, qui se dicit apostolum, solum patiebar; nunc ergo geminatum est malum: Paulus denique, qui et ipse eadem docet, contra se sentit, et dicitur cum eo predicare quos constat, quia nisi de interitu eorum cogitaveris, regnum tuum stare non poterit. Tunc Nero, sollicitudine stimulatus, festinanter eos ad se iussit adduci.

10 Alia autem die quum introissent ad Neronem Simon magus, et apostoli Christi Petrus et | Paulus, Simon magus dixit: Hii sunt | [203a discipuli illius nazareni, quibus non est tam bene, ut sint de plebe iudęorum. Nero dixit: Quid est Nazare[n]us? Simon dixit: Est civitas in Iudea, quę semper adversum nos fecit; hęc Nazaret dicitur, et ex ipsa fuit magister eorum. Nero dixit: Deus omnem hominem monet et diligit: tu quare eos persequeris? Simon dixit: Horum enim est genus, qui totam Iudęam perverterunt, ne michi crederent. Nero ad Petrum ait: Perfidi estis vos, vel genus vestrum? Tunc Petrus ad Simonem ait: Omnibus impedire potuisti, mici autem numquam. Ipsos autem quos deceperas, per me Deus de tuo errore revocavit; et quum expertum tibi sit, quod me superare non possis, miror te qua fronte in conspectu regis te *iactes, et putas per artem tuam magicam, Christi discipulos superare. Nero dixit: Quis est Christus?

Petrus respondit: Hic est quem Simon magum se esse adfirmat. Hic autem est homo nequissimus et opera eius diabolica. | Si autem vis scire, | [203b bone imperator, quę gesta sunt in Iudea de isto, accipe litteras Pontii Pilati missas ad Claudium, et ita cognosces omnia.

11 Nero autem iussit accipi, et in suo conspectu recitari: **P**ontius Pilatus Claudio domino, salutem. *Nuper accidit, et quod ipse probavi in iudęos, per invidiam se suosque posteros crudeli condemnatione punisse. Denique quum promissum haberent patres eorum quod illis Deus mitteret de cęlo sanctum suum, qui eorum rex merito diceretur, et hunc se promisit per virginem missurum ad terras, ipsum itaque, me preside in Iudeam, hebreorum Deus quum misisset, et vidissent eum cęcos inluminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dęmones ab hominibus fugasse, mortuos etiam suscitasse, imperasse ventis, ambulasse siccis pedibus super undas, et multa alia mirabilia fecisse; quumque omnis populus iudeorum Dei Filium esse dicerent, invidia contra eum passi sunt principes sacerdotum, et tenuerunt eum, et michi tradiderunt. | Et alia pro aliis mentientes | [203c de eo, dixerunt: Istum magum esse, et contra legem agere. Ego autem ita credidi esse, et flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum, et sepulto, custodes adhibuerunt. Ille vero militibus meis custodientibus, die tertia resurrexit. In tantum autem exarsit nequitia iudęorum, ut darent pecuniam eis, et dicerent: Dicite quia discipuli eius corpus illius rapuerunt. Sed quum accepissent pecuniam, quod factum fuerat tacere non potuerunt. Nam et illum surrexisse testati sunt se vidisse, et a iudęis pecuniam accepisse. Hec ideo scribsi, ne quis aliquid aliter mentiatur, et extimet credendum mendaciis iudęorum.

12 Quumque perlecta fuisset, Nero dixit: Dic mici, Petre, ita per illum omnia gesta sunt? Petrus dixit: Ita; non te fallo. Sic enim est, bone imperator; hic Simon plenus mendaciis, et fallaciis circumdatus, ut putet se quia homo est, etiam | hoc esse velle quod Deus est. In Christo | [203d enim sunt duę substantię, Dei et hominis, quem adsumsit illa maiestas inconprehensibilis, qui per hominem omnibus dignatus est subvenire. In isto autem sunt duę substantię, hominis et diaboli, qui per hominem omnibus conatur impedire. Simon dixit: Miror te, bone imperator, hunc te talem alicuius momenti extimare hominem, inperitum, piscatorem, mendacissimum, et nec in verbo, nec in genere utilem, nec aliqua *preditum potestate. Sed ne diutius hunc patiar inimicum, modo precipiam angelis meis ut veniant, et vindicent me de isto. Petrus dixit: Non timeo angelos tuos; illi autem me poterunt timere in virtute, et confidentia Domini mei Iesu Christi, quem te esse mentiris.

13 Nero dixit: Non times Simonem, qui divinitatem suam rebus adfirmat? Petrus respondit: Divinitas in eo non est, qui cordis non *rimatur archana; | dicat nunc mici quid cogito, vel quid facio; quam cogi- | [204a tationem meam, antequam hic mentiatur, prius tuis auribus insinuo, ut non audeat mentiri quę cogito. Nero dixit: Accede huc, et dic mici quid cogitas. Petrus respondit: Iube mici adferre panem ordeaceum, et occulte dari.

Quumque hoc iussum fuisset, occulte precepit adferri, et dari Petro. Petrus dixit: Dicat quid cogitatum, quid dictum, quidve sit factum. Nero dixit: Vis ergo, ut credam quia hęc Simon ignorat, qui et mortuum suscitavit. et seipsum decollatum post die tertio representavit, et quicquid dixit, ut faceret, fecit? Petrus dixit: Sed coram me non fecit. Nero dixit: Coram me adstante hęc omnia fecit. Nam et angelos iussit ad se venire de cęlo, et venerunt. Petrus respondit: Ergo si quod maximum est fecit, quare quod minus est non faciat? Dicat quid cogitaverim, et quid fecerim. Nero dixit: Quid dicis Simon? | Ego me inter vos non convenio. Simon | [204b dixit: Petrus dicat quid cogitem. Petrus respondit: Quid cogitet Simon me scire dicam, dum dixerit quid cogitaverim. Simon dixit: Hoc scias, bone imperator, quia cogitationes hominum nemo novit, nisi unus, Deus; *ceterum Petrus mentitur. Petrus respondit: Tu ergo, qui Filium Dei te dicis, dic quid cogitem, quid fecerim modo in occulto; si potes, exprime. Petrus autem benedixerat panem, quem acceperat ordeaceum, et in dextera atque sinistra manica conlocaverat.

14 Tunc Simon, indignatus quod dicere non poterat secretum apostoli, exclamavit, dicens: Procedant canes magni, et devorent eum in conspectu cęsaris. Et subito apparuerunt canes mire magnitudinis, et impetum fecerunt in Petrum. Petrus vero, extendens manum in orationem, ostendit canibus quem benedixerat panem. Quem ut viderunt canes, subito nusquam conparuerunt. | Tunc Petrus dixit ad Neronem: Ecce ostendi tibi | [204c certissime quid cogitaverim, non verbis, sed factis. Nam quia angelos promiserat contra me esse venturos, canes exhibuit, ut se ostenderet angelos caninos habere. Tunc Nero ad Simonem ait: Quid est Simon? puto victi sumus. Simon dixit: Hic, et in Iudea, et in tota Palestina, et Cesarea, ista mic[h]i fecit, et sępe mecum decertando, didicit quia hoc ei erat contrarium; me ergo ut evadat, ista dicit: nam cogitationes hominum nemo novit nisi unus, Deus. Et Petrus ad Simonem dixit: Ceterum, Deum te esse mentiris: quare non manifestas cogitationes singulorum?

15 Tunc Nero conversus ad Paulum, sic ait: Tu quare nicil dicis, Paule? Paulus respondit: Hoc scito, cęsar, quia si dimiseris istum magum tanta agere, magnum malum patrię tuę adcrescit, et regnum tuum ab statu suo deicietur. Nero Simoni dixit: Quid dicis, tu, Simon? | Simon | [204d respondit: Ego nisi aperte manifestavero deum me esse, nemo mici *venerationem debitam exhibebit. Nero dixit: Ut quid moraris, et non ostendis te Deum esse, ut isti puniantur? Simon dixit: Iube mici turrem altam fabricare ex lignis, et ascendam super eam, et vocabo angelos meos, et precipiam eis, ut cunctis videntibus, in cęlum perferant me ad patrem meum. Hoc isti, dum facere non potuerint, probabis eos homines esse *inperitos.

16 Nero autem Petro dixit: Audisti quid Simon dixit? Ex hoc apparebit quantam virtutem habet vel ipse vel deus suus. Petrus dixit: Obtime imperator, si velis poteris intelligere eum, quia diabolo plenus est. Nero dixit: Quia mici verbum verum *ambiguum facitis, crastinus dies probabit vos.

17 Simon dixit: Credis, bone imperator, quia magnus sum, quum mortuus fuerim et resurrexerim. Egerat enim perfidus Simon *prestigio suo, ut diceret Neroni: Iube me decollari in obscuro, et | ibi dimitti | [205a occissum, et si non tertia die resurrexero, sci[a]s me magum fuisse: si autem resurrexero scias me esse Filium Dei. Et quum hoc fieri iussisset Nero in obscuro egit arte magica, ut aries decollaretur. Qui aries tamdiu [Simon] visus est, quamdiu decollaretur aries. Decollatus autem in obscuro, quum scrutatus fuisset qui eum decollaverat, et caput eius protulisset ad lumen, invenit caput berbecinum. Sed nihil voluit dicere, ne se ipsum detegeret, qui iussus fuerat hoc in abditis perpetrare. Hinc enim dicebat se Simon die tertia resurrexisse, qui caput berbecis tulerat, et tertia die ostendit se Neroni, et dixit: Fac sanguinem meum, qui effusus est, tergi; quia ecce qui decollatus fueram, sicut promisi, die tertia resurrexi.

18 Quum ergo dixisset Nero crastinus dies vos probabit, conversus ad Paulum ait: Tu, Paule, quare nicil loqueris, aut quis te docuit, aut quem magistrum habuisti, | aut qualiter in civitatibus docuisti, vel qua- | [205b les extiterunt per tuam doctrinam? Puto enim nullam te habere sapientiam, nec virtutem aliquam posse perficere. Paulus respondit: Putas me contra hominem perfidum et disperatum, magum, maleficum, qui animam suam morti destinavit, cuius interitus et perdictio cito adveniet, me isti debere loqui, qui fingit se esse quod non est, et arte magica hominibus ad perdictionem inludit? Cuius tu verba, si volueris audire, vel facere, perdis animam tuam, et imperium tuum. Hic enim homo pessimus est, et sicut egyptii magi Iamnes et Mambres, qui pharaonem et exercitum eius miserunt in errorem, quousque dimergeretur in mari; sic et hic patris sui diaboli *peritiam hominibus persuadet, et multa mala facere per *nigromantiam, et cetera mala, si qua sunt [apud] homines, et sic multos incautos inducit ad intentionem imperii tui. Ego autem verbum diaboli, quod per hunc hominem diffundi video, | gemitus cordis mei ago cum Spiritu | [205c Sancto, ut cito possit ostendi quid sit; nam quantum se exaltari putat ad celos, tantum dimergitur in infernis inferioribus, ubi est fletus, et stridor dentium.

19 De doctrina autem magistri mei, de qua me interrogasti, non eam capit, nisi qui fidem mundi pectoris habuerit; nam quecumque sunt pacis et caritatis ea docui, et per circulum, ab Ierusalem usque ad Ilyricum[a], replevi omnia verbo pacis. Docui, ut se invicem homines diligant: docui, ut sibi invicem honorem perferant: docui sublimes et divites, ut non se extollerent, nec sperarent in incerto divitiarum, sed in Domino ponerent spem suam: docui mediocres victu et vestimento esse contentos: docui pauperis in sua paupertate gaudere: docui parentes docere filios suos disciplinam timoris Dei: docui filios obtemperare parentibus, et monitis salutaribus: docui possidentes reddere tributum | cum sollicitudine: | [205d docui negotiatores reddere vectigalia ministris reipublice: docui uxores

[a] Iliricum *cod.*

diligere viros suos, et timere eos quasi dominos: docui viros fidem servare coniugibus, sicut illas viris suis servant pudorem; quod inponit maritus in uxore adultera, hoc inponit in marito adultero ipse pater, et conditor rerum, Deus: docui dominos, ut *mitiose cum servis suis agant: docui servos, ut fideliter, et quasi Deo, ita serviant dominis suis: docui ęclesias credentium, unum et omnipotentem, invisibilem et inconprehensibilem, colere Deum. Hęc autem mici doctrina non ab hominibus, neque per hominem aliquem, data est. sed per Iesum Christum et Patrem glorię, qui mici de cęlo loquutus est; et dum mitteret me ad predicationem Dominus meus Iesus Christus, dixit mic[h]li: Vade, et ego ero in te spiritus vitę omnibus credentibus in me. Et omnia quęcumque feceris, aut dixeris, ego sanctificabo.

20 | Nero, his auditis, obstupuit, et conversus ad Petrum, | [206a dixit: Quid dicis Petre? Et Petrus ait: Omnia quęcumque loquutus est Paulus vera sunt; nam multi sunt anni, per quos accepi litteras ab ępiscopis nostris, qui sunt in universo orbe romano: et pene omnium civitatum ępiscopi sancti scribserunt mici de dictis, et de factis eius. Nam quum persequutor esset legis Christi, vox eum de cęlo vocavit, et docuit veritatem, quia non erat per invidiam persequutor fidei nostrę, sed per ignorantiam. Fuerunt enim ante nos seudochristi, sicut et Simon; fuerunt et seudoprophete, qui contra sacros apices venientes, evacuare studuerunt veritatem, et contra hoc necesse erat agere hunc virum, qui ex infantia sua nic[h]il aliut studii gesserat, nisi divine legis scrutare mysteria, in quibus hoc didicerat, ut defensor veritatis et persequutor | existeret | [206b falsitatis, quia ergo persequutio eius non ex *emulatione fiebat, sed ex defensione legis, ipsa veritas eum adloquuta est, dicens: Ego sum veritas, quam defendis: cessa me persequi, quia ego ipse sum pro qua videris dimicare contra inimicos veritatis. Ergo quum cognovisset ita esse, deseruit quod defendebat, et cępit defendere hanc, quam persequebatur semitam Christi, qui est via pure ambulantibus, veritas nicil fallentibus, vita credentibus.

21 Simon dixit: Bone imperator, intellege conspirationem horum duorum adversum me; ego enim sum veritas, et isti adversum me sapiunt. Petrus respondit: Nulla est veritas, infelix, in te, sed ex solo mendacio: omnia ista dicis, et facis. Nero dixit: Paule, tu quid dicis? Paulus respondit: Quod a Petro audisti, hoc et a me dictum crede; unum enim sentimus, quia unum habemus Dominum Iesum Christum. Simon dixit: Putas me, bone imperator, cum his habere | disputationem, qui adversum | [206c me consensum fecerunt? Et conversus ad apostolos, dixit: Audite me, Petre et Paule; hic vobis nicil facere possum. Veniamus ubi vos a me oportet iudicari. Paulus respondit: Bone imperator, vides quales minas nobis ostendit? Petrus dixit: Quur non inrideas hominem vanum, et alieni capitis, qui ludificatus a dęmoniis, putat se manifestare non posse? Simon dixit: Ego vobis parco quousque ostendam virtutem meam. Paulus respondit: Quasi tu hinc exiturus es sanus? Petrus dixit: Nisi viderit Simon virtutem Domini nostri Iesu Christi, non credit se Christum non esse.

22 Simon dixit: Sacratissime imperator, noli istis credere, quia hii sunt qui circumciduntur, et circumcidunt. Paulus respondit: Nos antequam veritatem cognosceremus, carnis circumcisionem tenuimus; at ubi veritas apparuit, cordis circumcidimur, et circumcidimus. Petrus dixit: Si mala est circumcisio, | tu quare circumcisus es? Nero dixit: Ergo Simon | [206d circumcisus est? Petrus respondit: Nec aliter poterat decipere animas, nisi iudeum se simularet, et legem Dei se docere ostenderet.

23 Nero dixit: Tu, Simon, ut video, zelo duceris, et ideo istos persequeris: est enim zelu[s] magnu[s], ut video, inter te et Christum eorum: et vereor, ne ab eis convincaris, et magnis malis consumtus esse videaris. Simon dixit: Seduceris, imperator. Nero dixit: Quid est seduceris? Hoc quod in te video evidenter, hoc dico; adversarium esse Petri et Pauli, et magistri eorum. Simon dixit: Pauli Christus magister non fuit. Paulus respondit: Qui Petrum per se presens docuit, ipse me per revelationem instruxit, nam quum nos accusat circumcisos, dicat ipse quare circumcisus est? Simon dixit: Quare hoc interrogasti? Paulus dixit: Est ratio, ut te interrogemus. Nero dixit: Quur vereris respondere illis? Simon respondit: Ideo quia a Deo precepta est | circumcisio illo tempore, quo ego | [207a eam suscepi. Paulus dixit: Audi, bone imperator, quid Simon dixerit. Si ergo bona est circumcisio, tu quare circumcisos tradidisti, et coegisti eos precipitanter occidi?

24 Nero dixit: Sed nec de vobis bene sentio. Petrus et Paulus responderunt: An tu de nobis bene sentias vel male non ad rem pertinet; nobis enim necesse erit, ut quod promisit magister noster fiat. Nero dixit: Quid si ego noluero? Petrus respondit: Non quod tu volueris, sed quod nobis ipse pollicitus est fiet. Simon dixit: Bone imperator, hii homines circumvenerunt clementiam tuam, et obligaverunt te. Nero dixit: Sed nec tu adhuc me de te confirmasti. Simon dixit: Quantis rebus bonis, et signis, me tibi demonstravi! Miror quid adhuc dubitare videris. Nero dixit: Ego neque dubito, neque cuiquam vestrum consentio, sed magis quod interrogo responde mici. Simon dixit: Nicil tibi iam respondeo. | Nero dixit: | [207b Ideo hoc dicis, quia mentiris. Simon respondit: Propter quod tibi mentior, ne aliquid mici facere poteris. Nero dixit: Si ego tibi nicil facere possum, Deus, qui potens est, faciet tibi. Simon dixit: Iam tibi responsurus non sum.

25 Nero dixit: Nec ego te conputem aliquid; ut enim sentio, fallax es in omnibus. Ut quid plura? Toti tres in constabilitum animum vestrum ostenditis, et me ita dubium in omnibus fecistis, ut non cognoscam cui credere possim. Petrus dixit: Unum esse Deum Patrem in Christo salvatori cum Spiritu Sancto creatorem omnium [rerum] predico, qui fecit cęlum et terram, mare et omnia, quę in eis sunt, qui verus rex est, et regni eius non erit finis. Nero dixit: Quis est rex dominus? Paulus respondit: Salvator omnium gentium. Simon dixit: Ego sum quem dicis: et scitis, Petre et Paule, quia non vobis contigit quod cupitis, ut martyrum vobis fieret. Petrus et Paulus responderunt: | Numquam tibi bene, Simon, sit, | [207c mage et amaritudine plene.

26 Simon dixit: Audi, cęsar; ut scias istos falsos esse et mendaces, et me de cęlis missum, crastina die in cęlis vadam, et eos, qui in me credunt, beatos faciam; in istos autem, qui me negare ausi sunt, iram meam ostendam. Petrus et Paulus responderunt: Nos olim vocavit Deus ad gloriam suam: tu autem, a diabolo iam vocatus, ad tormenta festinas. Simon dixit: Audi me, cęsar Nero; istos insanos a te separa, ut dum venero ad patrem meum in cęlis, possem tibi esse propitius. Nero dixit: Et unde hoc probabimus, quia in cęlum vadas? Simon dixit: Iube turrem excelsam fieri ex lignis, et trabibus magnis, ut ascendam in illam: ut quum in ea ascendero, angeli mei in aera venient ad me, non enim in terra inter peccatores ad me venire possunt. Nero dixit: Volo videre si imples quod dicis. Tunc Nero precepit in campo Martiale turrem excelsam fieri, | [207d et precepit, ut omnes populi, et omnes dignitates, ad istum expectaculum convenirent.

27 Altera vero die in omni concentu iussit Nero Petrum et Paulum ad hoc expectaculum presentari; quibus sic ait: Nunc habet veritas apparere. Petrus et Paulus dixerunt: Non eum nos deteginus, sed Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, quem hic se ipsum esse mentitus est. Et conversus Paulus ad Petrum, dixit: Meum est genibus positis Deum exorare, tuum est Deum *impetrare, [quoniam] tu prior electus es a Domino. Et positis genibus orabat Paulus; Petrus autem, intuitus Simonem, dixit: Incipe iam quod cępisti, adpropinquavit autem et tua detectio et nostra vocatio; video enim Christum meum vocantem me et Paulum. Nero dixit: Et quo ituri estis contra volumtatem meam? Petrus respondit: Quo nos accersivit Dominus noster. Nero dixit: Quis est Dominus vester? Petrus respondit: Dominus Iesus Christus, quem ego video nos vocantem. Nero dixit: | Ergo et vos in cęlum ituri estis? Petrus respondit: | [208a Quod ipsi placuerit qui vocat nos. Simon dixit: Ut scias, imperator, istos fallaces esse, mox, [cum] in cęlo ascendero, mittam ad te angelos meos, et faciam te ad me venire. Nero dixit: Fac ergo quę dicis.

28 Tunc ascendit Simon [in turrem] coram omnibus, et extensis manibus, coronatus lauro, cępit volitare; populus vero mirari et venerari cęperunt, plerique dicentes: D[e]i esse potentiam, non homini[s], qui cum corpore volitaret, nicil tale Christum fecisse. Et Nero, ut vidit, Petro sic ait: Verax homo est iste Simon: tu autem et Paulus seductores estis. Cui Petrus sic ait: Sine mora scies nos veraces esse Christi descipulos: hunc autem non esse Christum, sed magum et maleficum. Nero dixit: Adhuc perseveratis? et ecce videtis eum ad cęlum penetrare. Tunc Petrus aspiciens Paulum dixit: Erige caput, et vide. Quumque levasset caput Paulus, lacrimis | plenum, et vidisset Simonem volantem, sic ait: | [208b Petre, quid cessas? perfice quod cępisti: iam enim nos vocat Dominus Iesus Christus.

29 Et Nero, his auditis, subrisit, et dixit: Isti vident se victos: modo del[e]rant. Et Petrus dixit: Modo probabis nos delerare. Paulus ait Petro: Fac iam quod faciebas. Et aspiciens Petrus contra Simonem, ait: Adiuro

vos angeli Satane, qui eum in aera fertis ad decipienda hominum infidelium corda, per Deum creatorem omnium, et per Iesum Christum, quem tertia die suscitavit a mortuis, Sanctumque Spiritum Paraclitum, ut eum ex hac hora non iam feratis, sed dimittatis. Et continuo dimissus, cecidit in loco, qui Sacra Via dicitur, et in quattuor partes fractus, quattuor silices [cruore] madidavit, qui sunt ad testimonium apostolice [veritatis] usque in hodiernum diem.

30 Tunc Nero teneri fecit Petrum et Paulum in vinculis. Corpus autem Simonis iussit diligenter | tribus diebus custodiri, putans | [208c eum tertia die resurgere. Cui Petrus dixit: Hic iam non resurget, quoniam vere mortuus est, et in ęterna pęna damnatus. Cui Nero dixit: Quis tibi permisit tale scelus facere? Petrus respondit: Contemtio eius; sed, si intellegas, multum ei prestitum est ut periret, ne tantas a Deo multipli[ci]cationem supplicii sui inferret blasphemias. Nero dixit: Suspecto animo me fecistis, ideoque malo exemplo perdam. Petrus dixit: Non quod tu vis hoc fiet, sed quod nobis promissum est necesse est consummari.

31 Nero ad prefectum suum Agripam dixit: Utrosque homines istos inreligiosos necesse est male perdere: et ideo cardis ferreis iubeo eos inaumagia consummi, et omnes huiuscemodi homines male consummari. Agripa prefectus dixit: Sacratissime imperator, non congruenti eos exemplo iube puniri. Nero dixit: Quare? Agripa respondit: Quoniam Paulus innocentior videtur, | Petrus autem homicidii reus est, in- | [208d super et inreligiosus. Nero dixit: Ergo quo exem[plo] peribunt? Agripa respondit: Ut mici videtur, Paulo religioso, caput amputari; Petrum autem, eo quod homicidii reus est, insuper et homicidium perpetraverit, iube eum in cruce levari. Nero dixit: Obtime iudicasti. Et deducti sunt Petrus et Paulus a conspectu Neronis. Paulus decollatus est in via Ostensi [t]. Petrus autem, dum venisset ad crucem, ait: Quoniam Dominus meus Iesus Christus de cęlo ad terram descendit, recta cruce sublimatus est; me autem, quem de terra ad cęlum vocare dignatus est, ideo crux mea caput meum in terra debet ostendere, et pedes ad cęlum dirigere. Ergo quia non sum dignus ita esse in cruce, sicut Dominus meus, girate crucem meam. At illi verterunt crucem, et pedes eius sursum fixerunt, manus vero deorsum.

32 Convenit autem innumerabilis | multitudo, maledicentes | [209a cęsarem Neronem, et ita sunt incensi furore, ut vellent ipsum cęsarem incendere. Petrus autem prohibebat eos, dicens: Ante paucos dies rogatus, a fratribus abscedebam, et occurrit mici Dominus meus Iesus Christus, et adoravi eum, et dixi: Domine, quo vadis? Et dixit mici: Sequere me, quia vado Romam iterum crucifigi; et dum sequerer eum, redii Romam, et dixit mici: Noli timere, quia ego tecum sum, quousque introducam te in domum Patris mei. Et ideo, filioli, nolite impedire iter meum; iam pedes mei celestem viam ambulant: nolite tristari, sed gaudete mecum, quia hodie fructum laborum meorum consequor. Et quum dixisset, ait: Gratias

---

[t] Ostensi *manus post. delev. et corr.* Ostiensi.

tibi ago, bone pastor, quia oves, quas tradidisti mici, conpatiuntur mici; peto, Domine, ut participentur mecum de gratia tua. Comendo tibi oves, quas mici consignasti, ut non sentiant sine me esse, qui te habent, per quem ego | gregem hunc regere potui. Et hęc dicens, emisit spiritum. | [209b

33 Statimque apparuerunt ibi viri sancti, quos numquam nemo viderat antea, nec postea videre potuerunt, et dicebant se propter ipsum de Ierosolymis advenisse. Et ipsi una cum Marcello inlustre viro, qui crediderat, relinquens Simonem, Petrum sequutus fuerat, abstulerunt corpus eius occulte, et posuerunt eum ad Terebinctum, iuxta Naumagie, in locum, qui appellatur Vaticano[e]. Illi autem viri, qui se de Ierosolymis dixerant advenisse, dixerunt ad omnem populum: Gaudete et exultate, quia patronos magnos meruistis habere, et amicos Domini nostri Iesu Christi; sciatis autem hunc Neronem regem pessimum, post necem apostolorum regnum tenere non posse.

34 Accidit autem post hęc, ut odium exercitus sui, et odium populi romani incurreret, ita ut statuerent diem, ut publice *catomis tamdiu cederetur, quousque, ut erat meritus, spiritum exhalaret. | Quod quum | [209c pervenisset ad eum hoc consilium, inruit in eum tremor, et metus intolerabilis, et fugi[i]t, ita ut ulterius non appareret. Extiterunt autem qui dicerent eum in silvis, dum erraret fugiens, et frigore nimio vel fame diriguisset, a lupis esset devoratus.

35 Sanctorum autem apostolorum dum a grecis corpora tollerentur ad Oriente ferenda, extitit terremotus nimius, et cucurrit populus romanus, et conprehenderunt eos in locum, qui dicitur Catacumbas, via Apia, miliario tertio, et ibi custodita sunt corpora eorum anno uno, et mensibus septem, quousque fabricarentur loca sanctorum, in quibus fuerunt prius posita corpora eorum, et tum deinde illic revocata sunt cum gloria hymnorum, atque reposita: sancti Petri in Vaticano Naumagie, et sancti Pauli in via Ostensi, miliario secundo, ubi usque hodie prestantur beneficia omnibus advenientibus orationes eorum modo et quousque hic mundus steterit.

36 | Regnante Domino nostro Iesu Christo: qui est honor et | [209d gloria in secula seculorum. Amen.

XXXV[a]

[Petri et Pauli *(iterum)*]

1 Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt Rome sub Nerone cęsare; die III kalendas iulias. Deo gratias.

2 In diebus illis, erant Rome Petrus et Paulus, doctores christianorum, sublimes operibus, clari magisterio; qui virtute operum suorum Nero-

---

[e] Baticano *cod. semper.*

nem adversum fecerant, captum a magi Simonis[a] deliramentis, qui sibi animum eius conciliaverat. Cui adiumentum victorię, subiectiones gentium, vitę longevitate, salutis custodia feralibus artibus pollicebatur, atque ille credebat, qui vim rerum nesciret examinare. Denique sumum apud eum tenebat | amicitię locum: quando quidem etiam pręsulem suę salutis | [210a viteque custodem arbitrabatur. Sed ubi Petrus eius vanitates atque flagitia detexit, et species illum rerum mentiri, non solidum aliquid aut verum efficere demonstravit; ludibrio habitus, et digno est merore consumtus. Et quamvis in aliis terrarum partibus Petri esset expertus potentia, tamen perveniens Romam, ausus est se iactare, quod mortuos resuscitaret.

3 Defunctus erat id temporis Rome adulescens nobilis, propinquus cęsaris. Quum universorum dolore admovere plerique experiendum, utrum posset resuscitari, celeberrimus in his operibus Petrus habebatur. Sed apud gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium: perrectum est ad Petrum; fuere etiam qui Simonem arcessiendum putarent: uterque adfuerunt. Ait Petrus Simoni, qui de sua se iactaret potentia, prior esset partes dare, ut si posset, mortuum resuscitaret. | Si ille non | [210b resuscitasset se non diffiditurum, ut Christus opem ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon, qui putarat apud urbem gentilium plurimum suas valituras artes, condicionem proposuit, ut si ipse resuscitasset mortuum. Petrus occideretur, qui magnam potentiam pollicebatur, sic enim apellabatur, lacescendo iniurias inrogavisse; sin vero pręvaluisset Petrus in Simonem, pari genere vindicaretur. Adquievit Petrus.

4 Adorsus est Simon, et accessit ad lectulum defuncti; incantare atque inmurmurare dira carmina ut cępit, visus est agita[re] caput, qui mortuus fuerat. Clamor ingens gentilium, quod iam viveret, quod loqueretur cum Simone. Ira et indignatio in Petrum, quod aussus esset conferre se tanta potestati. Tunc sanctus apostolus poposcit silentium, et ait: Si vivit defunctus, loquatur; si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuletur: fantasma illut esse, non veritatem, quod videatur caput movisse. | Denique | [210c separetur, inquit, a lectulo Simon, et tunc ne id quidem ostentui futurum. Abducitur Simon a lectulo: manet sine specie motus alicuius, qui mortuus erat. Adstitit Petrus longius, et intra se orationi paulisper intentus, cum magna voce ait: Adulescens, surge: sanet te Dominus Iesus Christus. Et statim surrexit adulescens, et loquutus est, et ambulavit, et cibum sumsit, et dedit eum Petrus matri suę. Qui quum rogaretur ut ab eo non discederet, ait: Non derelinquetur ab eo, qui illum fecit surgere, cuius nos servi sumus. Secura esto, mater, de filio, non verearis, habet custodem suum.

5 Et quum populus in Simonem insurgeret, ut lapidaretur, ait Petrus: Satis est ad pęnam eius, quod cognoscit suas artes nicil valere; vivat, et Christi regnum crescere videat vel invitus. Torquebatur magus apostoli gloria. Colligit se, atque omnem excitat potentiam carminum suorum,

---

[a] Symonis [Symon-nis] *cod. semper.*

congregat populum, offensum se dicit a gallis: relicturus urbem, | [210d quam tueri solebat. Diem statuit, pollicetur volatum, quod supernis sedibus inveheretur: cui quandoque vellet, cęlum peteret. Conscendit, statuto die, montem Capitulinum, ac se de rupe deiciens, volare cępit. Populus mirari et venerari, plerique dicentes: Dei esse potentiam, non hominis, qui cum corpore volitaret, nicil tale Christum fecisse.

6 Tunc Petrus in medio stans, ait: Iesu Domine, ostende ei vanas artes suas esse, ne hac specie populus iste, qui crediturus est, decipiatur. Decidat, Domine; sic tamen, ut nicil se potuisse vivens recognoscat. Et statim in voce Petri, inplicatis remigiis alarum, quas sumserat, corruit, nec exanimatus est; sed fracto debilitatoque cruore, Ariciam conscendi concessit atque ibi mortuus est. Quo conperto, deceptum se Nero, et destitutum, dolens tanti casu amici, sublatumque sibi virum utilem, et necessarium reipublice, indignatus, querere cępit causas quibus Petrum occideret. Et iam tempus advenerat, | quo sancti vocarentur apostoli Petrus et Paulus. | [211a

7 Denique dato, ut conprehenderentur, precepto, rogabatur Petrus, ut sese alio loco conferret. Resistebat ille, dicens: Nequaquam se facturum, ut tamquam metu mortis territus cederet: bonum esse pro Christo pati, qui pro omnibus se morti obtulisset: non mortem illam, sed inmortalitatem futuram, quam indignum, ut ipse fugeret passionem sui corporis, qui multos doctrina sua conpulerit hostias se pro Christo Domino offerri sibi debere secundum Domini vocem, ut et ipse in passione sua Christo gloriam atque honorem daret. Hęc et alia Petrus obtexere; sed plebs lacrimis querere, ne se relinqueret, et fluctuantem inter procellas gentilium destitueret, victus fletibus Petrus, cessit: promisit se urbem egressurum.

8 Proxima nocte, salutatis fratribus, et celebrata oratione, proficisci solus cępit. Ubi ventum est ad portam, videt sibi Christum occurrere, et adorans eum, dixit: Domine, quo venis? Dicit ei Christus: Iterum venio crucifigi. | Intellexit Petrus de sua dictum passione, quod in eo | [211b Christus passurus videretur, qui patitur in singulis: non utique corporis dolore, sed quadam misericordię conpassione, aut glorię celebritate. Et conversus, in urbem rediit; captusque a persequutoribus, cruci adiudicatur. Poposcit ut inversis vestigiis cruci adfigeretur, quod indignus esset, qui simili modo crucifigeretur, ut passus est Dei Filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, ut Christus predixerat, vel quia persequutor non invitus, indulget pęnarum incrementa, et ipse et Paulus, alter cruce, alter gladio, necati sunt. Et florent orationes eorum modo et quousque hic mundus steterit.

9 Regnante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

XXXVI[a]

[Justae et Rufinae]

| = L 211b-212d; || = P[1] 210d-212a; / = P[2] 211b-212c.
'| = M[1] 51a-b (fragm.)

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] II[a]. [4] [Lectio] V[a]. [6] [Lectio] VII[a]
[2] [Lectio] III[a]. [5] [Lectio] VI[a]. [7] [Lectio] VIII[a].
[3] [Lectio] IIII[a].

1 Passio sanctarum virginum et martyrum Iustę et Rufinę, quę passę sunt Spali | in civitate sub Diogeniano preside; | [211c
3 die xvi kalendas agustas. Deo gratias.

2 Magna est et plurimum laudabilis constantia virtutis, / quę passionis tolerantia coronatur. Iusta siquidem et / [211c
3 Rufina, fęmineo sexu fragiles et mediocri paupertate pertenues, patientes, caste, religiose, curam domus suę gerebant, [1] nicil habentes, et omnia possidentes. Erat autem illis usus mercandi ficti-
6 lium vasculorum, de quo *questu indigentiam inopum satiabant, sibique tantum quod ad victum diei et tegumentum sufficeret procurabant, quotidianis orationibus pure operam inpendebant.
9 Sciebant enim se non frustra nec incassum devota mente exhibere Deo.

3 [2] Sed quia semper adversarius vetustissimus inimicus in servos et ancillas Dei emulationis || et invidię suę flamas || [211a
3 oblectat, gravissimas pęnas indicit, ut tormentis sęvientibus bene fixas mentes evertat, | ungulas et gladios comminatur, ut | [211d animas terreat innocentes, et dicata Deo corda conturbet. [3] Sed

---

1. 1 Passio] Torna duabus foliis et invenies Passio sancti Christophori, si velis *add. in marg. alia manus* virginum et *om. P[1]*
2 Yspalim *P[1]* 3 XVI[o] *P[1]* Deo gratias *om. P[1]*.
2. 3 paupertatem *P[1]* 6 indigentia *P[1]* 7 tegimentum *P[1]*
8 quodtidianis *P[1]* 9 incasum devote *P[1]*.
3. 2 flammas *P[1]* 4 cominatur *P[2]* 6 debeatur *P[1]*

6 quibus debebatur in tanto certamine sęvissima pęna, simul aderat
et parata victoria. Iam tempus certaminis gloriosi fervebat, et
divinum examen pugna cęlestis urguebat, et specialis agonis stu-
9 dium parabatur, nec diutius differri poterant spectacula Dei.

4 Inter / hęc quippe, quę a Domino agebantur, / [211d
quum sanctissimę fęminę Iusta et Rufina distrahendorum vas-
3 culorum gererent curam, occurrit eis nescio quod *monstruum et
inmane *portentum, quod perditorum gentilium turba Salambo-
nem appellant, postulans sibi ab his aliquid beneficium dari. [4] Quę
6 quum resisterent, et dare nollent, dicentes nos Deum colimus, non
manufactum istud idolum, quod nec oculos, neque manus, neque
|| pedes habet, neque spiritum viventem in se; sed si eget || [211b
9 *stipem aliquam, aut inopiam patitur, accipiat a nobis, nam nos
ei aliter non damus.

5 | Ille vero, qui in formam Zabuli latens, humeris | [212a
idolum baiulabat, ita turbulenter invectus est, ut quęcumque in
3 usum vascula mercandi habere poterant fęminę sanctissimę Iusta
et Rufina, omnia penitus conteriret et frangeret. [5] Illę vero reli-
giosę et nobiles fęminę, non damno paupertatis comote, sed ad
6 dextruendum tanti dedecoris malum, idolum reppulerunt, statim-
que ad terram corruit cominatum. Tunc veluti admissum sacri-
legium videbatur, et divulgabatur ore gentilium, reasque illas et
9 morti obnoxias tanti criminis proclamabant.

6 Erat autem / tempore illo Dioge<nian>us preses | [212a
deditus ritui et ob<serva>tione gentili, [6] ad cui<us aures> quum
3 rei geste nu<ntius cucur>risset, iubet prot<inus devotissi>mas
fęminas in a<rtissima> carceris recludi c<ustodia> et easdem
ad civi<tatem Spalensem> deduci, || adposi<tis idoneis> || [211c
6 copiosissimisque, c<ustodibus.> Quum autem in ead<em civi-
tatem> | venissent, iubet eas sub tortorum metu suppliciis | [212b

---

7 gloriosi certaminis P^1 8 speciali P^1 8-9 studium] stadium P^1
9 diutius dif[f]erri *L* differri diutius P^1.

4. 2 quum] cum P^1 5 appellant] vocant P^1 6 quum] cum P^1 7 istut *L*, P^2 nec] neque P^1 9 aliquem P^1
10 damus] *L alia man. litt. uncial.*

5. 2 invectus] inventus P^1 4 conteriret] contriret *L*, P^2
5 damna P^1 commote P^1 7 comminatum P^1.

6. 2 quum] cum P^1 3 rei geste] regi *(corr. ex rege)* gesta P^1
4 custodiam P^1 easdem] eas P^1 5 adpositis] appositi P^1

subiugari. [7] Sistuntur igitur devotę et dicatę Deo fęminę in cons-
9 pectu crudelissimi iudicis Diogeniani; et quum necdum adhuc
pęnale illut reorum lignum per moras itineris cucurrisset, telarias
deferri iubet, ne tanti furoris crudelitas, aliqua interveniente dila-
12 tione, languesceret. Suspenduntur statim non ad pęnam, sed ad
gloriam; ungulis vexari iubentur. Madebant viscera cruore pur-
pureo, sed martyrium promittebant. Presidis interrogatio admis-
15 sum sacrilegium nuntiabat, sed confessio sanctarum martyrum,
nicil aliud quam Christum, Dominum rerum omnium, invocabat.
Quas quum Diogenianus vidisset hilares vultu et lętis animis exul-
18 tare, et tamquam nicil fuissent perpessę doloris, ita pronuntiat:
|| <.\.>dhuc eas maiori squalore et carceris || [211d; / [212b
custodia ac famis <i>nopia cruciate.

7 Post aliquantos autem dies, quum ad montes | [212c
Mariani locum Diogenianus ire disposuisset, iussit sanctas fęmi-
3 nas per aspera et fragosa loca nudis pedibus properare, '| [51a
quarum erant pedes calciati in evangelio pacis; nicil illis durum,
nicil asperum videbatur, sed totum illut iter quasi pulverem con-
6 culcabant. Interesa quum iam tempus imineret promerendę victo-
rię, et tot cruciatibus differri non posset digna et Deo debita
corona, Iusta sanctissima efflantem in carcere animam, et purum
9 Deo comendans spiritum obtulit consecratum. Quumque hoc ad
Diogenianum presidem obtio carceris pertulisset, corpus eius in
altissimo valde puteo precipitari prece<pit.> Quod quum cogno-
12 visset factum eo tempore vir religiosus, qui e<t> antestis Sabinus,
extractum de puteo sanctę Iustę corpusculum, in cimiterio Spa-
lense honorifice conlocavit.

8 || Beatissima <vero> Rufina, quę in carcere || [212a
reman<serat> iussione Diogeniani presidi<s,> | fractis | [212d
3 cervicibus, devotum Deo emisit spiritum. Cuius corpus in anfi-
theatrum deferri mandavit, ut illic flamis atrocibus cremaretur.
Cuius siquidem corpus, etsi igne combustum, / sed Deo / [212c

---

6. 16 aliut P^1 Dominum *om.* P^1 invocabant P^1.
7. 1 quum] cum P^1 2 sanctas] sanctissimas P^1 4 quarum] *Incipit cod.* M^1 quarum erant pedes] quorum erat pedibus P^1 6 inmineret P^1 7 deferri P^1 8 efflante P^1 9 conmendans P^1 9-10 in altissimum valde puteum P^1 13 extracto P^1.
8. 1 vero] autem P^1 2 iussionem P^1 4 flammis P^1

6 devotum, pari honorificentia est sepultum. Sic sanctę Dei marty-
res consimiles passione, '| quamlibet exitu discrepantes, '| 51b
unius tamen glorię beatitudinem consequentes, expectant e cęlo
9 celerem iucunditatem; merentur nunc coli, quę Abrahe prome-
ruerunt iam sinibus conlocari.

9 Regnante Domino nostro Iesu Christo, qui martyres suas
in pace suscepit: cui est honor, virtus et potestas in secula secu-
3 lorum. Amen.

XXX<VII>

[Christophori et comitum]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] Or[atio]. [2] Or[atio].

1 Passio sancti ac beatissimi <ma>rtiris Christofori, et comitum eius <martyrum, qui> passi sunt in civitate Antiochia[a] <sub> Decio Cesare; die VI idus iulias. <Deo gratias>.

2 <I>n temporibus illis, <era>t multa insania, <et> multitudo copi<os>a idola colentium. | Quum hęc igitur invalesceret ad- | [213a versus fidem christianorum, exiit edictum a principibus temporibus illius, ut omnes Deum colentes inmundarum ęscarum idolatrię degustarent; eos vero qui contradicerent tradi, et diversis pęnis affligi. Accipientes autem iudices hunc edictum a sacrilego imperatore, devastabant Eclesiam Dei. Ut cognoscamus ergo omnes christiani quia non solum christianos adiuvat Deus noster, sed etiam [et] eis, qui ex gentibus nuper convertuntur ad Dominum, mercedis est retributor, et probatos constituit ad suam scientiam.

3 Quidam autem vir, cum esset alienigena regionis eorum, qui homines manducabant, qui habebat terribilem visionem, et quasi canino capite, in bello conprehensus est e comitibus temporibus illius, et perductus est ad regem. Probavit autem illum in numero *armarianorum, qui adsistebant ad manum regis. Quum autem proponeretur impiisimum edictum a iudice,

---

5 conbustum M^1 Deo L, P^2, M^1 7 consimilis P^1 exitus P^1
9 iucunditatem] iudicantem M^1 10 Abrae P^1 sinibus] senibus M^1.

9. 2 honor] et gloria *add.* P^1 3 Amen *om.* P^1.

[a] Antiocia *cod.*

hic ei beatissimus non poterat | loqui nostrę linguę sermonem. | [213b Corde autem perturbabantur viscera eius valde. Egrediens autem de palatio foris, proiecit se in faciem, deprecans Deum dari sibi loquelam per virtutem Christi. Deus autem, diligens humanum genus, non distulit, sed statim adstitit in similitudinem viri fulgentis, dicens: Surge. Et adprehendens ei manum, erexit eum, et aperiens os eius, insufflavit in eum, et dedit ei spiritum intellectus, et loquebatur omnia quęcumque volebat. Et dixit illi Dominus: Confortare, et viriliter age; multi enim habent credere in me per te. *Certare ergo valde; ego enim sum tecum; ne timeas quomodo loquaris regi.

4 Quum ergo accepisset gratiam a Domino, promto ingressus animo est, et vidit multos, qui torquebantur, et cępit dicere: O scelesti et instabilis culturę ministri, et animas vestras traditis Satane, et timentes Deum vobiscum perdere vultis. Et adiecit: Ego christianus sum, et non sacrificabo dęmoniis perditis. | Et loquebatur ista, habens chlamydem | [213c super faciem suam. Quidam autem ex contumeliosis ministris, audiens eum blasphemare deos, cępit percutere eum in faciem. Quum autem dedisset ei tres alapas, proiciens vestimenta sua, dixit illi, qui eum percusserat: Teneor a Christo, vinctus sum a salvatore, et non possum tibi aliquid facere. Si autem exacerbaveris cor meum, tu apud me non eris, neque rex tuus corruptibilis.

5 Tunc videns vultum eius inmutatum, et terribile factum, dedit se retrorsum, et abiens, dixit regi: Est hic quidam vir, cui quum exponeretur edictum a iudice, apparuit in conspectu totius populi terribilis aspectus, supereminens hominum multitudinem. Etenim, narrare quis potest speciem visionis eius? ne forte Deus christianorum exaudiet orationes eorum, et hunc misisset in auxilium eorum. Istum vero nisi acceleraveris et interfeceris, omnes avertere habet a sacrificiis deorum. Dęcius rex dixit: Dęmonium habes, et sic tibi visum est. | Quid vidisti? Dic. Et ait: Quod | [213d vidi renuntio meo domino; caput eius terribile ita ut canis est: capilli capitis eius nimium expansi, rutilantes sicut aurum. Oculi autem eius sicut stella matutina, et dentes eius velut apri prominentes. Magnitudinem autem eius sermo non sufficit enarrare. Loquitur autem verba turpissima adversus te et deos. Quum ergo talia audissem, cępi cedere eum. Dixit autem mici: Quia teneor a Christo; sin autem, et te interficerem et regem tuum. Et ideo hęc ago, adnuntio domino meo regi, ut scias hoc homine manifestum esse quod dico.

6 Decius rex dixit: Hic homo noster est, et quomodo talia loquitur? Qui dixit: Nescio, domine meus. Tunc iubet Decius militibus, dicens: Ite et conprehendite eum. Si non consenserit vobiscum venire, particulatim carnes eius incidite. Solumodo mici caput eius adferte, ut videam qualis sit, si vere ipse sit an alius. Hęc eis cogitantibus, beatus | Rebrebus | [214a ingressus domum Domini, ante altare fixit virgam suam contra fenestram, et procidens in faciem suam, adoravit, dicens: Domine Deus meus, fac virgam istam frondescere, si vere vocasti me ad meditanda eloquia tua.

Et statim virga fronduit, et fides virum confortavit. Tunc promto animo factus, oravit, dicens: Gratias tibi ago, Domine Deus meus, quia dignatus es me humilem et peccatorem tuę gratię sociari.

7 Eo autem orante, mulier quedam, consuetudinem habens, ingressa est ad colligendas rosas, et videns eum sedentem et plorantem, reversa est retro, et abiens, narravit vicinis suis, dicens: Quidam homo Dei est hic. Sed et iam tormenta adversus eum pręparantur: ego scio. Hęc illa dicente, supervenerunt milites, querentes beatum Rebrebum. Quum audissent autem sermonem mulieris, dixerunt: Ubi vidisti hominem? ostende nobis. | [214b Et ostendit eis illum ubi sedebat. Intrantes autem milites, dicunt ei: Quis es, aut quare ploras? Dicit eis: Fortier me oportet flere pręę omnibus hominibus, quia ignorans Deum, non sum *incusatus umquam, nunc autem, cognoscens Deum, tyrannidem patior. Dicunt autem illi milites: Nos ad te sumus missi, ducere te ligatum ad nostrum regem. Dixit ergo eis athleta Christi: Si non volumtarie venero, vos non potestis me vinctum ducere. Christus enim meus adest, a vinculis me dissolvens, et eripiens me a Satana patre vestro. Hęc audientes, confundebantur amplius loqui ei. Deus autem glorificavit suum servum.

8 Dixerunt ei milites: Si non vis venire nobiscum, quiesce, et nos abeuntes, dicemus regi: Non enim eum invenimus; et tu discedens, perge quocumque volueris. Beatus autem dixit: Non ita; sed etiam ego veniens, ostendam vobis virtutem Dei mei. Solummodo expectate me paululum. Illi autem dixerunt: Sumtus nostri expensum est ex | tempore, | [214c quod te querimus. Nunc autem, si tibi non placet venire nobiscum, remane. Et dixit eis: Audite meam vocem, et manducabitis bona. Milites autem promto animo dixerunt: Quid est quod vis? Dic nobis. Et dixit illis: Deponite ea, quę superaverunt vobis, et orabo pro vobis ad Dominum meum, et videbitis virtutem Dei mei. Iterum dicit eis: Vivit Deus in quem credidi, quia panem abundantię dabo vobis. Illi autem dixerunt: Credimus tibi, quia magni Dei homo es tu. Tunc sanctus oravit, dicens: [1] Domine Iesu Christe, qui quinque panes benedixisti et multitudinem copiosam saturasti, Deus meus, exaudi me famulum tuum, et fac mecum misericordiam, ut omnes hic adstantes in hac oratione, tui servi efficiantur et glorificent te verum Deum.

9 Exaudivit Dominus deprecationem servi sui, et mittens angelum, benedixit, et multiplicati sunt, ita ut omnes satiarentur, et sacculos suos impleverunt. Et glorificaverunt Deum, et dixerunt: Vere magnus est Deus christianorum, | et exaudit eos, qui sperant in eum. Et nos credi- | [214d mus in eum per quem has virtutes facis, quia potens est salvare nos. Beatus autem Rebrebus cępit psallere, dicens: Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini. Respondebant autem milites. Conpleto vero psalmo, inclinantes genua sua adoraverunt. Et surgentes accersierunt presbyterem sancti loci, nomine Petrum. Veniens autem babtizavit milites, similiter autem et beatum Rebrebum, et vocavit nomen eius Christoforus, id est Christum induens.

10 Babtizatis autem eis, exultantibus in Domino, cępit beatus Christoforus exhortare eos, et dicere: Fratres mei dilectissimi, quem confessi estis, aut ad cuius militiam provocati estis? Deus enim est, qui vocavit vos ad suum regnum. Quid vultis ut faciamus? Illi autem dixerunt ei, sicut ex uno ore: Deus nos inluminavit per te. Nunc ergo tu nobiscum es, quod vis, fiat. Qui dixit eis: Eamus ergo ad regem, ut meliorem coronam accipiamus. Omnes autem promto animo ibant, | habentes Deum secum. | [215a Iterum dixit eis beatus Christoforus: Videte, fratres, ut quum induxeritis me ad regem, omnia, quę precipientur vobis, faciatis absque dubitatione. Ego vero pro vobis orabo, et sicut me videritis agonizare, et vos similiter faciatis. Hęc autem eo dicente, properabant ad civitatem. Et dicit eis beatus Christoforus: Fratres mei, ligate me, ne forte ut quis videt me non ligatum, accuset vos, et inveniamini culpabiles propter me. Illi autem protulerunt pręparatam catenam. Ipse vero post tergum faciens manus, ligaverunt eum sicut arietem electum ex magno grege, in sacrificium Deo paratum; et ita prolatus est regi.

11 Rex vero videns vultum eius, properavit cadere de sede sua. Dixit autem ei athleta fortissimus Christi: O infelicissimum regnum, et corruptibilem! Si me servum Dei ita timuisti, Deo rationem quomodo redditurus es? Punire enim te Deus habet, et exiget de manibus tuis animas, | [215b quas perdidisti. Decius rex dixit: Cuius religionis, vel [ex] quo genere es, aut quis vocaris? Beatissimus dixit: Si velis scire cuius religionis sim, christianus sum. Genus autem meum meus vultus indicat. Nomen autem meum, quod vocatum est a parentibus, Rebrebus; postquam autem inluminatus sum, Christoforus sum vocatus. Decius rex dixit: Vanum hoc nomen inposuisti tibi eius, qui dicitur Christus, quia nicil tibi prod<e>erit. Nunc autem imola dis, et per deos quia munera et honores accipies a me. Beatissimus autem dixit regi: Neque substantiam tuam cupio, neque vitam tuam admiror; sed scias me magno regi salvatori nostro Christo credere. Inde, quod vis fac: ego enim non sacrificabo dęmoniis surdis, sicut et tu ipse surdus es.

12 Decius dixit: Nescis cui adstas, ut talia loquaris. Amara tormenta provides tibi ipsi. Christoforus dixit: Ignoras, rex, quia dum me torques, Deum exacerbas, et dęmones honoras? Tunc rex iratus iubet eum suspensum ungulis radi. | Horis autem multis transactis, sanctus | [215c martyr non respondit quicquam, sed tantummodo Domino loquebatur et deprecabatur. Iterum iubet eum torqueri fortiter. Et quum denudatę fuissent costę eius, ministri dicunt ei: Miserere tibi ipsi et nostri, et sacrificare. Quid enim tibi est dicere quia imolo? et vives. Beatissimus dixit: Si autem pęnam ęternam conspiceretis, non servos Dei cruciaretis.

13 Tunc dicit officium: Sunt duę mulieres meretrices in hac civitate. Has iube adduci, et pretiosissimis vestimentis induantur, et variis unguentis, et sic prącludamus eum in domicilio parvo una cum ipsis, et blandiantur ei, et inclinent eum ad nostros *libitus. Placuerunt autem regi

sermones isti. Et quum factum fuisset, illę, sicut erant doctę agere, volentes victoriam facere, prestrepebant sibilis, et plausu manuum circumveniebant eum. Beatus autem Christoforus positus erat in oratione. Et completa oratione, surrexit de loco | in quo orabat, et dixit mulieribus: Quid | [215d queritis? Qui [sic] dixerunt: Vultus tuus terret nos; et non audebant ei loqui. Iterum dicit ad eas: Quid venistis huc? At illę dixerunt ad semetipsas: Multum peccavimus, quia dura causa nobis evenit. Si autem permanserit intendens nos, perimus. Nunc autem quid faciemus? Dii non adiuvant nos.

14 Dicunt autem ad sanctum Christoforum: Et nos credimus in Deum, quem et tu confessus es, tantum si obliviscatur nostra pecata. Qui dixit eis: Quę enim sunt peccata vestra? In homicidio, an in maleficiis conscię estis? Dicite, ut offeram pro vobis orationem ad Dominum. Illę vero dixerunt: Nequaquam, domine. Hęc [non] sunt in nobis, sed in hoc, quod prostitute fuimus, ita et gessimus. Meretrices fuimus et gentilies usque nunc. Imo magis de morte, quos potuimus eruimus, et venundatos servos redimimus. Hęc eis dicentibus, ingressus est | clavicularius carce- | [216a ris, et dicit eis: Surgite; ecce vocatio vestra: vocat vos rex. Sed deprecor te, sancte Dei, ne obliviscaris me in tuo bono martyrio. Oblatus est autem regi sanctus Christoforus. Iubet ergo adduci duas mulieres, et dicit eis rex: Quid est? Suasisti viro huic sacrificare diis? Quę dixerunt: Nos magis consensimus magno regi, et non est in aliquo alio salus nisi in ipso, quemadmodum predicat famulus Dei: unus Deus solus, qui fecit cęlum et terram. Tui autem dii cinis sunt, et nemini prodesse potuerunt, nisi ad perdendum.

15 Decius rex dixit: Et vos seductę estis per illius magicis artibus, et vos huic credidistis? Una autem ex ipsis, nomine Gallenice, dixit: Nos non magicis artibus seductę sumus, sed Deo credere volumus, et mori pro ipso. Decius dixit: Vocate mici *carpentarium artificem. Officium dixit: Adstat, domine. Decius dixit: Fac mici cubitalem lignum quadratum, et seca eum per medium, et perfice illut, [et adfer mici], ut in amaritudinem anima eius finiam. | Quum autem perfecisset illut, paratum est in | [216b conspectu regis. Et iussit mitti mamillas eius in eo, et suspendi capillis, et duos lapides molares adpendi ad pedes eius. Et de pondere lapidum costę eius evulsę sunt, et pellis cervicis eius cum carne detracta est, ita ut nicil in ea humanum videretur. Videns autem beatus Christoforus, oravit, dicens: Deus meus, esto memor ancillę tue, quia tua famula est. Et dixit ad eam: Cursum tuum consummatum est, oratio tua accepta est. Perge ad Dominum, et memor esto mei. Et hęc eo dicente, beata Gallenice bono somno requievit.

16 Quum hęc consummata esset, iussit adduci ancillam Dei Aquilinam. Et dixit ei rex: Aquilina, miserere tibimetipsi, et imola diis, et per deos, non parcam auro, donec per omnes civitates statuas tibi faciam, et te honorabo magnifice, ut cognoscas tu ipsa quia bonum est deos colere. Aquilina dixit: Et quibus diis iubes me sacrificare? | Decius dixit: | [216c

Sacrifica Herculi[b], Iovi et Apollini. Aquilina dixit: *Fidens tuis preceptis, imolare debeo. Decius dixit: Sicut sapiens mulier facis. Et iussit linteamina magna a palatio usque ad templum expandi, ut super exambularet, et odoramenta diversa spargere ante illam, et precones ante eam clamare, et dicere: Aquilina amicissima deorum, imolat diis; omnes convenite.

17 Ingressa autem in templum idolorum, dixit adstantibus populis: Respicite in me, et ad sacrificium quod sacrifico. Ascendens autem in locum ubi stabant simulacra, dicit ad simulacrum Iovis: Deus es tu? Et non dixit ei verbum. Et iterum dixit: Loquere mici, si vere deus es. Ancilla accessi, quid vis ut faciam? Et non erat vox neque responsum. Ancilla vero Dei dixit: Vę mici peccatrici! Irati sunt quia offendi eos. Sacerdotes vero dixerunt: Pęnitere, et magnus deus Iovis *propitietur tibi. Quę inridens, dixit: Rogabo eos, ne forte propitientur peccato meo. Et hęc dicens, tulit zonam suam, et sudarium circumposuit simulacrum | Iovis, et | [216d ad se trahens, deiecit illum; factumque est statim ut arena. Currens autem ad Apollinem, dixit: Isti dii dormiunt, non vigilant, ut servos suos proprios non exaudiant. Similiter et huic circumposuit, et deiecit illum, et fractus est in tres partes, ut omnes videntes dicerent: O audacia mulieris, quę non timuit talia simulacra. Et dixit ad Herculem: Accelera gressus tuos, si deus es tu, ne te interficiam. Et exiliens, circumplexata est manibus suis idolum, et deiecit illum. Et dixit adstantibus populis: Vocate medicos, et curent deos vestros. Et iterum dixit: Vę generi humano, qui in terrore positus est dęmonum.

18 Beati autem milites gavisi sunt valde. Diabolus vero, videns se ipsum derisum, iratus est sacerdotibus suis, dicens: Ut quid mici hoc fecistis? Ut quid maleficam istam induxistis mici? Surgentes, tollite eam, et perducite eam ad regem, ut eam perdat. Tunc surgentes sacerdotes adprehenderunt eam, et protulerunt eam ad regem, dicentes: | Hanc | [217a insanam ut quid nobis hic misisti? quia magnos deos conminuit, et si non tenuissemus eam, unum de his non dimisisset. Tunc dicit ei rex: Nonne consensisti mici, mala mulier, imolare diis? Et dixit ei: O rex, sicut oportuit imolavi. Si autem vis, permitte me, ut ceteris imolem.

19 Tunc nimium iratus est rex, et iussit subulam adferri, et terebrari calcaneum eius, ut usque ad scapulam penetraret, et sic eam suspendi, et duos lapides molares adpendi ad pedes eius, et unum in collo eius. Quę respiciens famula Dei, sancto Christoforo dixit: Deprecor te, famule Dei, ora pro me, quia laboro. Beatissimus autem dixit: Domine, Deus meus, ne permittas ancillam tuam diu cruciari, sed accipe animam eius, quia tua est famula. Orante autem eo, bono somno requievit ancilla Dei. Et quum consummata fuisset hęc beatissima, iussit tyrannus serva[re] corpora beatissimarum martyrum, ut incenderet ea. Consummate sunt autem octavo kalendas iulias.

20 | Tunc iubet adduci beatissimum Christoforum, et dixit | [217b

---

[b] Erculi *cod. semper.*

ei rex: Pessimi nominis, et deformis, aliene a diis, oportuerat te magis solum perire, et non ornamenta civitatis per magicas perdere artes. Christoforus dixit: Ego huius operis auctor non sum, sed Christus, qui elegit proprium aurum, et in palatio suo probavit me dignum sibi. Tu ergo, rex, age et confortare, ut scias quomodo occurras multitudini credentium in Domino. Multos enim oportet credere per me. Et respiciens ad milites, dixit: Venite, societatem faciamus, ut maximas coronas mereamur. Illi autem continuo, sicut ex longa peregrinatione venientes, proicientes arma et vestes suas in faciem regis, prociderunt ad pedes sancti Christofori, et adoraverunt eum, dicentes: Ave, famule Dei excelsi. Vocatio tua lumen nobis factum est. Et dicunt ad regem: Nos christiani sumus, et non imolamus iam demoniis amplius. Decius dixit: Ve mici, quia supervenientes tyrannides mici facti sunt. Beatus Christoforus dixit: Noli timere. Gehenne enim nullus | succesor tibi existit. Nos enim christiani sumus. | [217c

21 Tunc rex iubet secedere servum Dei, et illis secrete cepit dicere: Filioli mei, quid peccavi in vobis, quia abscessistis a me? Forte equi vestri defecerunt, aut vestis vobis deest, aut annone? Venite ergo vos, penitemini, et quicquid peccavi, satisfaciam. Obsecro ne me solum relinquatis, et multos honores dabo vobis. Ipsi autem quasi ex uno ore dixerunt regi: Equos nostros tu sede, et nostras annonas tu manduca, et vestes nostras tu indue in tartaro magno, qui te suscepturus est, et omnem adinventionem tuam tu fruere. Nos autem, ex quo cognovimus servum Dei perfectissimum, solidam escam accipientes, et Christo Domino credentes, ignem et tormenta contemnimus. Tunc iratus tyrannus dixit: Ne forte et alii accedant ad illos, hii celerius interficiantur. Iubet ergo capita eorum amputari. Ministri autem continuo decollaverunt eos.

22 Post hec iubet Decius | sanctum Christoforum adduci, et | [217d dixit ei: Miserabilis homo, quid tibi profuit tanta insania? Immola, et parce tibi ipsi de tormentis, que tibi inminent. Beatissimus Christoforus dixit regi: Demon multiformis, filius Satane, iam sufficit tibi, et confundere. Mici autem non prevalebis, si septies tantum efficiaris. Iratus rex iussit fieri scamnum ereum adversus statum hominis, et poni in medium civitatis, et clavis configi sanctum desuper in scamno. Et quum factum fuisset, iussit adferri copiam lignorum, et *nucleum olivarum multum nimis, et decem et octo mensuras olei, et picem multum inponi super ligna, et ita subposuerunt ignem a tribus partibus. Calefactum autem pice et oleo, decurrebat fluvius igneus per circuitum flamme, ita ut multitudo gentilium perirent. Volumtate autem Dei ventus flavit, et minavit flammam contra domos, que proxime fiebant, et succendit eas, et ruerunt | [218a triginta domos.

23 Consumta autem flama, venit multitudo gentilium et christianorum videre mortem beatissimi martyris, ut mererentur benedictionem reliquiarum eius. Et quum omnes flerent, beatissimus Christoforus surrexit, et super scamnum stetit, dicens: Fratres, audite me omnes. Videbam me ipsum in hac ora stare in mediam civitatem, et vidi virum pulchrum. Aspectus

eius fulgebat ut sol, vestimenta eius splendida sicut lumen. De corona autem eius enarrare non sufficio. Milites autem pauci erant cum eo. Et vidi alium nigrum, et teterrimum aspectui, capilli capitis eius sicut catena contortilis. Conmiserunt autem bellum, et invaluit ignobilis adversus nobilem, et gloriabatur in sua confidentia. Momento autem hore transacto, conversus gloriosus expugnavit eum, et exercitus eius interfecit, et volumtatem eius exterminavit.

24 Hęc audientes populi, clamaverunt, dicentes: | Unus est | [218b Deus in quo credit sanctus Christoforus. Vere non frustra laboravit; scit enim ad quem confugiit. Et nos tibi credimus, qui potes salvare sperantes in te, Domine Deus. Et simul decem milia crediderunt, et clamaverunt, dicentes: Omnipotens Deus, tibi credimus. Miserere nobis, salvator noster, et dignos fac servos tuos, Christe, et ne dederis in predam tuam substantiam; sed dona, Domine, servis tuis lavacrum inmortalitatis et indumentum incorruptionis, quia tibi est gloria in secula seculorum, amen. Et quum crassent, ecce presbyteres tres venerunt, et babtizaverunt eos, et psallebant, dicentes: Accedite ad Dominum, et inluminamini, et vultus vestri non erubescent. Et quum omnes benedicerent Deum, percussus est dolore Satanas; et transfiguratus in homine, abiit ad regem, et dixit ei: Dii tamquam minus idoneum te reputaverunt, quia non prevaluisti unum ex ipsis nocere, sed imo magis tu victus es. Si enim non fugieris, forsitan et | [218c tu morieris. Decem milia enim unanimes crediderunt in Christo, et querunt te interficere. Ego igitur sic audivi eos dicentes, et festinavi renuntiare tibi. Quum autem audisset rex hęc, fugiit.

25 Mane autem facto, precepit ut sacrificia celebrarentur; et precones clamabant, dicentes: Sacrificium diis exsolventes omnes convenite; et cum festinatione currebant. Beatissimus vero Christoforus, adprehendens multitudinem christianorum, venit ad locum ubi erant incensa, et cępit psallere, dicens: Clarus est paradisus; modicum sustineamus, ut coronemur. Et respondebant dena milia simul, ita ut prę suavitate vocis multitudo gentilium convenirent ad eos. Miserabilis autem diabolus iterum accedens ad regem, dixit ei: Culturam nostram perdidisti, si non festinaveris. Tunc rex in multo furore accensus, congregata multitudine exercitus, venit ad locum ubi erant, qui in Deum credebant, et faciens capita | septem | [218d concisit eos ex omni parte. Nec enim decollavit eos, ut est consuetudinis, sed sicut lupus ingrediens in ovile absque pastore, sic eos concidit.

26 His igitur expletis, iussit tyrannus fieri fornacem, et ibi corpora eorum mitti; et sedens prope iussit usque in finem [con]cremari ea. Ministri autem regis habebant [i]bi furcas ferreas in manibus suis, et ipsa ossa, quę non ardebant, conterentes, convertebant ad ignem, et conburabantur. Iterum iubet impius adferre saccos, et ibi mitti favilla eorum, ut nullus christianorum tangeret ea. Et dum hoc cogitaret, oravit beatus Christoforus, dicens: Omnipotens Deus, invisibilis salvator, visita servos tuos. Intende, Domine, nequitiam inimici, quoniam tyrannus gloriatur disperdere ossa famulorum tuorum. Tu autem dixisti, Deus, quia unum ex

eis non conteretur. Nunc ergo vide, Domine, contritos | famulos | [219a tuos usque in ossibus suis propter nomen tuum, Domine, et fac misericordiam, pastor bone.

27 Et quum hęc orasset sanctus Christoforus, amator generis humani, Deus, exaudivit preces eius, et factus est terremotus circa fornacem, ita ut sedes regis rueret. Multitudo autem virorum dixerunt regi: Vere contristasti Deum, et peccasti in famulum eius. Terremotus autem perseverabat usque ad vesperum, et omnes, qui ibi erant, fugierunt. Audiens autem arcediaconus ępiscopi Athanasii [e], una cum fratribus suis rapuerunt reliquias sanctorum, et prętulerunt eas in civitate Italia superiore.

28 Iterum iubet impiisimus rex oferri sibi beatum Christoforum, et dicit illi: Rebrebe, ut quid tale decretum desiderasti, et tantas insanias ostendisti? Nunc ergo consenti absque tormentis, et imola magnis diis. Sin autem, per deos magnos, male te finiam. Martyr autem Christi dixit: Omnis iniquitatis inventor, discipulus diaboli, ęternę consors gehenne, | iam certus factus es quia eis, qui a te dii dicuntur, neque con- | [219b sentio, neque sacrifico. Habeo firmum Deum, qui me fecit. Decius dixit: Adferatur lapis magnus, quem vix triginta iuvenes movere possunt. Et iussit forare lapidem, et ibi mitti capillos capitis eius, et trahi per omnem plateam. Quum autem traherent eum multitudo virorum, lapis contrivit pectus sancti martyris, et multi christianorum collegerunt de corpore sancto eius.

29 Qui autem trahebant eum cedebantur a prępositis, et cogebantur ut fortiter traherent. Dixerunt autem ad sanctum martyrem: Miserere tibi ipsi et nobis: trahendo enim defecimus. Qui dixit eis: Annonas regales manducatis, et non prevaletis servum Dei nocere? Solvite me, et videbitis virtutem Dei mei. Videntes ergo eum velut mortuum, et ita contritum, volventes lapidem inposuerunt super eum, et dimiserunt eum iacentem quasi mortuum. Dominus autem adstitit, et revolvens ab eo lapidem, vivificavit membra eius contrita. Et surgens, | tulit lapidem ma- | [219c nibus suis, et abiit ad regem, et dixit ei: Vis ut percutiam te de hoc? Rex vero iussit eum teneri usque in crastinum.

30 Mane autem facto, iubet eum oferri sibi. Et quum adsisteret, dixit ei rex: Per deos, iam vereor tibi aliquid amplius dicere; sed et dolens, tibi dabo sententiam. Athleta vero Christi dixit: Bene dixisti, rex, quia dolere te fecit Deus meus. De cetero fac quod vis. Festino enim ad cenam Domini mei Iesu Christi; nam et fratres mei, qui prącesserunt, sustinent me. Da sententiam celerius. Rex vero dixit: Iudicio deliberasti magis mori, quam vivere nobiscum in gloria? Sanctus vero Christoforus dixit. Inimicus sum huius glorię, et dęmonum tuorum, quos adoras. Iratus rex iterum dixit: Rebrebus, qui non consensit magnis diis, et precepta mea contemsit, propter hoc iubeo eum decollari et decollatum ardere.

31 Et accepta sententia, exeunt de palatio. Sanctus vero Christoforus

---

[e] Atanasii [Atanasius-i] *cod. semper.*

cępit psallere, ita dicens: Salvasti enim nos | ex affligentibus nos, | [219d et eos, qui nos oderunt confundisti. Et conversus ad milites, dixit: Sustinete me modicum, ut orem. Et ait: Domine, Deus meus, tu retribue regi huic secundum quod gessit in me. Et hęc dicens, abiit ad locum pręparatum. Et iterum dixit militibus: Sustinete me modicum, ut iterum orem. Qui dixerunt: Habe spatium sicut vis orare. Expansis autem manibus suis ad cęlum, dixit: [2] Deus, memor esto humilitati meę, et dignare mici perfectum cursum ostendere, ut exultem in gloria tua, Domine. Et ecce terremotus factus est magnus, ita ut multitudo, qui aderant, caderent. Et ecce aperti sunt cęli, et vidit sanctus Christoforus Dominum venientem ad se, et chorum magnum iustorum, et quattuor angelos in aera, quorum similitudo splendoris sicut firmamentum cęli septempliciter splendentis. Et positum est thronum, et sedit Dominus, ita ut multi mirarentur videre gloriam, quę apparuerat.

32 | Beatus igitur Christoforus quum vidisset hanc gloriam, | [220a ad vestigia Domini est provolutus, et dixit: Quo ore, vel quo corde, clarificabo te, Domine, quia dignatus es mici humili servo tuo tuam gloriam manifestare? Dominus autem dixit ei: Viriliter age, et confortare. Beatior enim es prę multis, et dilectissimus servus vocaveris, et beatę animę erunt, quę meruerint de reliquiis ossuum tuorum habere, et quicumque per te accesserint ad me, non memorabor peccata eorum amplius, dicit Dominus: per gloriam meam iuro tibi, quia in paradiso erunt.

33 Sanctus Christoforus dixit: Si inveni gratiam in conspectu tuo, Domine Deus meus, da mici fiduciam loquendi ad te. Et dixit Dominus: Loquere quod volueris. Respondit sanctus, dicens: Domine, da iterum gratiam corpori meo, ut omnes qui habuerint parum reliquiarum mearum, tantam mereantur, ut spiritus malignus non eos perterreat, neque passio infirmitatis, et omnem concupiscentiam malam repelle ab eis. Domine, Deus meus, sive civitas, sive regio, vel locus ubi fuerint de reliquiis meis, non | superveniat ibi indignatio grandinis, neque lęsio frugum, aut steri- | [220b litas vinearum; sed etsi aliquando lęse fuerint, sicut mei presentia, ubicumque devenerint reliquię meę, dona gratiam, Domine, Deus meus, ut omnes habitantes in regiones illas labores culturę suę affluentes excipientes, repleti tua gratia, glorificent sanctum nomen tuum ex toto corde suo. Ita fac, Domine, Deus meus. Et dixit Dominus: Secundum quod postulasti ita erit, et non te contristabo. Tu itaque veni, ascende ad fratres tuos. Omnes enim iusti mirantur in te, et militia angelorum meorum cupiunt videre te. Et hęc quum audisset, discessit et venit ad locum pręparatum, et dixit ad spiculatorem. Veni, fili, fac quod tibi iussum est. Sed adiuro te per Deum, qui intendit super orbem terre, ne me iudices. Et hęc dicens, consignavit se, et fixis genibus, extendit cervicem, et sic amputatum est caput eius. Consummavit autem martyrium suum die dominica, hora septima.

34 Audivit autem ępiscopus civitatis Athanasius Italie, quę iuncta est <terminis Persidis. Hic venit> | in Antiochiam, et dedit tre- | [220c

centos aureos ministris regis, et tulit corpus sancti martyris, et protulit in suam civitatem. Fluvius autem descendebat, et inundabat civitatem. Episcopus vero fecit baselicam in exitu fluminis, et ibi corpus sancti martyris deposuit; et adversus est fluvius in aliam partem montis, et custodita est civitas usque in hodiernum diem.

35 In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

XXXVIII[a]

[Cucufatis]

| = L 220c-223a; || = P[1] 217d-220a; / = P[2] 234c-236b.

Notas litúrgicas marginales de L

1 Or[atio]. 2 Or[atio].

Notas litúrgicas marginales de P[1]

1' [Lectio] III. 2' Or[atio]. 3' Or[atio]. 4' |Lectio| V. 5' [Lectio] VI. 6' [Lectio] VII. 7' [Lectio] VIII. 8' Or[atio]. 9' Or[atio]. 10' Or[atio]. 11' Or[atio].

1 **P**assio beatissimi martyris Cucufatis, qui passus est Barcinona in civitate sub Maximiano imperatore et Galerio preside;
3 die VIII kalendas agustas. Deo gratias.

2 **M**agnum et admirabile, valdeque *prespicuum, ingensque miraculum cunctis apparuit super sanctos Dei famulos Felicem
3 et Cucufatem martyres, quibus | tanta erat alacritas animi, | [220d ut ad agonem certaminis ilico pervenirent. Et quia ab Scillitana civitate oriundi erant atque in eadem se parili sensu litteris im-
6 buebant, contigit eis Barcinonensem contingere civitatem. Inde sanctus Felix, divina miseratione protectus, in Gerundensem civitatem se contulit, ibique multa magnalia gerens, digne martyrium

---

1. 1 Passio] sancti ac *add.* P^1 Cucufatis martyris *trasp.* P^1 *et add.* Christi 1-2 in civitate Barcinona P^1 2 Gallerio P^2 et Galerio preside *om.* P^1 3 VIII° P^1 Deo gratias *om.* P^1.

2. 1 Magnum] est *add.* P^1 3 tanta... animi *om.* L
4 quia ab] quiab P^1 Yscillitana P^1 6 Barcinonemse P^1

9 || consummavit: sanctus quoque Cucufas Barcinonensis || [218a
civitatis dignus, Deo propitio, effectus est martyr, tantumque in
eodem Dominus suam gratiam infudit, ut antequam in agonem
12 martyrii certaret, per orationem suam dęmones effugaret, et multa
mirabilia populo Dominus per eundem demonstraret.

3 Dum *sedule in eadem civitatem permaneret impiis- / [234d
simus Galerius proconsul, directis militibus suis, sibi eum iussit
3 offerri, cui et dixit: Cuius te muniri prędsidio, vel patrocinio exti-
mas, quia principum iussa non obaudis, neque deos magnos ado-
ras? | Sanctus Cucufas respondens, ait: Quur me cogis | [221a
6 illos adorare, qui sine arbitrio Dei facti sunt tibi similes? Statim-
que Galerius proconsul, ira accensus, gravem eum iubet subire
sententiam, et tradens eum tortoribus, dixit: Torquendo, exalate
9 eius spiritum. [1'] Et dum sanctus Cucufas a militibus duodecim tor-
queretur, et graviter eum cederent sic visa sunt viscera eius effun-
di in terra; et omnes milites, qui eum || torquebant, vi- || [218b
12 dentes ea, obcęcati sunt; et subito Domini misericordia ita red-
didit illum sanum, ut quasi nullam perpessus fuerit iniuriam.
Quumque hęc pateretur sanctus Dei martyr, dixit: [2'] Domine Iesu
15 Christe, qui cuncta prospicis, et omnia tuo precepto fundasti,
ostende virtutem tuam incredulis; ut qui nomen tuum persecun-
tur, confundantur: ut videntes mirabilia tua, aut credant et con-
18 vertantur, aut pereant et dextruantur; impiissimum namque Gale-
rium divino interime gladio, qui sic insanit in servum tuum. Quod
ita factum est: et consumtus est Galerius | / pro- | [221b; / [235a
21 consul cum omnibus idolis suis.

4 Quumque hęc vidisset sanctus Cucufas, extensis manibus
ad celum, effundens orationem, dixit: [3'] Gratias tibi ago, omni-

---

2. 10 tantaque *L*; tantamque P^2 11 agone P^1 12 per] et *antep.* P^1 13 populo *om.* P^1 demonstraret] ostenderet P^1.

3. 2 directis] *corr. ex* directus P^1 3 muniri] extimas *add.* P^1 prędsidio, vel *om.* P^1 3-4 extimas *om.* P^1 4 magnos *om.* P^1 6 illos *om. L, P^2* Dei *om.* P^1 6-7 Statim[que] *L* 7 Gallerius P^1 8 Torquendo] eum *add.* P^1 9 a militibus duodecim] ad militibus duodecim P^1 12 eam *L, P^2* et] ac P^1 Domini] ita *antep.* P^1 12-13 ita reddidit illum] illum reddidit P^1 13 iniuriam] penam P^1 14 Quumque] Quum P^1 16 incredulis] in *antep.* P^1 20 Gallerius P^2 20-21 proconsul] et *add.* P^1.

4. 2 fundens P^1 3 in *om. L, P^2* 5 Deo omnipotenti] omnipotenti Domino P^1 verus *om.* P^1 8 que] qui P^2.

3 poten Deus et salvator mundi, qui preces credentium in te non despicis, sed in ęternum permanes. Tunc omnis populus laudem dedit Deo omnipotenti, quia ipse est Deus verus in secula secu-
6 lorum. Sanctus vero Cucufas ait ad populum: Ecce videtis quanta mirabilia fecit Dominus; || et ideo relinquite manufacta || [218c hominum, que sunt sine voce et absque auditu, vel sine gressu;
9 et credite in Deo vivo ęterno, qui omnia plasmavit ex nicilo.

5 [4'] Tunc Maximianus impiissimus dat iussionem omnibus, ut eum conprehenderent, et vinculatum suo conspectui presenta-
3 rent. Sic viri precellentissimi Atrancsius et Niloximus comprehendentes sanctum Dei Cucufatem, cum gravi pondere catenarum perduxerunt eum ad eius presentiam. Cui Maximianus dixit:
6 Unde es tu? De his locis, an de alia regione? Sanctus Cucufas, accinctus Dei potentia, constanter respondens, ait: Quur inquiris generationem | vel patriam meam, quam tibi Dominus | [221c
9 manifestare noluit? Cui ait Maximianus: Quem Deum te habere adtestaris? Sanctus Cucufas dixit: Ego credo Deo vivo, qui fecit cęlum et terram, mare et / omnia, quę in eis sunt. [5'] Maxi- / [235b
12 mianus dixit: Si verus Deus est, quem dicis, veniat et eripiat te de manibus meis, vel de tormentis, quę tibi pre||parata || [218d sunt. Respondens sanctus Cucufas, dixit: Quę mici parata sunt,
15 nefande? Maximianus dixit: Conspicio in te, infelix, gravem esse pertinaciam, et quia per artem maleficii tui deos nostros conculcasti. Sanctus itaque Cucufas subridens, ait: Vere, miser, arbi-
18 trabam te aliquam particulam habere sapientię, sed, ut intuitus sum, summa est dementia in te, qui derelinquis Deum viventem, et adoras thecas dęmoniorum, cui tu similis es cum principe tuo
21 diabolo.

6 Maximianus, accensus furore, iussit eum in craticula assari, et super eum acetum et sinapem perfundi. [6'] Quumque con-
3 pletum fuisset quod iusserat, Dei misericordia prestante, nicil | ista nocuerunt sancto viro; ministri vero penarum ab | [221d

---

5. 3 Actransius P^1 5 dixit] ait P^1 7 potentia Dei P^1 8 quam] que P^1 11 cęlum et terram] et terram P^1 13 vel de tormentis] et tormenta P^1 14 Respondens] autem *add.* P^1 mici parata] mihi preparata P^1 15 Maximianus] proconsul *add.* P^1 18 sapientiam P^1 19 in te dementia P^1 derelinques P^1.

6. 2 perfundi] fundi P^1

eodem igne consumti sunt. Quumque hęc Maximiano nuntiata
6 fuissent, furore repletus, iussit eum, ferro vinctum, suo conspectui
presentari; cui et dixit: Multa malorum tuorum prestigia vel ma-
leficia prevalent; per deos magnos, quoniam faciam te per iniqua
9 tormenta interimi. || Sanctus vero Cucufas constanti || [219a
animo respondit: O virosa diaboli lingua, quid mici minaris?
nam minę tuę apud me nicil sunt.

7 [7'] Tunc Maximianus iussit / ignem copiosum / [235c
extra civitatem fieri, ut sanctum Dei martyrem concremaret. Et
3 quum eum in ignem misissent, cępit sanctus Cucufas ex igne ad
cęlum oculos levare, dicens: [8'] Domine Iesu Christe, qui tertia
die a mortuis resurrexisti, qui omnia arbitrio tuo instituisti, libera
6 me ab istius ignis ardore, et da confusionem huic impio Maxi-
miano. Oratione autem facta, Domini protegente misericordia,
ignis extinctus est, | et inlęsus apparuit, ac psallebat, | [222a
9 dicens: Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in
refrigerio. Videns vero hęc mirabilia Maximianus, confusus dixit
custodibus: Ferro vinctum, ducite eum in custodia, dum excogi-
12 tamus nova genera tormentorum.

8 Retruditur sanctus Dei martyr cum gravi ferri pondere
catenarum: et quum ingrederetur carcerem, beatus ille psallebat,
3 dicens: Dirigatur oratio mea, || Domine, sicut incensum || [219b
in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vesper-
tinum. Et clauso ostio carceris, tantus splendor gratię in eodem
6 loco apparuit, ut custodes carceris videntes hoc, statim crederent
in Dominum Iesum Christum. Sanctus vero Cucufas cępit gratias
agere Deo, dicens: Satiasti, Christe, animas esurientium et sitien-
9 tium sanguinis tui recreatione. / Quumque hęc sanctus / [235d
martyr oraret, Maximianus, directis militibus suis, sanctum Dei
martyrem sibi iussit offerri; et dum ei oblatus fuisset, Maximia-
12 nus | eum interrogavit, dicens: Adhuc perseveras in | [222b

---

6. 5 nuntiatumP^1 6 victum P^2 conspectu P^1
10 mihi P^1 11 nam *om.* P^1 nicil] nulle P^1.

7. 2 concremarent P^1 3 eum *om.* P^2 3-4 oculos ad cęlum P^1 6 impio] impiissimo P^1 7 facta] conpleta P^1 misericordia protegente P^1.

8. 1 [Dei] *L* ferro *L*, P^2 8 animam P^1 8-9 sitientium] tingentium P^1 9 recreationem P^1

insania, qua cępisti, et non revertis ad sanam mentem? Sanctus Cucufas respondit: Insania te possidet, qui patris tui diaboli iussa
15 perficis, et quis sit verus Deus non agnoscis: unde et hanc multitudinem, quam tibi congregasti, tecum perire facis.

9 Tunc Maximianus, furore repletus, militibus dixit: Cedite eum ad cardos ferreos et taureis nervis, nudosa ut exterminetur
3 caro eius. Sed quum sanctus Cucufas cederetur, || levans || [219c oculos ad cęlum, cum gravi fletu ait: [1, 9'] Gratias tibi ago, omnipotens Deus, quia adpropinquavit ad me gratia tua; exaudi pre-
6 ces servi tui, et da confusionem impiissimo huic Maximiano, ut omnes qui te credunt verum Deum, videant mirabilia tua, et corroborentur in fide sua. Et completa oratione, vox de cęlo dixit ei:
9 Quodcumque petieris dabitur tibi secundum fidem tuam. Quumque hęc audisset sanctus Dei martyr, orare cępit, dicens: Confirma hoc, Deus, quod operaris in me: confirma cor meum, et da | [222c
12 virtutem servo tuo ad omnia inimici tela toleranda; quia te cognovi verum Deum, et presta, ut tyrannus / princeps / [236a cum suis idolis, et cum patre suo diabolo celeriter intereant.

10 Maximianus autem aras ornare iussit, ut eis sacrificium offerret cum sacerdotibus, et sedens in curro in medio foro, ex
3 precepto Dei et gloria divinitatis cecidit in terra, crepuit et mortuus est. Idola quoque eius dimersa sunt || in momento, || [219d et in pulvere redacta sunt. Tunc omnis populus cępit clamare et
6 dicere: Magnus est Deus Cucufatis, et verus omnium christianorum, et liberator eorum. Sanctus vero Cucufas cępit dicere:
[2, 10'] Tibi, omnipotens Deus, gratiarum actiones persolvo, teque
9 intra extraque glorifico; quia dextruis incredulos, et corroboras qui te diligunt.

11 Tunc Rufinus, qui civitati prędesse videbatur, cępit suadere populum, dicens: Quare perfidi estis, et generationi vestrę

---

13 qua] quam P^1 reverteris *L*, P^2 14 qui patris tui diaboli] qui a patre tuo P^1 15 quis] quid P^1.

9. 2 ad *om.* P^1 nudosa *om.* P^1, P^2 ut *om.* *L* 3 quum] cum P^1 levans] elevans P^1 5 gratiam tuam P^1 6 huic impiissimo P^1 8 sua] tua P^1 ei *om.* P^1 10 Dei *om.* P^1.

10. 1 ornari *L*, P^2 2 cum] et P^1 in curro in medio foro] in medio currum in foro P^1 7 Sanctus vero] Tunc sanctus P^1 9 intra extraque *om.* P^1.

11. 1 civitatis P^1 2 vestri P^1

3 datis obprobrium, et derelinquentes deos magnos, adoratis quem
nescitis? Responderunt omnes, et dixerunt: | Quur nos | [222d
hortaris servire diis alienis? Nam credere nos oportet in eum,
6 quem sanctus Cucufas adorat et confitetur. Tunc Rufinus, accensus
furore diabolico, sic ait ad sanctum Cucufatem: Tu es, qui facis
multitudinem hanc blasphemare deos, per nescio cuius nomen,
9 qui dicitur Christus? Respondit sanctus Cucufas, dicens: Nos
confitemur viventem, et adoramus immorta/lem; nam vos / [236b
adoratis, qui sine auditu et sine voce sunt, cum quibus vos ipsi
12 | damnandi eritis in iudicio ęterno. || [220a

12 Audiens hęc Rufinus, furore repletus, dixit spiculatoribus suis: Istum rebellem, si gladio non interfecerimus, nulla ra-
3 tione vincere poterimus. Tunc crudelissimus Rufinus dictavit
sententiam, dicens: Cucufatem rebellem principum nostrorum, qui
diis nostris sacrificare noluit, gladio percuti precipimus. Spicula-
6 tores vero, accepta sententia, eicientes eum extra civitatem, ut
preceptum eis fuerat, ad locum hunc Obtiano, quod situm est a
civitate | octavo miliario, perductus est. Sanctus vero | [223a
9 Cucufas rogavit eos, ut spatium ei orandi prestarent; quumque
ei spiculatores prebuissent adsensum, prosternens se in terra, ora-
vit, dicens: [11] Deus omnipotens, qui fecisti omnia in tua virtute,
12 et regnas trinus in unitate, fac misericordiam cum servo tuo, et
suscipe in pace animam meam. Conpleta oratione, amputatum est
caput eius ab spiculatoribus. Tunc christiani rapuerunt corpus
15 eius, et cum dignis laudibus sepelierunt. In quo loco virtus domi-
nica quooperatur per sanctum Dei martyrem usque in hodiernum
diem.

13 Regnante Domino nostro Iesu Christo: cuius regnum
gloriosum in Trinitate unum permanet per numquam finienda
3 secula seculorum. Amen

---

11. 3 opprobrium P^2 quem] que P^1 8 hanc blasphemare deos] blasfemare P^1 11 [sine] *L alia man.* voces P^1.
12. 6 accepta sententia] accipientes sententiam P^1 7 Obtiano] Obtia[no] *L.;* Obtatiano P^1 8 miliar[i]o P^2 9 ei *om.* P^1 10 terram P^1 12 trinus *om.* P^1 13 anima mea *L.* P^2 15-16 dominica] Domini P^1 16 hodiernum] P^1 *corr. ex* hodierno.
13. 2 unum *om.* P^1 finiendam P^1 *et add.* in 3 Amen *om.* P^1.

XXXIX[a] *(sic)*

[Felicis nolan.]

1 Passio sancti ac beatissimi Felicis ępiscopi et martyris Christi, qui passus est in civitate Nola sub Martiano preside; die VI kalendas <agustas>[a]. Deo gratias.

2 | <I>n diebus illis, erat quidam puer nomine Felix in civi- | [223b tate Nola provincię Campanie, annorum quindecim; in quo Dominus tantam gratiam tribuerat sanitatis, ut fugans dęmones, plurimas Deo animas adquireret: quem videntes *proceres civitatis illius tanta et talia mirabilia facere, cęperunt diaboli armati consilio de eius anima cogitare. Hęc autem mater eius agnoscens, dolore *conpulsa quotidie flebat. Beatus vero Felix nicil formidans, assidue super ora maris sedebat, et divinę legis volumina spiritualiter pertractabat. Quo[d] dum semper faceret ora nona, conturbatum mare piscem ei grandem domino iubente prestabat: qui piscis dum usque ad certamen pervenit ei numquam defuit.

3 Priores vero illius civitatis ad Martianum preces dederunt, petentes sacram a preside dari, ut christianis persequutio fieret. Imperator autem ad Archelaum[b] presidem sacram dedit, ut qui diis imolare noluisset, mortis sententię subiaceret. | Fama hęc currente, mater bea<ti> Felicis | [223c assidue tabescebat. Quadam vero die dum Felix beatissimus de mare reverteretu<r>, piscem in baculum portans, vidit eum Archelaus preses pretereuntem, et acrius fremuit, cogitans qua eum pęna perderet. At ille securus de Deo preteriens, subito venerunt duo rabidiosi homines ab spiritu inmundo conpulsi, et cum grandi cursu per civitatem ire cęperunt, quorum metu plurimi, qui in plateis fuerant, declinantes superiora petebant, dicentes: Quoscumque invenerint devorabunt. Et videntes beatum Felicem, dicebant: Modo sciemus si Deus pueri istius eripiet eum de manu istorum rabidorum.

4 Sanctus autem Felix respiciens dextra lęvaque, vidit illos homines ad se cursu venientes, et elevatis oculis in cęlum, exclamavit voce magna, dicens: Domine Iesu Christe, qui passionem pro nobis suscepisti, extende brachio tuo super [me] servum tuum, ut non dicant gentes: Ubi est Deus eorum? Sed videant, et | confundantur, et sciant quia tu es Dominus | [223d dominantium, et exeant diabolicę potestates de his animabus. Tunc accepta sanctus Felix virtute Spiritus Sancti, ait: In nomine Iesu Christi impero vobis spiritus nequam, exite de istis corporibus. Tunc spiritus nequissimi conturbati et flagellati ab angelo clamabant, dicentes: Parce nobis, beate

---

[a] <agustas> *man. post. corr. in* septembris.
[b] Arcelaum [Arcelaus-i] *cod. semper.*

Felix, et egrediemur: sed quo eamus dic nobis. Tunc beatus Felix ait illis: Ite, intrate in terra persida, et ibi estote. Exeuntes de illis hominibus, dixit diabolus beato Felici: Quocumque iusseris ut vadam ego, faciam te ubi fuero ad me venire. Et statim exeuntes, salvi facti sunt homines illi, ex quibus unus dicebatur Demosthenes, et alius Alexander, qui euntes in domum suam glorificabant Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. Tunc multi videntes talia mirabilia Domino crediderunt.

5 Sanctus vero Felix, pergens ad domum suam, invenit patrem suum et matrem suam, | et ponens piscem ante eos, dixit ei mater eius: | [224a Fili dulcissime, ut quid nobis marina pulmenta? Meliora sunt pulmenta terrena; accipe consilium meum, fili, et egredere hinc de civitate ne malis tormentis pereas. Cui sanctus Felix ita respondit: O iniqua mulier et dolosa, non consideras regnum cęlorum, nec iudicium Domini nostri Iesu Christi, sed tantum infernum nobis aperire conaris, dum me a sancto proposito revocare contendis: dimitte me reddere debita Domino meo. Quando autem tu nudum vestisti, quando esurientem pavisti, aut quando mortuum sepelisti, quemadmodum fecit beatus Tobi? Ego non negabo Dominum meum, sed ipsum benedico, et illi peccata mea confiteor, quia ipse est Dominus Deus meus, qui filio suo non pepercit pro nobis, sed tradidit eum pro peccatis nostris, ut ipse iustus ab impiis pateretur.

6 Et quum hęc loqueretur, ecce milites Archelai presidis festinantes venerunt ad eum, et flagellatum ad pretorium | perduxerunt. Tunc | [224b Archelaus preses dixit ei: Tu es Felix magus et maleficus? Beatus Felix dixit: Ego servus sum Dei excelsi, et Christi cultor vocor. Archelaus preses dixit: Stulte, noli nominare Christum, sed accede et sacrifica diis. Tunc beatus Felix dixit ei: Quales sunt isti dii ostende mici, ut sciam qualem virtutem possunt habere. Archelaus preses respondit: Ergo consule iuventuti tuę, et sacrifica. Tunc Archelaus gaudio repletus, extimans quia idolis credere poterat, iubet sacerdotibus suis liras et musicas, artesque diversas luxurię prepparare, aurum et argentum, hyacinthum et margaritas circa idolorum colla appendi, et virgines speciosas in templo mitti.

7 Quo quum factum fuisset, venerunt milites, et vocaverunt beatum Felicem ad templum. Et in ipso templi vestibulo sanctus Felix hanc orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine, Deus virtutum, Deus angelorum, Deus archangelorum, ad eripiendum me de voragine inferni prędesto: | et sicut Ionam prophetam de ventre ceti eruisti, et ad litus maris | [224c sine lęsione egecisti, ita et me erue, qui es scrutator renum et cordis omnium hominum Deus. Dimerge hunc templum cum his omnibus diabolo credentibus, ut sciant quia tu es Deus deorum. Tunc facta sunt tonitrua terribilia, et coruscatio magna, quę tolerari non poterat, et terremotu facto, aperta est terra, et dimersum est templum cum idolis omnibus, et sacerdotibus provanis et virginibus, quę ibidem fuerant. Nam et omnis civitas pereclitata est a timore terremotus.

8 Archelaus vero videns hęc, dereliquit uxorem, filios, familias, divitias auri et argenti, et omnia quę habebat, et prostravit se ad pedes beati

Felicis, dicens: Nunc cognovi quia verus est Deus, quem colis, quia et pure illi servis. Rogabat eum cum fletu, et dicebat: Oro te, noli mici retribuere malum pro malo, sed ostende mici quod accepisti a Christo. Et continuo dimidia pars populorum credidit cum eo. | Et ceperunt sin- | [224d guli dicere ipsum beatum Felicem sibi episcopum ordinari. Statimque clamor factus est populorum pro episcopatu eius, et collectis christianis antiquissimis et sacerdotibus, ordinaverunt eum episcopum.

9 Conpletis autem in episcopatum sanctus Felix octo annis, introivit diabolus in filio regis Elevim in parte persarum, et cepit ipse diabolus exclamare, et dicere: Si Felicem episcopum non videro, de hoc puero non exeo. Quo audito, rex cepit per diversa imperia scribere, ut ubi fuisset sanctus episcopus Felix cognosceret. Quando autem cognovit ubi sanctus esset episcopus, scribsit ei sic: Sancto episcopo Felici Nolensi Elevi rex: Doleat sanctitati tue, quia filius meus male a demonio vexatur. Rogo ergo ut ad me venire digneris, qualiter et filium meum sanum facias, et ego cum omni domo mea per te, pater obtime, Christi babtismum consequamur. Beatus autem Felix his acceptis litteris, in terra persida pedibus pervenit.

10 Et quum vidisset eum | diabolus, ilico confugiit, et excla- | [225a mavit, dicens: Tu es Felix, qui me persequutus es in civitate Nola. Et beatus Felix dixit diabolo: Vade, et habita in locum ubi nulla habitatio hominum est, vel esse potest, et ibi esto usque ad adventum Domini nostri Iesu Christi. Audiens demon vocem sancti Felicis, abiit et nusquam conparuit. Videns autem rex hec mirabilia, universa provincia congregavit, et ipse et omnis domus eius cum omnibus gratia babtismi consequuti sunt, et Deo gratias referebant.

11 Imperator Martianus audiens universa, que gesta sunt, iussit sanctum Felicem in carcerem trudi, et postea flagellatum ad anfitheatrum perduci, et bestiis tradi. Quod quum factum fuisset dimiserunt ad eum leones; que fere nec oculos audebant ad eius vultum erigere, sed, deiecta facie in terra, ante pedes eius stabant. Ad quod miraculum christi[ani] omnes Deum laudabant, et gentiles inridebant. Tunc Martianus | imperator | [225b iussit sanctum Felicem nudum diutius flagellari; et quum [in] eum pene quattuor milia flagella conplerentur, beatus Felix flagella non sensit, sed laudabat Dominum, dicens: Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater eterne, omnipotens Deus, qui mici virtutem tolerandi condonasti. Et ait Martiano: Imperat tibi pater tuus diabolus, ut plurima mici tormenta prepares.

12 Martianus tunc excitatus a diabolo, cogitatione tabescebat. Et iussit triginta carrariis per septem dies ligna deportari, et edificari turrem sine tecto. Quod quum factum fuisset, precepit omnia ligna, que fuerani congregata, in medio turris conponi, atque ignem subponi, et ibi sanctum Felicem ligatis manibus et pedibus mitti. Quumque ibidem mitteretur, ascendebat ignis super turrem, amplius quam triginta cubitis. Milites autem videntes ignem bastum estuantem, quum vaporem eius ferre non possent, fugierunt. Angelus vero Domini descendit in medio | ignis, et excus- | [225c sit ignem tamquam ventum flantem, ut nec vestigium eius ignis appareret.

13 Beatus autem Felix ita erat inlęsus, ut nec odorem fumi ex aliqua parte sentiret, et clamabat in medio turris, dicens: Gratias tibi ago, Domine Deus meus, qui mici humillimo peccatori misertus es, et me ex igne eripuisti, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis; benedictus tu in secula seculorum. Tunc Martianus imperator, iubet militibus suis ut ad turrem statim properarent, ut agnoscerent si pars aliqua corporis beati Felicis in turrem remansisset. Et quum milites turri proximassent, audiunt beatum Felicem psallentem vocem dulcedinis, alleluia personantem, et glorificantem virtutem Patris et Filii et Spiritus Sancti, et iterum dicebat: Domine Deus meus, ne sileas a me usque in finem. Milites cognoscentes vocem eius cursu rapidissimo nuntiaverunt Martiano, dicentes: Felicem, quem | dicebas ab igne posse consummi, salvus est, et laudes suo | [225d Domino canit; ignis vero nusquam conparuit. Nam talem eius vocis fortitudinem audivimus, qualem antea eum habere nescimus: etiam et odor suavissimus de medio turris agreditur.

14 Martianus imperator audiens hęc, contristatus es, et ait: Magice eius sunt ea quę audiuntur: Nam ego non discredo eum in igne esse mortuum. Et adiecit: Ite, et melius cognoscite. Milites vero euntes ad turrem, et aspicientes, videntesque splendorem magnum ante faciem beati Felicis, ad imperatorem reverti noluerunt, sed substernentes se pedibus sancti Felicis, voce magna clamabant: Babtiza nos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et quod paulo ante psallebas nos erudi, quod possimus perpetuam doctrinam tenere, et inseparabilem Trinitatem. Et continuo unus ex illis militibus ad secretarium | ęclesię cucurrit, et Xrisma vel | [226a aquam exhibuit. Tunc beatus Felix ępiscopus et martyr, babtizavit cunctos, et ait eis: Beati estis vos, fratres, qui ante me regnum cęlorum videbatis.

15 Audiens hęc Martianus, furore accensus est, et direxit alios milites crudeles et paganos, qui omnes vinculatos ad suum tribunal perducerent. Et quum presentarentur, sanctus Felix in medio eorum, ut bonus pastor, deambulabat. Martianus vero confusus et victus, stupebat ad vultum sancti Felicis aspicere. Tunc voce illa pestifera, dixit militibus illis: Numquid et vos ad doctrinam christianorum conversi estis? Milites dixerunt: Modo audivimus et vidimus quia unus est Deus, qui fecit cęlum et terram, mare et omnia, quę in eis sunt, et credimus quia non est alius preter ipsum; nam omnes dii dęmonia sunt, et statuas vacuas. Tu quoque, qui eos adoras, filius es diaboli, et gehenna tibi perpetua reservatur, quę et ipsi patri tuo diabolo, Deus paravit | ignem inextinguibilem, et vermem non mo- | [226b rientem. Tu enim viduas et pupillos opprimis, et aurum et argentum congregas, unde thecas dęmonum tibi edificas per manus artificum, sed ab igne perpetuo te liberare non possunt.

16 Martianus imperator dixit: Quonian adversus deos talia blasphemia dicitis, gladio iubeo vos interire. Tunc milites decollaverunt eos. Quo facto iubet Martianus imperator sanctum Felicem uncinis ferreis per latera infigi, et suspendi, ut sic in ipso suspendio vita finiret. Quum[que] suspensus fuisset, iussit impius Martianus triduo ibidem sanctum custodire Felicem.

Quumque triduo in eadem pena penderet, venit Martianus ad ipsum locum ubi sanctus Felix suspensus fuerat, et audivit eum magna voce dicentem: Scio, Domine, quia non derelinques servos tuos sperantes in te; benedico te in vita mea, psalmum dicam nomini tuo, quia magna est super me misericordia tua. Martianus, audiens hec, iussit eum deponi, et exhibitis fustibus male | incisis cum stirpibus suis, gravius cedi. Et quum | [226c sanctus Felix cederetur, omnino non sentiebat, sed defecerunt cedentes eum; ipse vero quantum cedebatur tantum fortis amplius apparebat. Et quum cesores defecti recederent, manum super dorsum suum trahens, plagenusquam conparuerunt.

17 Quod Martianus imperator videns, dixit: Ecce magica arte sua vulnera intus includit iste, sed exinde morietur. Respondens autem beatus Felix, dixit: Gratias ago Domino meo, qui me modo plus fortem fecit ad confusionem tuam: sed, si aliquid habes, exerce malitia consueta; adest enim qui me constabilem fecit, et adiuvat me, ut te et patrem tuum diabolum superem. Martianus dixit; Noli gloriari in magica arte, sed accede et sacrifica, ut dii te salvum faciant. Felix sanctus dixit: Demones tui peccatorem me fugierunt, et adorare me eos conpellis, quos infernus ad penam suscepit? Qui se salvare non potuerunt, quid mici prestaturi sunt? | [226d Nam quum venerit Dominus meus cum exercitu angelorum suorum, et ante faciem eius tremuerit terra, montes et colles, et mare turbabuntur, et agnoscetur quia ipse est Christus, ubi se abscondebunt, cum pene perpetue mancipabuntur, non solum vos, sed et ipsi quos colitis? Martianus dixit: Stulte, noli Christum nominare, sed accede, et sacrifica diis. Sanctus Felix dixit: O excecate, non solum oculis sed et corde, respice in celum, et vide opera Domini, et considera iudicium eius.

18 Tunc Martianus iussit sanctum Felicem suspendi, et flagellari. Sanctus Felix dixit: Bacchare in me, miser, et adde tormenta, et vigilet in cor tuum pater tuus diabolus, qui numquam habet sedem, neque dormit, neque quiescit, neque in celum ascendit, neque in terra perseverat; sed Deus meus adstat ad defensionem meam, vel omnium servorum suorum, et vivet in eternum. Tunc Martianus multis eum tormentis afflixit, sed vincere non potuit. | Deinde iussit foveam fodere, et *stirpes acutissimos | [227a ibi et validos infigi, atque in ea fovea sanctum Felicem precipitari. Quod quum factum fuisset, nulla eum stirpis valuit ledere.

19 Cognoscens Martianus quia nec sic potuit Dei martyrem superare, iubet sanctum Felicem gladio ferire. Tunc sanctus Felix dixit: Gratias ago Domino meo Iesu Christo. Et quum ad locum duceretur, unus ex militibus exemit gladium suum, et decollavit sanctum Felicem episcopum, et martyrem Christi. Et quia pro amore sanctitatis eius plurimi eum requirebant christiani flentes et ululantes, audivit Martianus imperator, et iussit ut quicumque christianorum eum sequutus fuisset decollaretur. Et occisi sunt cum eo christiani triginta. Iussit autem Martianus corpus Felicis in campo iacere, et sepulture non dari, quatenus avibus aut a feris esset consummendus. Eadem hora, qua illorum christianorum sunt corpora sepulta,

talis tempestas et coruscationes cum tonitruis | facta est, ut milites | [227b pre timore fugerent, et corpus sancti Felicis singulum remaneret.

20 Elpidius vero presbyter homo iustus, a Deo comonitus, venit cum aliis christianis, et tulit corpus sancti Felicis in ęclesia in civitate Nola: et sepelivit, ubi ab omnibus christianis veneratio incessanter redditur, et in eius virtutibus Deus omnipotens conlaudatur.

21 Dominus autem suscepit martyrem suum in pace: cui est honor, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

XL[a]

[Felicis gerunden.]

| = L 227b-231a; / = P^2 252b-255b.
|' = M^2 87b-90c.

Notas litúrgicas marginales de P^2

1' [Lectio] <II>.	4' [Lectio] V.	7' [Lectio] VIII.
2' [Lectio] <III>.	5' [Lectio] VI.	8' [Lectio] VIIII.
3' [Lectio] IIII.	6' [Lectio] VII.	

1 Passio beatissimi martyris Felicis, qui passus est sub Datiano preside in civitate Gerunda; die kalendas agustas. Deo
3 gratias.

2 <I>n diebus illis, sub Diocletiano et Maximiano consulibus, tempore quo in christianis sęva persequutionis crudelitas
3 *crassabatur, ita in universo orbis terrarum / positis, / [252c sive |' in orientalium provinciis, sive in occiduis partibus |' 87b constitutis, impiorum principum iussio servabatur, ut non esset
6 civitas aut castellum, ubi non | idola colerentur, et *ne- | [227c farię dęmonibus victimę cederentur.

3 1' Sanctus igitur Felix de Scillitana civitate oriundus fuit, qui quum ad civitatem pergeret Cesaream, quę est in Mauretanię

---

1. 1 Passio... martyris] Passio sancti beatissimi ac martyris M^2
2 Ierunda M^2 2-3 Deo gratias *om.* M^2.
2. 2 persecutionis M^2 3 grassabatur M^2 orbe M^2
6 castella M^2.
3. 2 Mauritania M^2 3 quę] et *add.* M^2 6 opinionis M^2

3 litore constituta, quę eius metropolis nuncupatur, ubi liberalium litterarum studia prefulgebant; ibi se sanctus vir erudiendum subdidit disciplinę, ut in cunctis perfectior appareret. Igitur quum
6 ante navigium inaudita opinione per populos divulgaretur, eo quod in Spaniarum litore gravis in christianis persequutio crassaretur; qua sanctus Felix opinione conperta, ut apis prudentissima, quę
9 interrita perfectionem sui operis nititur adimplere, hęc audiens, omnia volumina auctorum, quę eius manibus gestabantur, a se proiecit, dicens: [2'] Quid mici est filosophia huius mundi? |' [87c
12 Ad illam nunc properare necesse est vitam, que temporibus dat tempora, quę mortis non formidat auctorem, sed vitę conspicit creatorem.

4 | Igitur navem, quę cum diversis mercimoniis | [227d / ire ad Spaniam properabat, Deo favente, conscendit: / [252d
3 quo auxiliante, prospera navigatione in Barcinonensem adpulsus est civitatem. Qui cum se rerum *venalium negotiatorem simularet, cępit intra semetipsum querere qualiter posset ad regna
6 cęlestia pervenire, et fastigia vite perennis adtingere.

5 [3'] Interea cępit impiissimus Datianus persequutionem christianis inferre. Sanctus igitur Felix, navigans, de Barcinona ad
3 Inpurias conmigravit, ibique sedens, cępit se cum voluminibus divinis exercere, et iugi oratione, desiderans ut carus populo esse mereretur, orabat; erat enim amator fidei, castus, sobrius, mitis,
6 mansuetus pacificus et verax, elemosynas iugiter pauperibus erogabat, hospitalis supramodum, cunctis fratribus advenientibus |' cum toto amoris gaudio se in eorum | prebebat |' [87d; | [228a
9 occursu, ut Abrahe meritis ęquaretur, qui Dominum suum in hospitio probatus est et suscepisse. [4'] Hoc cunctos specialiter conmonebat, dicens fieri omnis modis elemosynas oportere, et omnem

---

7 in Spaniarum] Spaniarum M^2 christianos persecutio grassaretur M^2 11 filosofia M^2 12 properare] operari M^2 quem *L, P^2*.

4. 1 quę cum] quam quum M^2 3 Barcinonense M^2 4 negotiatorem rerum venalium M^2 5 semedipsum M^2 ad] in M^2 6 atingere M^2.

5. 1 persecutionem M^2 2 igitur *om.* M^2 3-4 divinis voluminibus M^2 5 fidei] christiane *add.* M^2 6 mansuetus *om.* M^2 elemosinis M^2 8 gaudii M^2 9 Abrae M^2 Dominum suum in] Deum suo M^2 10-11 comonebat M^2

12 mundi substantiam pauperibus erogare: iracundiam quoque ante
solis occasum esse placandam, et omnem malivolentiam / [253a
bonitate vincendam.

6 Et quum non solum de his virtutibus populum exhortare-
tur, verum etiam omnes ad christianam fidem accenderet, ut bonus
3 negotiator, qui spirituales thesauros retinebat in corde, exhorta-
batur, dicens: Ut quid diligimus tenebrosam et perituram mundi
istius vitam? 5' Ad illam nunc properemus beatam, quam repro-
6 mittit Dominus diligentibus eum in veritate: nam terrores impi-
issimi Datiani, qui omne litus conturbavit Spanię, una cum patre
suo diabolo celeriter ad nicilum deducentur, et minę eius defi-
9 cient et tabescent.

7 | Igitur quum bonas margaritas seminaret in po- | [228b
pulo, in Gerundensi civitate successit, ibi similia |' gerens; |' [88a
3 multę matronę hęc audientes, libentissime suscipiebant verba bea-
tissimi Felicis, quem non tantum negotiatorem habebant, qui
dando terrena cęlestia comparabat, verum etiam apostolum eum,
6 aut unum ex prophetis, appellabant, qui viam salutis omnibus
demonstrabat.

8 6' Quid multa? Nuntiatur hęc ab audientibus Rufino cui-
dam, qui et ipse erat de officialibus Datiani; quique dicto citius
3 Datiano omnia, quę audierat, nuntiavit: cui Datianus talem po-
tes/tatem dedit, ut cum pęnis afflictum, et vinculis prę- / [253b
peditum, carceri manciparet, quur ausus fuerit populum exhortare
6 de divinis mandatis, et sectam illius, qui dicitur Christus, plebi
adnuntiaverit universe. Hoc etiam edicto conmonuit eum persua-
dendum, ut, si diis cerimonias imolaret, inmensis honoribus subli-
9 matus appareret universis: | 7' sin vero diis imolare con- | [228c
temsisset, et vultus principum adorare noluisset, fame tabidus,
inmensa ferri pondera collo |' et cervicibus oneratus, pę- |' [88b
12 nis acrioribus urgueretur, ne amplius in despectione nostra, et

---

5. 14 bonitatem M^2.

6. 3-4 exhortabatur] omnes *antep.* M^2 5 stius M^2
7 Spaniam M^2 8 ad] in M^2 8 deducentur] reducentur M^2.

7. 1 quum] cum M^2 2 Ierundense M^2 5 conparabant P^2
6 salutis] salutaris M^2.

8. 4 cum] eum M^2 7 annuntiaverit M^2 eum commonuit M^2 9 diis] cerimonias *add.* M^2 10 vultum M^2
12 despectionem nostram M^2.

imperatorum nostrorum contumelia hęc agere pręsummeret.

9 Quumque Rufinus a Cęsaragustana civitate cum auctoritate Datiani impiissimi remearet, sollicite cępit inquirere ubi Felix
3 beatissimus conmaneret, cui dictum est: In medio foro apud quendam matronam, nomine Placidam, nobilibus orta natalibus. Quique, hęc audiens, ut leo rabidus fremuit, iussitque curialibus atque
6 militibus ut eum adprehenderent, et terrores ei vehementer inferrent; credens quod ad eius posset pecuniam pervenire, ignorans quod iam esset pauperibus erogatam.

10 8' Sistitur igitur beatissimus Felix Rufini conspectibus, quem ita adlo/quitur, dicens: Felix, audio ab universis, / [253c
3 quod tanta sit in te prudentia, ut melliflua ex ore tuo procedant verba; nam et ipse dominus meus Datianus, hęc ab universis audiens, gratulatur | quod talis ac tantus in hac provin- | [228d
6 cia adveneris; nam et ita mici precepit, ut talem tibi |' con- |' [88c iugem inquiram, que tibi facultate et moribus et nobilitate concordet. Tantum est ut obediens illi in omnibus cognoscaris; quod
9 si clementissimo salubrique consilio meo volueris prebere consensum, ut diis thura imoles, et eorum cerimonias adquiescas, statim etiam de meis opibus multa tibi concedam.

11 Beatissimus ergo Felix, Spiritu Sancto repletus, sic ei respondit: O viperina diaboli lingua plena veneno, qui ita blan-
3 diris ut fallas, arrides ut noceas, terrena promittis, et cęlestia auferre conaris: discede a me inlecebrosa temtatio: suffragia tua opus non habeo; serva quę promittis bona filiis tuis: nam me non
6 poterit nemo separare a caritate Christi, neque angeli neque principatus huius mundi. Cui Rufinus respondit: Ergo iam deliberasti, maledicte, ut nec promissionibus meis adquiescas, nec adsensum
9 prebeas salu/bri consilio meo? | Beatissimus / [253d; | [229a Felix respondit: Sunt, maledicti, qui tibi et patri tuo diabolo |' [88d similes adprobantur: ipsi tuis persuasionibus adquiescant, ipsi tua

---

9. 3 comaneret M^2 3 aput M^2 3-4 quendam] esse *add. in marg. L, P²* 4-5 Quique] Quum M^2 7 pecunia M^2 8 erogata M^2.

10. 2 quem] que M^2 alloquitur M^2 6 et ita mici] ita mihi M^2 tibi *om.* M^2 7 que tibi] qui tibi *L, P²*; que vobis M^2 10 t[h]ura *L* .

11. 5-6 non poterit nemo] nemo poterit M^2 7 respondit] ait M^2 9 Beatissimus] Beatus M^2

12 munera consequantur, cum quibus eris in igne perpetuo concremandus.

12 Audiens hęc Rufinus, considerans quod cum tanta fiducia responderet, iussit eum fustibus cedi, et in carceris ima recludi.
3 Sanctus vero Felix, confidens in Domino, gaudio multo repletus, dicebat: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, quia adpropinquavit mici gratia tua, quam olim consequi desideranter obtabam.
6 Et psallebat cum magna fiducia, dicens: Probasti, Domine, cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Cum istius carminis modulationem, sancto decan-
9 tante, cognosceret, ait Rufinus circum adstantibus: Revocetur celeriter, et manibus pedibusque ligatis, in squalido loco conlocetur, ut cibi potusque negata substantia, possit animam exhalare,
12 qui non solum | hęc, quę adhortamur, contemnit, verum | [229b etiam in nostram insurgit iniuriam.

13 |' Iterum iussit eum ad se perduci; quumque re- |' [89a ductus fuisset, et presentatus conspectui eius, ait ad eum / [254a
3 Rufinus: Felix, audi me quasi fratrem tuum, et adquiesce diis sacrificare, ut a preside Datiano dignitatibus sublimeris: nam et ego peregrinus adveni, sed eius parendo preceptis, et locupletem
6 reddidit et honoribus sublimavit. Cui sanctus Felix, cum audacia multa respondens, ait: Si cęlum mici cum multitudinibus angelorum promitteres, aut amenitatem paradisi polliceres, numquam
9 tuis promissionibus adquiescerem, nec mentem muneribus inclinarem.

14 Audiens hęc Rufinus, iussit eum catenis gravioribus alligari, et ab indomitis mulis per totas plateas trahi, ut corpus bea-
3 tissimi laceratum in frustra redigerent; sed quia, Deo iuvante, etsi lacerato corpore, fides interrita perdurabat, precepit eum in carcerem mitti; ubi dum sanctus Felix fixo animo Domino pre-
6 caretur, apparuit ei iuvenis, niveis | vestibus indutus, et | [229c

---

11. 12 in *om.* M^2.

12. 3 multo] magno M^2 5 mihi M^2 6 sallebat M^2 fiducia magna M^2 9 cognoscerent M^2 10 manibus] manus M^2 ligatus M^2 loco squalido M^2 12 adortamus M^2 13 iniuria *L*, P^2.

13. 1 perduci] reduci M^2 2 et] eius *add.* M^2 eius *om.* M^2 4 a] ad M^2 7 ait] dixit M^2 mihi M^2 8 amenitate M^2.

14. 5 Dominum M^2.

ait ad eum: |' Noli timere, Felix: ego enim missus sum a |' 89b
Domino Iesu Christo, ut te in omnibus corroborem. Et tangens
9 omnia membra eius, sanata sunt ilico vulnera corporis eius.

15 Alia vero die, sedens Rufinus cum universis, iussit adduci sanctum Felicem, cui sic ait: Ecce nunc sacrifica / [254b
3 inmortalibus diis nostris, sicut et nos hodie videbis eis cum magno gaudio hostias imolare. Et statim iussit aras dęmoniorum nefariis sacrificiis honorare, et accedens sordidissimus Rufinus, cępit co-
6 ram omnibus dęmoniorum nomina infaustis vocibus invocare: Vos invoco, Iovem, Mercurium, Saturnum, Baal, Accaron vel Minervam, per quos mundus gloriatur, et per quos imperatores
9 obtinent laudem, et per quos dominus meus Datianus nimium sublimatur: adiuvate me et omnes, qui mecum adstant. Similiter et ceteri dixerunt.

16 Et dicit ad sanctum Felicem: Accede, et facito sicut nos facere conspexisti, ut possis evadere tormenta, quę tibi prępara-
3 sunt. | |' Tunc beatus Felix dixit: O, quos cęcitas | [229d; |' [89c diaboli per insipientiam cordis graviter occupavit! discedite, infelices, a manufactis vestris, quos impie adoratis, et cognoscite Deum
6 vivum, qui vos de limo terrę plasmavit; quoniam omnia, quę sunt manufacta hominum, pro eis rationem reddituri estis Deo vivo omnium seculorum. Et statim eius sermonibus accensi, inruerunt
9 in eum, et sicut apes, quę stimulate fuerint, et effervescunt, et iniuriam cum sua internicione defendunt. / Protinus ad- / [254c prehensum eum tradidit carnificibus, ut eum exungularent, et
12 carnem a cute discerperent; iussitque eum capite inverso pendere, quousque animam exhalaret. Quum autem suspenderetur sanctus Felix, dicebat: Exurge, Domine, et intende iudicio meo, Deus
15 meus et Dominus meus, in causam meam. Suspensus autem ab hora tertia usque ad vesperam, nullum penitus sensit dolorem, sed confortabat eum testis in cęlo fidelis.

17 Post solis autem occasum iussit eum in carcerem mitti, et artius custodiri; | |' ubi statim talis splendor lu- | [230a; |' [89d

---

15. 3 et *om.* M^2 5 honorari M^2 8 imperatores] nostri *add.* M^2 9 dominus *om.* M^2 10 me *om.* M^2.

16. 1 dicet M^2 2 conspexistis M^2 6 [omnia quę] *L* 9 et effervescunt] effervescunt M^2 13 quousque] quoadusque M^2 15 et Dominus meus *om.* M^2

3 minis inluxit, et nectareus odor suavitatis apparuit, ut custodes ipsius carceris crederent se balsamo fuisse perfusos. Voces etiam angelorum psallentium modulata suavitate omnibus resonabant. 6 Custodes autem mox, aperto carcere, exeuntes, cucurrerunt ad Rufinum, dicentes: Vere servus Dei fidelissimus est, quem nos custodire iussisti; nam multa mirabilia vidimus in hac nocte, quę 9 non licet nobis ulli hominum indicare. Sed et voces angelorum psallentium per totam noctem audivimus.

18 Tunc iratus Rufinus nimium, iussit eum, manibus post tergum ligatis, in maris profundo dimergi. Quumque navigio fuis- 3 set inpositus, psalle/bat, dicens: Etenim illuc manus tua / [254d deducet me, et tenebit me dextera tua, Domine. Quum autem ductus fuisset a litore quasi stadia triginta, proiecerunt eum in 6 mare, et ita dissoluta | sunt omnia vincula, quibus fuerat | [230b ligatus, quasi ex papyro fuisset adstrictus. Et postquam catenarum |' magnitudo disrupta est, confestim visus est super |' [90a 9 undas maris pedibus ambulare, et in medio angelorum manus ei tenentium hymnum et alleluia pariter decantare. Tunc ex alto pelagi super eos veniens, et navem conscendens, omnia, quę gesta 12 fuerant, eis intimavit, quique eius vestigia amplectentes, dicebant: Ora pro nobis ad Dominum, martyr Dei, ut dimittantur nobis peccata nostra.

19 Nuntiatur igitur statim Rufino, eo quod sanctus Felix in litore exultans et gaudens deambularet, et ait *satellitibus suis 3 Rufinus: *Furciferi, quur preceptis meis minime paruistis, et non, ut iussum est, navigio currente, eum longius et profundius dimersistis? Quique proclamantes et protestantes eum in longinquo ma- 6 ris profundo dimersum, sed ad terras, comitantibus angelis, divino gubernaculo | revocatum, tunc exclamavit Rufinus ut leo | [230c rabidus, dicens: Heu, vincimur! / Sed adhuc excogitabo / [255a 9 crudeliora genera tormentorum. Et ait ad carnifices: Exungu-

---

17. 4 crederent *om.* M^2 6 mox *om.* M^2 8 hac nocte] hanc noctem M^2 9 ulli] illi M^2.

18. 1-2 postergum M^2 2 mari M^2 3 tue M^2 5 quasi] pene M^2 proiecerunt] *L corr. ex* progecerunt 10 et *om.* M^2 11 gesta] iesta M^2.

19 1 Felix] sanctus *add.* M^2 4 currente navigio M^2 5 longinco M^2 6 ad] a M^2 conmitatibus M^2

lentur carnes eius usque ad ossa, |' ut vel sic eius contu- |' [90b
macia conprimatur.

20 Et quum factum fuisset, adductus est sanctus Felix ante
conspectum Rufini, et cepit eum intueri vultu truculento, turbidis
3 oculis, dicens: Felix, videsne quantum tibi miserti sunt dii nostri?
accede vel nunc et sacrifica eis, et faciam te eorum magnificum
sacerdotem. Cui sanctus Felix respondens, dixit: Tu eis servias
6 iure perpetuo una cum patre tuo diabolo; nam ego sacrifico et
deservio omnipotenti Deo meo, qui me de limo terre plasmavit,
et de profundo maris, disruptis vinculis, quibus fueram conligatus,
9 manibus angelorum suorum eripuit.

21 Quum ista a sancto Felice dicerentur, iussit carnificibus
Rufinus, ut eum usque ad ossa exungularent, et longinqui itineris
3 labore consummerent, | ut, renovatis vulneribus, acriori | [230d
dolore percussus, animam exhalaret. Quod quum factum fuisset,
reddidit spiritum. Revocatur igitur corpus beatissimi martyris
6 Gerunda, apud quendam matronam Deo nimium timoratam. Ego
vero humillimus levita Christi, qui et in eius passione diu- / [255b
tissime laboravi, |' hoc cum provincialibus meis, inito con- |' [90c
9 silio, definivimus, ut eius corpusculum ad provinciam, adlato
navigio, deferremus.

22 Igitur quum per totam noctem facta fuisset oratio, et
operis sequeretur effectus: sopore nimio mentem labore conpres-
3 sit, et dormientibus nobis ex adverso cenaculi, corpus sancti aufer-
tur. Expergefacti et solliciti timore per diversa currentes, repper-
imus eum in monumento, quem beatissimus martyr sibi prepa-
6 raverat, eliganter et dignissime sepelitum. Et quia iam a nobis
auferri non potuit, de eius cruore una cum gestis reliquias nobis-

---

19. 11 conprimatur] reprimatur M^2.

20. 2 conspectu M^2 turbidis] rabidis M^2 3 videsne] vides M^2 4 et sacrifica eis] sacrifica diis M^2 5 respondens, dixit] respondit M^2 eis servies L, P^2 :servias eis M^2 8 fueram] eram M^2 10 con ligatus M^2.

21. 1 diceretur M^2 2 longinquo M^2 3 labore consummerent] laborare consumerent M^2 4 quum] cum M^2 6 Gerundam M^2 timorata M^2 7-8 diutius M^2 8 cum *om.* M^2 9 definivi M^2 10 deferemus M^2.

22. 2 opere P^2 effectu[s] L sopore nimio mentem] sopor mente M^2 3 cenaculi] celaculi M^2 4 timorem M^2 5 sibi *om.* M^2 6 a *om.* M^2

cum detulimus, ut et in presenti vita eius fruamur auxilio, et in
9 futuro, | eodem patrocinante, vitę perpetuę consequamur | [231a
effectum.

23 Prestante Domino Iesu Christo, qui martyrem suum
coronavit in pace: cui est honor et gloria, virtus et potestas in
3 secula seculorum. Amen.

XLI[a]

[Iusti et Pastoris]

| = L 231a-232b; || = P[1] 238a-d (fragm.); / = P[2] 257b-258b.
|' = M[2] 90c-d (fragm.)

Notas litúrgicas marginales de L

1	L[e]c[tio] I[a].	4	[Lectio] IIII[a].	'	[Lectio] VII[a].
2	[Lectio] II[a].	5	[Lectio] V[a].	8	[Lectio] VIII[a].
3	[Lectio] III[a].	6	[Lectio] VI[a].	9	[Lectio] VIIII[a].

Notas litúrgicas marginales de P[2]

1'	[Lectio] <V>	3'	[Lectio] VII.
2'	[Lectio] VI.	4'	[Lectio] <VIII>.

1 Passio sanctorum martyrum Iusti et Pastoris, qui passi
sunt Conpluto in civitate |' sub Datiano preside; die VIII |' [90d
3 idus agustas. Deo gratias.

2 [1] In diebus illis, dum crudelissimus Datianus *instinctu
serpentis, et consilio diaboli provocatus, universum rabidus per-
3 curreret mundum, ita ut quoscumque christianos per diversas
regiones sanctam audiret colere vitam, eos variis tormentorum
generibus cruciaret, et assidue ad suę sacrilege religionis ritum
6 omnium populorum converteret dicionem, subito dum eum ad
Conplutensem | urbem transeundi itineris *oportunitas | [231b

---

22. 8 ut et] ut M^2.
23. 1 Domino] nostro *add.* M^2 2 virtus et potestas *om.* M^2.
1. 3 Deo gratias *om.* P^2, M^2.
2. 1 instincto M^2 5 assidue *om.* M^2 [ad suę] *L*
ritum] meritum M^2

perduxisset, et eius tremendam opinionem pene cuncta civitas
9 cognovisset, hoc repperto, hii duo infantes sanctissimi Iustus et
Pastor, relictis scholę tabulis, in quibus eorum tenerę litteris im-
buebantur ętatęs, iam non ad studium magistri istius seculi vel
12 doctoris ire cęperunt; sed quasi probati Christi discipuli ad spec-
taculum proprii martyrii alacri devotione cucurrerunt.

3 [2] Quumque solliciti cernerent, et intento corde / [257c
caperent quid Datiani dementis perquireret furor, || nun- || [238a
3 tiatum est Datiano quod hii duo infantuli christiani essent, et a
christianis parentibus orti fuissent. Et pro hoc ad spectaculum
venerunt, ut, si a vestra clementia facta fuerit requisitio chri-
6 stianorum, ipsi se sponte offerant puniendos. [3] Quumque hoc
crudelissimus Datianus diligenter advertisset, statim indignationis
ira comotus, inauditos eos iussit conprehendi, et cedi precepit,
9 timens, ne, dum | eos ad interrogandum ad eius presen- | [231c
tiam perducerent, aliorum circumstantium ad confessionem Chri-
sti nominis animos pręparassent; [4] aut ne, dum in eis non prę-
12 valuisset, suam publice prospiceret malitiam ab infantulis superari.

4 Quumque conprehensi fuissent, priusquam supplicium
paterentur, sic se beati martyres, adspirante angelo Dei, ęti, invi-
3 cem confortabant. Iustus dixit: Noli, frater Pastor, hanc tempo-
ralem pertimescere passionem: noli cedentium ictus in tuo tene-
rissimo corpore dubitare. [5] Noli incumbentem gladium formidare;
6 || quia, si, adnuente Domino Iesu Christo, stincti conti- || [238b
gerit nos ad ipsius gloriam properare digniorem, in futuro seculo
/ eius suscipiemus fortitudinem, que nostram non minuat / [257d
9 parvitatem; sed ad profectionem martyrum et angelorum coro-
natam perducat ętatem. [6, 1] Hic quidem brevi tempore constituti,
parvam inter homines possidemus vitam: sed illuc in longitudine

---

8 et in eius tremenda opinione M^2 10-11 littere induebantur M^2 12-13 expectaculum M^2.

3. 1-2 caperent corde M^2 2 dementiis M^2 2-3 nuntiatum] *Incipit* P^1 *post lacun.* · *finit* M^2 *quia fol. avulsa* 4 expectaculum P^1 *et antep.* hoc 5 vestra clementia] vestram clementia *L.* P^1; vestra clementiam P^2 7 diligenter] diligentius P^1 8 commotus P^1 11 prepararent P^1 12 publicem prospicere P^1.

4. 1 supplicio P^1 6 annuente P^1 Domino] nostro *add.* P^1 stincti] stinc *L;* isti P^1 8 minuet P^1 9 profectionem] perfectionem P^1 11 possidebimus P^1

12 dierum, si | ipsi placiti fuerimus, ęternę vitę percipiemus | [231d
abundantiam.

5 Cui sanctissimus Pastor respondit: Digne quidem, frater
Iuste, sic te decet hortari, ut iustitiam, quam in tuo nomine por-
3 tas, simul cum tuo fratre Pastore suscipias. [7] Leve sit nobis, pro
confessione Domini nostri Iesu Christi, nostrum corpusculum
iugulari, et sanguinem fundi, ut in cęlesti sacrario Christi divi-
6 num corpus, et pretiosum sanguinem eius nobis liceat adorare.
[2'] Non nos parentum vel proximorum revocet pietas, nec nostrę
doleamus ętati, sed celeriter promti ad cęlorum culmina prope-
9 remus, ubi nostrę infantię et parentum nostrorum obtinere pecca-
torum veniam mereamur.

6 || [8] At ubi illos, qui directi fuerant, violenti carni- || [238c
fices vidissent unaniniter talia conloquentes, nuntiant Datiano,
3 quid de eis preciperet, quos audierant sic se pro nomine Domini
audaciter consolantes. Quo audito, Datianus stupefactus ait:
| Non sunt isti digni nostris conspectibus sisti, qui nec | [232a
6 / infantię suę tenerum robur lucrare voluerunt, nec deo- / [258a
rum nostrorum venerabilem maluerunt adorare culturam. [3'] Statim
iubet eos procul a civitate gladio trucidari. Quumque perducti
9 fuissent in Campo Laudabili, nulla obsistente maceria, ubi ultio-
nem dignam pro Christi nomine susceperunt. [9] Quorum confestim
salvator animas, apertis cęlis, triumphantibus angelis inter mar-
12 tyrum choros, in ęternam requiem cęlestibus sedibus conlocavit.

7 Post celerem vero profectionem inmundissimi Datiani
exeuntes christiani, corpora eorum in eodem loco, quo passi sunt,
3 honorifice sepelierunt, et per singulorum corpora, una pro- || [238d
tegente basilica, in eorum titulis altaria veneranda sacrarunt.
[4'] Quem ita sanctum locum tanta Dominus noster Iesus Christus
6 potentię suę magestate replevit, ut quicumque pura fide et integra
devotione | eorum expetierit veneranda suffragia, qualibet | [232b
infirmitate fuerit detemtus, vel inimicorum infestatione depressus,
9 statim ipsorum invicto liberatur auxilio.

---

4. 12 percipiebimus P^1.
5. 3 fratre tuo P^1.
6. 2 unanimiter vidissent P^1 8 trucidare P^1 11 inter] in[ter] *L;* in P^1.
7. 4 baselica P^1, P^2 tutulis P^1 6 maiestatem P^1
9 liberator P^1.

8 Unde oportet nos, unita laudis voce in eorum festivitate psalmorum canticum resonare, dicentes: Gaudete, iusti, in Domi-
3 no, rectos decet conlaudatio; ut quia / pro cęlorum / [258b regna, et nobis omnibus conservandis, pretiosum sanguinem effuderunt, dignas et nos in hac die pro eorum martyrio laudes altis-
6 simo cum muneribus referamus.

9 Ut sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Amen.

XLII[a]

[Xysti, Laurentii et Hippolyti]

1 **P**assio sanctorum martyrum Xisti ępiscopi et Laurenti arcediaconi et Hipolyti[a] ducis, qui passi sunt in urbe Roma sub Decio cęsare; die IIII idus agustas. Deo gratias.

2 | **M**agna martyrum et pręcelsa sunt testimonia, que *adte- | [232c nuat potius quam explicat sermo: nicil tamen amittunt ex proprio, quę per se eminere noscuntur. Xistus igitur urbis Rome ępiscopus, apud Athenas natus et doctus, prius quidem philosofus, postea vero Christi discipulus, audiens Decium Romam venturum esse, ait: Omnes priores ideo diversa sunt perpessi tormenta, ut ad nos incolomis status Eclesię perveniret: nam et ipse Dominus noster Iesus Christus passus est, ut eam adquireret, apostoli certe patiendo eam servarunt. Nicil igitur enitendum est, nicilque elaborandum, nisi aut ut cum iustitia vivamus, aut, quod est gloriosius, pro iustitia etiam moriamur.

3 Quumque hęc et his similia sancto suo sermone *disseruisset, vocavit ad se Laurentium suum archediaconem, civem romanum, dignum Deo virum, habitu et vultu et sanctitate conspicuum, et tradidit ei omnes facultates | Eclesię, dicens: Sint hęc penes te diligenti cura reposita, .| [232d quatenus ad ea non possit avari regis cupiditas pervenire. Tunc beatus Laurentius omnia quę preceperat christianis artificibus vendidit, et omne pretium pauperibus erogavit.

4 Ingressus igitur urbem Romam Decius impiissimus cęsar cum Abdo et Sene cives persarum, viros christianissimos, quos pro Christi nomine vinctos, et diversis suppliciis maceratos, ex Oriente adduxerat, datis mune-

---

8. 4-5 effunderunt P^1.
9. 2 Amen *om.* P^1.

[a] Ypoliti [Ypolitus-i] *cod. semper.*

ribus, ferarum eos morsibus tradidisset, soluta sunt ligamenta manuum eorum. Quibus ferarum omnium insatiata rapacitas ita prostrata colla submiserunt, ut oves magis quam bestię putarentur. Tunc impiissimus cęsar precepit, ut eos gladiatores interficerent. Qui quum percussi fuissent, iussit corpora eorum extra anfitheatrum proici, et, inhumata, canibus dereliqui [b]. Quę corpora a christianis nocte sublata sunt, et posita in cimiterio Pontiano | die quarto iduum agustarum. | [233a

5 Post hęc autem iussit ad se adduci sanctum Xistum urbis Romę ępiscopum, et ait ad eum: Consule senectuti tuę, et sacrifica diis. Cui beatus Xistus constanter ita respondit: Isti dii non sunt, sed sunt effigies sine voce, et absque auditu, absque gressu, et absque visu: sunt plane lapides miserrimi arbitrio humano relicti, ita ut ex una eademque marmoris massa simulacra sculpantur, et plateę sternantur. Tunc indignatus cęsar, iussit eum capitalem subire sententiam. Qui quum duceretur, sanctus Laurentius cępit flere non passionem eius, sed quur ipse remaneret. Itaque his verbis eum prosequebatur, dicens: Quo progrederis sine filio, pater? quo, sacerdos sancte, sine diacono properas tuo? Numquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid ergo in me tibi displicuit, pater? Numquid et degenerem me probasti? Experire certe utrum <alte>rum idoneum elegeris: <...> omnis isti | dominici sanguinis consecrationem, cui | [233b consumandorum consortium sacramentorum conmisisti, huic sanguinis tui consortium negas. Vide ne p[e]reclitetur iudicium tuum; dum fortitudo laudatur, abiectio discipuli detrimentum magistri est. Quid quod inlustrius prestantes viri discipulorum certaminibus quam suis vincunt? Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum premisit; et tu, pater sancte, ostende in filio virtutem tuam; offer quem erudisti, ut securus tui iudicii comitatu nobili pervenias ad coronam.

6 Tunc Xistus sanctus ait: Non ego, fili, te derelinquo ac desero, sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnę cursum recipimus: te quasi iuvenem gloriosior de tyranno manet triumphus. Mox venies, flere desiste, post triduum me sequeris. Inter sacerdotem et levitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem querens; quid consortium passionis meę expetis? | Totam | [233c tibi hereditatem eius admitto; quid presentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum precedant, fortes sequantur; ut vincant sine magistro, qui iam non indigent magistrum. Sic et Elias Elisseum [e] reliquit. Tibi enim mando nostrę virtutis successionem. Decollatus est autem extra murum urbis Rome, via Appia, quę apellatur Clivus martyr. Rapuerunt autem christiani corpus eius, et posuerunt eum in cimiterio Callisti eadem die VIII idum agustarum.

7 Tunc Decius cęsar iniquissimus adduci in conspectu suo precepit beatum Laurentium, et ait ad eum: Ubi sunt thesauri Eclesię, quos penes

---

[b] *corr. ex* derelinqui.
[e] Helisseum *cod.*

te esse cognovimus? Laurentius dixit: Biduo mici dentur indutię, ut ex omni Eclesia universa deferam. Tunc iussit cęsar, ut sub custodia Hipolyti ducis Laurentius ageretur traditus. Tunc dixit ad eum Hipolytus: Ostende mici thesauros Eclesię. Laurentius respondit: Si mici tuum preberes adsensum, ita ut crederes | Christo, ostenderem tibi extimabiles thesau- | [233d ros. Hipolytus dixit: Si dictum facto conpenses, faciam quę hortaris. Tunc cępit sanctus Laurentius super cęcorum oculos crucem Christi signare, et aperiebantur oculi eorum. Quod quum videret Hipolytus, cecidit ad pedes eius, et genibus provolutus orabat, ut christianus effici mereretur. Quumque fidem [Domini] percepisset, altera die ingressus ad cęsarem, ait: Laurentius pro foribus est cum turba pauperum, et asserit se non omnia pandere, nisi cum omnibus fuerit intromissus. Quo introducto, cęsar ait: Ubi sunt thesauri Eclesię, quos te hodie adlaturum spoponderas? Laurentius respondit: Isti sunt thesauri Eclesię sempiterni. Tunc iratus cęsar tradidit eum Valeriano prefecto urbis Rome, dicens: Nisi hodie sacrificaverit diis, diversis eum pęnis interfice.

8 Valerianus sedens pro tribunali, hoc initium sermonis arripuit: Cuius te muniri existimas patrocinio, ut neque deos neque cęsarem velis | habere propitios? Laurentius sanctus respondit: Omnes qui sacri- | [234a ficant idolis, cum eisdem erunt in igne perpetuo. Tunc iussit eum Valerianus in conspectu suo vivum in craticula assari. Quumque assaretur, ita hilari facie benedicebat Deum, ut omnes mirarentur eius constantiam. Ait ad illum Valerianus: Quid nunc dicis, Laurenti? Laurentius sanctus dixit: Assatum est, versa et manduca. Ait ad eum iterum Valerianus: Ubi sunt ignes, quos tu diis promiseras? Laurentius sanctus respondit: Disce, miser, quanta virtus sit Domini nostri Iesu Christi, nam carbones isti non dolorem, sed refrigerium mici prestant; accusatus non negavi; interrogatus, Christo confessus sum; assatus, gratias ago. Et hęc dicens, emisit spiritum.

9 Tunc rapuit corpus eius Hipolytus, et posuit illut in cripta abditissima non longe ab urbe, via Appia, die quarto iduum agustarum. Fecitque illic biduo, ieiunans et orans. Egressus autem | tertio die, venit ut | [234b ingrederetur domum suam, et prius quam cibum caperet, a militibus conprehensus est, et perductus ad cęsarem. Cui cęsar ait: Numquid et tu magus effectus es, ut corpus Laurenti abstulisse dicaris? Hipolytus dixit: Hoc feci non quasi magus, sed quasi christianus. Quo audito, Decius cęsar iussit os eius contundi ad lapidem, et exuit eum vestę, qua habitu christiano indutus erat, et extensum a cardos ferreos cedi. Post hęc autem seminecem iussit eum duci extra urbem, et pedibus ligari ad pedibus indomitorum equorum, et in cardeto dimitti. Dum autem traherent eum, oravit voce magna, dicens: Lumen claritatis, stella splendida et matutina, iube me recipi ubi recepisti levitam tuum Laurentium. Et hęc dicens, reddidit spiritum. Tunc christiani rapuerunt corpus eius, et posuerunt in cripta, quę est iuxta Agrum Pretorianum, die iduum agustarum.

10 Die autem septima passionis eius dedit | munera Decius, | [234c et sedente eo in curro una cum Valeriano prefecto, ut iam descenderent,

et anfitheatrum intrarent, uno momento utrique expiraverunt. Clamabat Decius in hora mortis suę: O Hipolyte, ac si captivum ita me vinctum ducis. Valerianus autem clamabat: O Laurenti, igneis catenis me vinxisti, et trahis. Hoc autem notum factum est in universo mundo, et omnes credentes in fide confortati sunt, et Domino gratias egerunt Patri et Filio et Spiritui Sancto, qui sanctos suos coronavit in cęlis, et ultus est festinanter in eorum persequutores.

11 Regnante Domino nostro Iesu Christo cum Patre et cum Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

XLIII

[Genesii]

1 Passio sancti ac beatissimi Genesi martyris Christi, qui passus est in civitate Arelati; die VIII kalendas septembres. Deo gratias.

2 Proprium atque *indigenam Arelatensis urbis beatissimum Genesium martyrem, *alumnum eiusdem iure nascendi, patronum virtutę moriendi, celebrare | iam a principio atque extollere omnium fidelium studia, | [234d omnium religiosorum litterę debuerunt; ut tanti meriti gloriosa documenta consignata scribtorum fide, et vivacibus commendata *monumentis, *inlibata atque integra ad posteros pervenirent; quę et admiratio semper faceret nova, et veneratio probaret antiqua. Et quoniam succedenter sibi per incertum vitę tempus et ętates, tradere invicem mutue memorię quam mandare litteris maluerunt, vel nunc oportet eadem fidelibus scribtis in tempora sequutura transmitti, ne ea, quę adhuc viva recordatione rerum ut sunt gesta referuntur, evanescente per tempus, vel tradentium vel accipientium fide fabulosa credantur.

3 Sanctus itaque Genesius in iuventutis flore primevo provincialis militię *tirocinia suscepit. Quumque *exceptoris *fungeretur officio, eam officii partem studio et arte conplexus, quę patronorum verba | vel | [235a iudicum signorum brevium adnotata *conpendiis mansura periberet, et memorię velocitate vel dexterę sonum vocis ęquaret, spiritualem futurę glorię imaginem prefigurans, ut precepta divina celeriter audiret, et fidelibus notus pia mente sacramenta salutis exciperet. Accidit itaque ut, eodem hoc munus implente, impia atque sacrilega persequutionis iussa legerentur, quę quum devotus Deo repudiaret auditus, et *inprimere ceris manus sancta respueret, abiectis ante pedes iudicis tabulis, tristem ministerium sacrata iam Domino mens refugit. Et, ut in nullo a preceptis evangelicis actus martyrii deviaret, per quem declinaret persequutionis impetum, ut permittimur vel iubemur, alia atque alia non solum *latebram, verum etiam civitate mutata. quum et alio loco scribtum sit: Spiritus quidem promtus,

caro autem infirma, ab ira se furentis iudicis paulisper *occuluit. Qui quum corripi protinus offerrique iussisset, | neque facilis investigatio ad | [235b procuratam latebram perveniret, crudelissimis pene ministris, ut ubi eum reppertum [invenirent], gladio interimerent, imperavit. Quod ubi a beato Genesio vel occultis nuntiis vel rumore conpertum est, diversa latendi loca, ut rerum exitus docet, non infirmitate spiritus, sed carnis trepidatione mutavit.

4 Atque iterum, licet superfluo, de presumte fidei confirmatione sollicitus, quoniam necdum erat ex aqua et Spiritu Sancto renatus, perfidos internuntios a catholice religionis antestite donum babtismatis postulavit. Sed ille antestis vel temporis angustię impeditus, vel iuvenili ętate *diffidens, ardentia vota distulit, ac fideliter indicavit, quod plenam consummationem huius muneris daret promta pro Christo cruoris effusio. Sed hęc quidem cunctatio sacerdotis divino, ut extimari promtum est, *nutu atque iudicio procurata vel disposita est, ut circa eius sollemnem consecrationem officia humana cessarent, cui unius babtismatis dupplex gratia | ex utro- | [235c que scilicet Christi latere, et aquę et sanguinis, parabatur.

5 Sed iam Dominus per Spiritum Sanctum intima futuri martyris scrutatus arcana, subeunde constantiam passionis vel fecerat vel videbat, neque patiebatur differri coronam, quum videret paratam esse victoriam. Itaque persequutoribus suis eum obtulit et his, quorum in eundem avida crudelitas inhiabat, ostendit. Atque ubi se prespicit deprehensum, instinctu Dei Rhodanum petit, et sancta fluvio membra conmittit, ut eum illic a concretione mortali, velut alterius Iordanis, undis occultus baptista purgaret, et mutuo alternoque mysterio aquis corpus, et aquas corpore, consecraret. Atque hac causa provisum est, ut natandi *adminiculo ad ripam alteram perveniret, quippe qui exemplo beatissimi Petri ad Christum tendens per summa gurgitum ambulare potuisset. Transgressum in alteriora fluminis et subeunde premisse passionis Christo *sponsore | secu- | [235d rum in eo loco, quem effusionis sanguinis gloriosi Dominus elegerat, quique nunc oratione assidua, et votis numquam irritis, frequentatur, percussor adsequitur, exobtatoque gladii ictu festinantem ad Deum animam vinculis corporis, quibus tenebatur, absolvit, et utraque substantia proprię originis elementa repente terrena interim terris membra comendat, cęlestem spiritum emittit ad cęlum.

6 Prę̨viderant tamen fideles illius temporis, Dei servi, utramque fluminis ripam geminatis urbibus ambiendam unius martyris tutela munire. Nam in ipso beate passionis loco consecrati cruoris vestigia relinquentes, in alterum fluvii litus honorandas reliquias transtulerunt, ut utrubique Genesius presens martyr: illic sanguine haberetur, hic corpore.

7 Hęc omnia fideliter, atque ut ita gesta sunt, vel conperta, fidelibus devotisque animis [a]. | qui noveratis, recognoscite: qui ignorabatis, | [236a agnoscite: et gloriam tanti martyris crescentem in secula ęterna venera-

---

[a] *ad calcem folii 235v est imago cuiusdam effigiei.*

mini, et unusquisque pro viribus ad similia, si ita res desideraverit, animos pręparate, et ut beatus Genesius throno Domini usque in vindictę suę tempus adsistens sacerdotibus, ministris, clero, vobisque omnibus, et ei, qui instructioni vestrę ista conposuit, patrocinetur, orate.

8 Ut sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Amen.

XLIIII

[Cypriani]

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio] I[a]. 2 [Lectio] II[a]. 3 [Lectio] III[a]. 4 [Lectio] IIII[a]. 5 [Lectio] V[a]. 6 [Lectio] VI[a] 7 [Lectio] VIII[a].

1 Passio sancti ac beatissimi martyris Cypriani[a], qui passus est Carthagine[b] in civitate; die XVIII kalendas octubres. Deo gratias.

2 In diebus illis, Tusco et Basso consulibus, Carthagine in secretario Paternus proconsul Cypriano ępiscopo dixit: | Sacratissimi impe- | [236b ratores Valerianus et Gallienus litteras ad me dare dignati sunt, quibus preceperunt eos, qui non colunt romanam religionem debere eos romana cerimonia recognoscere; exquisivi de nomine tuo, quid mici respondis? Cyprianus episcopus dixit: Christianus sum, et ępiscopus; nullos alios deos novi, nisi unum, et verum Deum, qui fecit cęlum et terram, mare et omnia, quę in eis sunt: [1] huic Deo christiani deservimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus pro nobis, et pro omnibus, et pro incolomitate ipsorum imperatorum. Paternus proconsul dixit: Et in hac volumptate perseveras? Cyprianus ępiscopus dixit: Bona volumtas, quę Deum novit, inmutari non potest. Paternus proconsul dixit: Poteris ergo, secundum preceptum Valeriani et Gallieni, *exilio ex hac urbe proficisci? Cyprianus ępiscopus dixit: Proficiscor.

3 Paternus proconsul dixit: Non solum de ępiscopis, sed et de presbyteris scribere mici dignati sunt. [2] Volo ergo ex te scire, qui sunt presbyteri, qui in hac civitate constituti sunt. | Cyprianus ępiscopus | [236c dixit: Legibus vestris bene atque utiliter censuistis delatores non esse; itaque detegi a me non possunt, sed in civitatibus suis inveniuntur. [3] Paternus proconsul dixit: A me invenientur. Et adiecit: Preceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula faciant, neque cimiteria ingrediantur, si quis itaque hoc tam *salubre preceptum non observaverit, capite *plectetur. Cyprianus ępiscopus dixit: Fac quod tibi preceptum est.

---

[a] Cipriani [Ciprianus-i] *cod. semper.*
[b] Cartagine [Cartago-nis] *cod. semper.*

4 Quumque Cyprianus ępiscopus sanctissimus martyr electus Dei de civitate Curubitana, in qua exilio ex precepto Aspasi Paterni tunc proconsulis datus fuerat, egressus fuisset, ex sacro rescribto specialiter hoc et personaliter remisso, ut in hortis suis maneret, et ad diem omnibus horis expectabat ad se venire, sicut ostensum ei fuerat. [4] Idem quum illic demoraretur, repente in diebus septembris, Tusco et Basso consulibus, venerunt ad eum principes duo, unus ex officio Galleri Maximi proconsulis, qui causas Paterno successerat: | alius vero equistrator, qui esset a | [236d custodibus eiusdem officii proconsulis, ambo in *curriculum eum inposuerunt et in Sextum duxerunt. Idem Gallerius Maximus proconsul bone valitudinis recuperande gratię successerat; [5] eundem Cyprianum martyrem Gallerius Maximus proconsul alia die sibi offerri precepit. Ita idem Cyprianus sanctissimus martyr cum principe, id est, stratore officii maximi proconsulis secessit, ut in hospitio eiusdem esset vico Saturni, inter Veneria et Salutaria. Illic ante ianuam universus populus fratrum mansit, et quum hoc Cyprianus sanctissimus martyr conperisset, custodiri puellas precepit, quoniam in vico omnes ante ianuas hospitii principis iacebant. Plebs interim tota sollicita, nec per noctem aliquid sine conscientia sua fieret, ante fores principis excubabat: [6] concessit enim tunc divina bonitas digno viro, ut Dei populus | etiam in sacerdotiis passione vigilaret. | [237a

5 Sed quum inluxisset dies alius, hoc est, octavo decimo kalendas octubres, mane multa turba conveniebat ad Sextim secundum preceptum Galleri Maximi proconsulis. Sedente ergo eo, oblatus est, atque idem Gallerius Maximus proconsul Cypriano ępiscopo dixit: Tu es Thascius[c] Cyprianus? Cyprianus ępiscopo dixit: Ego sum. Gallerius Maximus proconsul Cypriano episcopo dixit: Tu papam te sacrilege mentis omnibus exhibuisti? Cui Cyprianus ępiscopus dixit: Ego. Proconsul dixit: Iusserunt te sacratissimi principes nostri sacrificare diis. Cyprianus episcopus dixit: Non facio. Gallerius Maximus proconsul dixit: Consule tibi. Cyprianus ępiscopus dixit: In re tam iniusta nulla est consolatio.

6 Gallerius Maximus proconsul conloquutus cum consiliario, sententiam dictavit verbis huiuscemodi: Diu sacrilega mente vixisti, et plurimos | tibi nefarię conspirationis homines adgregasti, et inimicum te | [237b constituisti diis romanis, et religionibus sacris, nec te pii et sanctissimi principes nostri Valerianus et Gallienus augusti, et Valerianus nobilissimus cęsar ad sacra felicissimorum templorum suorum, et ad cerimonias percolendas, bonamque mentem habendam, tanto tempore non potuerunt revocare; et ideo quum sis nequissimi criminis auctor et signifer reprehensus, et quia hostili more a romana mente recesseris, eos, quos tuo scelere docuisti ipso documento, qui tuo instinctu duraverint sacrilega mente et contumacia tuo sanguine satietur disciplina. [7] Et decretum ex tabella recitavit: Thascium[d] Cyprianum animadverti gladio placet. Cyprianus ępiscopus dixit: Deo gratias.

---

[c] Tarsius *cod.*
[d] Tascium *cod.*

7 Post huius sententiam populus fratrum dicebat: Et nos cum eo decollemur. Et quum exisset pretorii fores, ibant cum eo comes militum turba, et ita de post pretorio | in Sextim agro perductus est; ibique | [237c Cyprianus sanctissimus martyr lacerno byrro se expoliavit et plicuit, et in terra, ubi genua poneret, progecit. Et ita se tunica expoliavit, et diaconibus tradidit, et in linea stetit, et cepit spiculatorem expectare; et quum venisset spiculator, iussit suis, ut idem spiculatori aureos vigintim darent. Linteamina et manualia multa ante eum a fratribus mittebantur; et ita idem Cyprianus manu sua de orario oculos sibi texit. Qui quum *lacinias *manualis ligari sibi non posset, Iulianus presbyter et Iulianus diaconus ei ligaverunt.

8 Ita et ut Cyprianus sanctissimus martyr passus est, eiusdemque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positus est, et magna turba eum prosequuta est. Per noctem autem illam corpus eiusdem Cypriani martyris, ex eo loco ubi positum fuerat in aera sublatum est. Inde ad cereos et ad scolaces, | ad areas Macrobi Candidati proconsulis, quę sunt | [237d via Apaliensi iuxta piscinas, a fratribus multis cum voto et triumpho magno perductum est, et illic conditum est. Post paucos vero dies Gallerius Maximus proconsul prefocatus a diabolo mortuus est.

9 Dominus autem suscepit martyrem suum in pace: cui est honor et gloria cum Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

XLV

[Euphimiae]

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio] IIII.	3 [Lectio] VII.	5 Or[atio].
2 [Lectio] VI.	4 [Lectio] VIII.	6 Or[atio].

1 Passio sancte ac beatissimę Eufimię virginis, que passa est in civitate *Calcedona; die XVI kalendas octubres. Deo gratias.

2 In diebus illis, in Europa erat congregatio magna christianorum in civitate Calcedona. Priscus autem proconsul amicum habebat impiissimum, Appellianum nomine, *soffistam gentilium, qui assiduus erat deo eorum Marti. Hic Appellianus | accusator fuit christianorum, et dicebat | [238a Prisco: Obtime virorum, et eloquentissime in cognitione proconsul, notum sit dignationi tuę de magno deo Marte, quod omnes pariter, prout invictissimi regis desiderio est, sacrificium reddimus magno deo Marti. Placuit hic sermo proconsuli Prisco ad subversione animarum perditarum; unde et edicta scribens, terribilia in publicis locis et festivis proposuit, ita designans: Viri amici Calcidonenses, omnibus notum sit, ut purificemus nos

diebus octo, et decretum regis custodientes, imolemus magno deo Marti; si quis autem neglegens, aut alterius secte cultor inventus fuerit, tormentis pessimis punietur. Est autem signum hoc sacrificii: ut quacumque hora tuba personaverit, omnes simul ad templum Marti convenientes, alacriter sacrificemus, repropitiantes nobis magnum deum Martem.

3 | Venit autem Appellianus, curiose agens, per singulos dies | [238b et horas, quę ad cultum dęmonum pertinent. [1] Tunc ergo *tubicinator quidam luctuosam vocem dedit, colligens omnes, qui vanam spem sequebantur. Erant autem et qui deum habebant in animo in domo una in superiora inclusi, et instabant orationibus; assidue autem ad illos erat sancta Eufimia, filia Filofronis sen[a]toris, cuius mater Theodora [erat]. Ascendebat autem Dei cultrix, faciens elemosynam, expectans de cęlo mercedem superventuram sibi. Appellianus autem, discipulus diaboli, dixit ad proconsulem: Sunt hic viri aliqui, qui se in superiora domus incluserunt, qui nec imperatoris decreto, nec tuę potestatis precepto, obedire volunt. Quod si istis fuerit concessum, multi avertent se a sacrificio dei Martis, et adherebunt illis, et disperdent inridentes sacrificia nostra.

4 Hoc audito, proconsul iussit eos adduci ad se. Qui quum adducerentur | in medio eorum, erat sancta Eufimia, *gratissimum habens | [238c vultum et habitum, *pudica super omnes, qui erant cum ea inluminans continentia et pudicitia sua facies videntium. [2] Quumque venissent et stetissent ante tribunal, dicit ad eos proconsul: Obedite omnes pariter decreto imperatoris, et imolate magno deo Marti. Illi autem omnes simul cum sancta Eufimia sicut ab uno ore dixerunt: Notum tibi sit, proconsul, quod nos servimus magno et perpetuo regi, qui sedet in cęlis, et Christo [Filio] eius, qui Patris volumtatem extendit cęlos, firmavit terram, et cuncta constituit: illum nos adoramus, et illi sacrificium beneplacitum nos ipsos offerimus. [3] Proconsul autem Priscus, hoc audito, dicit ad eos: Misereor unicuique vestrum, et differo propositionem absque cognition[is] [a] mentis excelsam, et substantiam formę uniuscuiusque vestrum diligens. Propter quod obedite imperatori, et sacrificiis deorum fruemini, | ex quibus | [238d magni potestis esse amici, et cogniti regis, necnon et ducatum vobis et principatum adquiritis.

5 Audientes autem hęc fortissimi illi, reformaverunt tristitiam vultus sui ad scientiam divinam, habentes secum in medio magnam et sanctam Eufimiam in choro angelico, et dixerunt: Nos, o proconsul, servi Dei sumus excelsi, et festinamus in illam fidem, quam nobis tradidit, inveniri, ut consequamur promissionem ipsius, qua dixit: Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. [4] Sed nec tu ignoras, proconsul, quod omnis, cui creditur administratio, festinat seipsum probabilem exhibere illi, qui sibi credidit principatum et potestatem, ut ad maiora possit et meliora pręmia pervenire. Si ergo corruptibiles quum sint homines, corruptibilibus servientes, temporales et inutiles querunt honores,

---

[a] *corr. ex* cognitione.

quanto magis incorrupto | et ęterno Deo fidem exhibere debemus, | [239a et conscientiam puram, ut merito prestolemur promissionem incorruptibilem et sempiternam, quę auferri nullo modo potest? Fac ergo quo tibi placet: nos autem parati sumus pro cęlesti scientia nosmetipsos morti tradere, et recipere thesauros repositos ab omnipotenti Deo.

6 Priscus autem proconsul hęc audiens, inmutavit faciem suam, et singulos eorum iussit tormentis puniri. Quumque torquerentur per singulos dies, sustinebant tormenta propter Christum [fortes et] magnanimes, advocantes seipsos ad sustentationem certaminis. Magna autem sensu et fortem certatricem Eufimiam cum gaudio ad brabium Iesu Christi pervenire instruebant. Quumque completi fuissent dies decem et novem in certamine sanctorum, erant in carcerem nutriti a Sancto Spiritu. Vicesima autem die Priscus proconsul, habitu consilio cum impiissimo Appelliano, cui nomen simile | erat et arbitrium, processit ad interrogatione sanctorum, | [239b et sedens pro tribunali, iussit eos adduci.

7 Adducti autem fortissimi milites, in medio habebant sicut lampadam sanctam Eufimiam. Et interrogavit eos proconsul, dicens: Dicite mici, adulescentes, si persensistis inlata tormenta, et conversi estis, ut sacrificetis deo Marti? Illi autem quasi ex uno ore et una voce cum bona certatrice Eufimia, dixerunt: Quamdiu, proconsul, teipsum inludis, et non discedis ab ea, quę te circumstat, fallacia, et cognoscis eum, qui te fecit, Deum? Tunc Priscus proconsul dixit ad ministros diaboli: Alapis cedite eos, et dicite eis: Obedite magno deo Marti. Ministri autem precepta sibi faciebant. Quumque cederentur in faciem, vultus eorum magis albescebat. Defecerunt autem ministri cedentes eos, et facti sunt velut mortui. Appellianus autem, Satane discipulus, qui mentem diabolici erroris habebat. dixit ad proconsulem: Excruciatos | hos tormentis transmitte ad | [239c regem. Et placuit sermo proconsuli et omnibus, qui cum eo erant; et iussit eos mitti in carcerem, donec mitteret eos ad regem.

8 Erant autem sancti numero *quadraginta et novem, cum quibus erat sancta Eufimia. Qui quum ducerentur in carcerem, venit quasi lupus in gregem, et arripuit magnam et beatam Eufimiam, extimans hoc, quod sicut ipse infirmus et inutilis erat, infirmum vas inveniret. Illa autem diligens Christum, et a Christo dilecta, gaudio repleta, extendit oculos suos ad cęlum, et dixit: Adiuva me, Christe, spes mea, Iesu, sustentatio mea, ne peream a te, Domine. Priscus autem hęc audiens, dixit ad illam: Honora temetipsam, ut generis tui nobilitatem vel notitiam non amittas, et ideo, si corrupta erat mulier verbis, revertere et sacrifica deo Marti. Illa autem fortis et certatrix bona ait: Non in natura corporis fortitudo certaminis est, sed in virtute spiritus infirmitas substantię | confortatur; sed | [239d nec sensus deerit in forti certamine. Igitur corpore quidem mulier, sensu autem virili adsto, et parata sum patrum meorum promissiones implere.

9 Tunc Priscus proconsul iratus quod a muliere vinceretur, iussit *argumentum rotarum fieri, et in medio illam inponi, ut extensa et contrita. [cito] spiritum redderet. Illa autem rotis inposita, pectoralem sibi inposuit

signaculum Christi, et ait: O, iniquus quanta diffundit venena, ut inimicus veritatis Priscus redeat operarius diaboli, artes exquirens diabolicas, et ministeria fallacis patris sui perficiens. Inimice, malefice, dolose, non tangent membrum animę meę argumenta artium tuarum, habens Christum auxiliatorem: et spero per maiora et fortiora tormenta sustentatione certaminis, omnibus adprobari.

10 Dicente autem illa hęc, corrigebant ministri rotas, et per | [240a singula membra confringebantur corpus eius; sensus autem animi eius convalescebat, et benedicens Dominum, dicebat: Gratia et lux veritatis, inextinguibile lumen, qui sedem deitatis obtines, et non despicis invocantes te in veritate, salvator meus, respice in me, misera ancilla tua, et eripe me a *voragine iniusti huius, et ab impiissimo diaboli, et a terroribus Prisci. Hęc autem quum dixisset, confestim angelus Domini descendit de cęlo, et confregit argumentum rotarum, et dissolvit ministros, ita ut fierent *paraletici, et inmutatę sunt facies eorum. Certatrix autem bona exiit sine macula, ita ut videretur hilari vultu coram omnibus. Dixit autem proconsul: Iuro per imperatoris ingenium, et deorum propitiationem, quod nisi sacrificaveris deo Marti, igni te cremabo, et non poterit te adiuvare quem tu putas. Dixit autem sancta Eufimia: | Ignem mici minaris, qui ad | [240b modicum videtur, et confestim extinguitur; sed non ita sum desolata virtute Dei, ut terrores tuos timeam, sed et per sacra piorum, qui pro Christo in carcerem agonem magnum certantur, quia non timebo, habens salvatorem Christum, per cuius virtutem conculcabo tyrannicos tuos terrores.

11 Exterritus autem proconsul succendi iussit fornacem, ita ut flamme altitudo fieret cubitis quadraginta quinque, et duci sanctam a malis ministris imperavit. Stetit autem beata hilari vultu, integro corpore, et ait: Benedictus es, Domine, qui in excelsis habitas, et humilia prospicis in cęlo et in terra: quem glorificant angeli, et adorant archangeli: te invoco exigua ancilla tua miserrima in studio bonitatis tuę, et signaculum sibi inponens Christi per quem, inquit, festino invenire salutem; ostende maligno huic, et inimico Christi, quia tu misisti angelum ad tres pueros in camino, | [240c et dispersisti flammam ignis, et tyranni extinxisti terrores. Mitte et nunc mici miseri auxilium tuum, et eripe me de ore leonis, et a laqueo venantis, et a terroribus proconsulis: nomen enim tuum gloriosum est et terribile.

12 Quumque hęc dixisset, iussit proconsul ministris pręcinctam eam mitti in ignem. Ministri autem pręcinctam eam tenebant; unus vero ex ministris, nomine Sosthenes[b], habens ad cingulum gladium, respexit ad proconsulem, et dixit ei: Iube me, o proconsul, de hoc ferro interfici; impossibile est mici super sanctam istam inicere manus. Video enim ante oculos meos exercitum candidatum expectantem illam. Victor autem alius minister, solvens zonam suam ait: Oro te, proconsul, solve me a necessitate ista; grave [enim] est mici in hanc manus inicere. Video enim oculis

---

[b] Sostenes [Sostenes-is] *cod. semper.*

meis in ore fornacis stantes viros, qui dispergunt ignem, et expectant conservare sanctam istam inmaculatam. | Proconsul quidem iussit eos | [240d custodiri, et alios adsistere.

13 Venit autem Cesarius quidam et Barbarus nomine, et adprehendentes beatam martyrem, proiecerunt eam super ignem. Confestimque exceperunt eam ministri deitatis unici Filii Dei, lucidi angeli pacis, et disperserunt flammam ignis. Quumque igne combustus fuisset Cesarius, stabat in medio fornacis sanctam et beatam Eufimiam quasi in platea honesta regem Dominum conspiciens, et expandit manibus suis, et ait: Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, qui inmemor es malorum hominum, et non despexisti ancillam tuam, sed oculum deitatis tuę extendisti, et semitas pietatis tuę direxisti, et expulisti a me tempestates iniquitatis, qui iustitiam tuam florere in me fecisti, qui intellectum Sancti Spiritus tui tenebrosum serpentem segregasti, qui recto aspectu veri luminis Domini nostri Iesu Christi adornas eos, qui in te sperant: | da mici in cons- | [241a pectu tuo dignam certaminis mereri partem cum eis, qui in veritate tua cursum suum consummaverunt.

14 Quum autem hęc dixisset, exiit de fornace, comendans ministros regi omnium seculorum Christo. Posuit autem illam in carcerem proconsul, dicens: Usque in crastina sit in custodia; excogitabo enim quemadmodum perdam illam. Sancta vero Eufimia abiit, mirificans Deum. Gratulabant autem et fortissimi milites Christi in certamine beatę martyris Eufimię, et dicebant: Deus, qui es benedictus in secula, da ancillam tuam offerri tibi sacrificium, et connumerari cum fratribus, qui cum desiderio deitatem nominis tui confessi sunt.

15 Adhuc sedens proconsul, iussit adduci Sosthenem et Victorem, et dixit ad eos: Imolate diis. Illi autem responderunt ei: Nos, o proconsul, seducti a tenebroso inimico, quem tu colis, pro tempore servientes, perdidimus apud Dominum veram spem nostram. Credimus autem per certatricem | Eufimiam inluminari tenebras nostras, quia potens est Deus | [241b delere quę contra nos fuerint cautiones, quę secundum inimicum veritatis fuerant adscribte, et conscribet nos in sanctorum libro. Fac igitur celeriter patris tui opera, et affice nos tormentis, quia non subiaceamus vesanię tuę, nec edicto regis, nec inmundo et fallaci deo tuo. Quo audito, proconsul iussit exerceri arenam, et mitti hos viros ut cum bestiis pugnarent. Missi sunt ambo simul, et dixerunt ita: Domine, Deus omnipotens, qui es castus et mundus, qui timore tuo cuncta subiecisti, qui constituisti fundum maris, qui solidasti terram, qui segregasti tenebras a luce, qui draconem occidisti et solvisti dolorem mortis: solve nos a contagione rapacis, et eripe nos ab homicida isto, et da nobis cum pace inmaculatam animam et corpus possidere. Et confestim vox de cęlo facta est, dicens: Exaudivi orationem vestram. Et comendantes semetipsos Deo, tradiderunt animas suas. | [241c Videns autem proconsul, surrexit et abiit in pretorium, et christiani eos sepelierunt in loco venerabili.

16 Mane autem quum factum fuisset, processit proconsul audire bea-

tam Eufimiam. Illa autem egrediebatur de carcere sicut bona iuvencula Christi, et cantando voce secura, dicebat: Cantabo tibi, Domine, canticum novum, et super terra hac clarificabo te. Psalmum dicam tibi inter gentes, nomen tuum glorificans. Et psalmum dicens et hymnum, venit ante tribunal, et dicit ad eam proconsul: Quamdiu *amens eris, et teipsam perdes? Magnus est enim deus, cui imperator sacrificat. Propitius erit tibi, si adoraveris eum. Obaudi ergo et sacrifica, ut vivens mater demonstreris. Illa autem cum risu respondit: Vere insipiens, et sine intellectu vocabor, si incertis et dissipatis, et his, qui natura non sunt, dii paruero, et dęmonibus surdis et mutis obaudiero. *Inprobe, et inconstans, et veritate Christi aliene, et | adstrictus laqueo serpentis, festinas sicut ipse es artari, | [241d et ignis inextinguibilis et abyssi heres fieri, et eos, qui in veritate ambulant, velis tecum ducere; sed non ita ego, quia Christi habeo firmamentum et virtutem indeficientem.

17 Iussit ergo iterum proconsul quattuor lapides adferri, et in angulis eorum machinas et argumenta constitui, ut mitteretur in eis Eufimia: ut quum adducerentur lapides, ab argumentis contererentur carnes eius. Perfectus est autem hoc opus, et iussit inponi eam in lapidibus ligatam. Ingressa autem intra argumentum lapidem, flectens genua, cum lacrimis orabat, dicens: Te deprecor, Domine, Deus meus, tibi inclino genua cordis mei: ante tuum conspectum consterno meipsam, lacrimas meas coram te effundo. Dorsum meum pręparo ad flagella, et faciem meam non averto a confusione sputorum. Nomen tuum precor; miserere mei ancillę tuę, nec | concedas pessimo huic adversum me malignari, ut impediat men- | [242a tem meam; sed munda me, detrahens a me omnem maculam, omnemque sorditiam; mirifica me in veritate tua, non me contingat inconstans et inutile argumentum, ut per defensionem tuam glorificetur nomen tuum in secula.

18 Hęc quum dixisset, inclinavit genua, et ministri quidem fatigabantur, trahentes argumentum lapidum. Quumque traherentur cominuti sunt ita, ut fierent pulvis. Illa autem tacebat sicut agna inmaculata coram Deo, et videbat eam proconsul, et qui cum eo erant, integram corpore et constantem. Iterum iussit fieri foveam, et impleri aquam multam, et bestias carnifices mitti en ea, et sanctam Eufimiam mitti in medio eius, ut obviantes bestię devorarent illam. Illa autem quum sciret hoc factum, ante preceptum proconsulis currens, et stans | in obsidione, ait: O disperate et omni | [242b fallacia plene, minister Satane, Prisce, iuste enim tibi hoc nomen adfictum est. Serratores enim tibi cęlestes pręparantur, qui te susceptum torqueant, quoniam irritasti Deum, qui tibi tribuit vitam, et testes veritatis, et caste deitatis, Christi milites iniuriis afflixisti. Et quum hęc dixisset, signans se dextra lęvaque, invocans Deum suum Iesum Christum, dixit: [5] Lumen meum, Christe, mecum ingredere, sicut ingressus es cum Danielo[c] in laquum, et cum Iona mare. Et proiecit se in aqua, et occurrentes bestię uni-

---

[c] Danihelo *cod.*

versę, portabant eam super aquam, sicut nutrix proprium infantem, servientes timore Dei.

19 Videns autem proconsul quia magna signa fiunt, dixit ad Appellianum: Quę sunt hęc, aut quis est, qui eam adiuvat? Appellianus ait: Quoniam dęmones obtinet, et magicis suis artibus beneficat omnia. Proconsul autem iussit acutos lapides cum gladiis in pavimento figi obscure, | [242c et modica terra cooperiri, ut illa, ex improviso veniens ad locum, incurrens in ipsis, moreretur sicut aper inscius in foveam. Illa autem nesciente, factum est argumentum; et quum factum fuisset, venit Eufimia nobili et hilari vultu, et tanta passa in nullo est lęsa. Et quum a ministris conpelleretur, rapta est ab angelis, et transposita est in alium locum. Ministri autem incurrerunt in argumento operis sui, et mortui sunt.

20 Aperiens autem os suum sancta Eufimia, dixit: [6] Benedictus es, Domine, qui cognoscis corda hominum, qui sacramento pietatis contines. qui prebes thesauros cęlestes in depredatos, qui extendisti terram, et solidasti eam, qui verbo tuo fecisti cuncta per Christum, qui lucem oriri fecisti, qui tua voluntate unicum Filium tuum misisti de cęlo, ut solveret dolores inferni, et constringeret inmanitatis principem, qui adstas militibus tuis, his, qui pro tuo nomine certantur, et confirmas pietatis fidem; | [242d adiutor meus esto, et libera animam meam orationibus sanctorum tuorum, qui in carcere tenentur propter deitatem tuam, et cursum vitę consummant. Custodi ancillam tuam, custodi me in gratia tua Sancti Spiritus tui, quia tu es inmemor malorum, et salvos facis in tempore tribulationis sperantes in te.

21 Videns autem hęc proconsul, iussit eam adduci ante tribunal, et dicit ad eam: Nosti, Eufimia, quia ingenua cum sis, et de genere obtimo, persuasum est tibi, et permansisti in fallacia. Adtamen obaudi mici. et ignosce iniurias, quas tibi feci. Sacrifica ergo deo Marti, ut non obprobrium sis in genus tuum. Illa autem continuo Christum in sensum habens, ait: Ut quid facies tua amaritudine et dolo plena est? O laqueum verbis conpositum! O fera tecta indumentis obvium, lupi autem rapacis predam perficiens! O prolativi sermones felle amariores! Insipiens autem ero, si, derelinquens thesauros vitę, diabolo comunicavero. | Ergo noli se- | [243a duci, o pro<consul>, quia suades mici imo<lare in>mundis dęmonibus; sed nec<cogere> poteris ut deos dicam: nam quomodo qui sensum non habent Deo vivo inmobilem et numquam viventem adsimilem, ut h<uic> sacrificium offeram? Nam t<aurum> adducis de grege mugiente<m>, et libas diabolo, et non in<telli>gis quia meliorem tibi oc<cidis> simili tibi, insensate. Non <ob>audio igitur amarissimis <ser>monibus tuis, sed festina, et <fac> quod vis. Quero ergo per tua argumentosa tormenta introire in stadium sempiternum, ubi pater angelorum princeps, ubi perfectus agonista est, ubi magister veritatis est Christus, qui fovet eos. qui pro illo certa<ntur>. Tunc iratus proconsul, iussit eam virgis cedi, et dicebat: Sacrifica diis. Quumque cedere<tur>, dicebat: Non me tangunt virgę tuę: vulneratus es, imo dissolutus es, et non habes <subs>tantiam

malitię tuę. Excec<atus> es a circumstantibus tenebris Satane, | [243 b y c <[a]victa est tyrannica tua virtus. Tunc indignatus Appellianus cum proconsule, iussit serras acutas et sartagines fieri, et serrari eius membra per partes, et poni in sartagines. Factum est autem hoc, et adveniens sancta Eufimia, posita est subtus terras, et serrę fractę sunt, et sartagines extinctę sunt, et nicil eam potuerunt nocere: erant autem angeli cum ea. Videns autem proconsul et Appellianus quia miles Dei Eufimia vicit per sustentationem, facto consilio ut perderent eam, iusserunt arena magis, et induxerunt ancillam Dei in stadio. Illa autem, quum staret in medio, dixit: Notus es eis, Deus, qui te invocant. Suscipe animam meam, et sicut suscepisti patris nostri Abrahe sacrificium, sic et humilitatis meę suscipe spiritum. Et hęc quum dixisset, signavit se, et invocavit nomen Domini. Et exierunt quattuor leones, et advenientes, osculabant vestigia eius; similiter et bestię alię. Ut autem conpleretur certaminis martyrium, currens una ex bestiis, momordit eam, livorem tamen nullum fecit. Et facta est vox de celo, dicens: Ascende, Eufimia, et sta in loco sancto; recipe palmam tuam: cursum tuum consummasti>.

22 <Quumque hęc vox facta fuisset, sonus factus est, ita ut conmoveretur locus ille, et timuerunt omnes. Sancta autem Eufimia ait: Domine, Deus, da huic nequissimo proconsuli secundum cor eius, et congredere cum servis tuis, Deus. Et quum hęc dixisset, reddidit spiritum. Veniens autem mater eius et pater Filofron, et adsumserunt corpus eius, et curatum ex more, sepelierunt in locum novum, quasi ad mille passos civitatis Calcidonensium. Proconsul autem destinavit eos, qui erant in carcerem, sanctos ad regem, datis litteris quod placebat ei de eis, pręcipiens questionariis in pace et libertate eos per viam custodiri: inciderat enim in tedio ingenti, et torquebatur. Illi autem abeuntes, Deo gratias agebant, conmendantes in manibus Dei spiritum suum, qui martyres suos coronavit> | per [243d bonam confessionem.

23 Cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

---

[a] *Cols. b-c (fol. 243) desiderantur. Supplet Ms. Nouv. acq. lat. 2170, fol. 208a-c*

<XLVI>

[Fausti, Ianuarii et Martialis]

| = L. 243d-245b; || = P¹ 250b-251d.

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] IIII[a]. [3] [Lectio] <VI[a]>.
[2] [Lectio] V[a]. [4] [Lectio] VII[a].

1 **P**assio sanctorum martyrum Fausti, Ianuarii et Martialis, qui passi sunt Cordoba in civitate sub Eugenio pręside; die III
3 idus octobres. Deo gratias.

2 || **I**n diebus illis, quum Eugenius sacrilega mente || [250c et impio spiritu Cordoba advenisset, et servos Dei potius dinu-
3 merare adprovare quam pertubare videretur, et deos adorare preciperet; subito hii tres, Faustus, Ianuarius et Martialis, spiritu vehementi, protinus in sua laude non tacentes, sic ceperunt: Quid
6 tibi, Eugeni impie, Dei servis magis invidere, quam credere? Deus colendus est, et Deus nominandus est infinite perpetuitatis: ipsi gratię agendę sunt. | Tunc Eugenius, maximo furore | [244a
9 accensus, sic dixit: Homines infelices et disperati mente, quid vos esse vultis? Faustus dixit: Christiani Christum fatentes. Eugenius dixit: Quis est iste Christus, quem confiteri vos dicitis? Ianuarius
12 dixit: Deus unus est, per quem omnia, et nos per ipsum, et ipso soli credentes, ita christiani mente vivere cupimus. Eugenius dixit: Inde est hęc vobis tam disperata societas, ut uno spiritu quasi
15 unum Deum esse dicatis? Faustus dixit: Disperatio non est nisi

---

1. 1 sanctorum] beatissimorum P^1 Ia[nua]rii *L* 3 Deo gratias *om.* P^1.
2. 1 quum] cum P^1 2 et impio] impio *L* 3 perturbare] turbare P^1 5 vehementi] *L corr. ex* vehementis 6 servus P^1 7 [et] *L* 9 disperati] P^1 *corr. ex* disperate 12 Deus] Dominus P^1 ipso] ipsi P^1 14 vobis hęc P^1 ut] et P^1

in te solo, || qui Deum negare nos cogis; in te solo impie- || 250d
tas, qui Filium Dei Patris non agnoscis.

3 Hęc quum diceret, Eugenius suis dixit: Inponite Faustum
in eculeo, qui tam impie et tam inreferenter respondit. Ianuarius
3 Fausto dixit: Digne, carissime, nobis et in Christi vinculo con-
stricti hec pateris, qui meritis peccatorum nostrorum te socium esse
voluisti. Faustus dixit: Societas vestra mea sit semper. Eugenius
6 dixit: Quę est ista nunc vobis adloquutio, quę tam impie cępistis
ambo respondere? Ianuarius dixit: | Ubi est confessio | [244b
Christi, nulla est impietas: maior est autem tua infelicitas, qui
9 non Deum vivum negare conpellis. [1] Eugenius ad Martialem sic
dixit: Video dementiam animi istorum, quasi te in societate col-
legerint. Noli istius impiis et maleficis te credere, qui etsi volum-
12 tate sacrificare noluerint, tamen vel inviti deos nostros adorare
cogentur. Martialis dixit: Deus solus inmortalis, qui fecit cęlum
et terram, ipse te puniat, qui super Deum ligna et lapis adorare
15 nos cogis.

4 Eugenius dixit: Et hii ponantur in eculeo. [2] Quumque
factum fuisset, || Martialis dixit: O beata et inmortalis || [251a
3 Christi gloria, qui nos tibi, frater Fauste, sociare dignatus est.
Eugenius dixit: Torquete eos donec adorent deos nostros. Quum-
que fieret, Faustus dixit: Sicut difficilius est camelum per foramen
6 acus transire, sic nobis difficile est a paternis legibus ad mortali-
tatem tuam converti. Eugenius dixit: Preceperunt sacratissimi
imperatores ut deos adoretis. Faustus dixit: | Deus unus | [244c
9 est, ex quo omnia et nos per ipsum; deos enim non habetis nisi
patrem vestrum diabolum, qui dicitur Satanas. Eugenius dixit:
Nunc te tormentis afficiam; et adiecit: Abscidantur ei auriculę
12 et nares, supercilia radantur, et dentes superiores extrahantur.
[3] Quumque factum fuisset, Faustus dixit: Benedictus Dominus
inmortalitatis, qui nunc nobis, istius temporis secundum opera

---

16 solum P^1 17 Dei *om.* P^1.

3. 1 quum] cum P^1 3 nobis et] novi sed P^1 3-4 constriste P^1 6 adlocutio, quod P^1 7 Ubi est] Nobis P^1 10 animi] P^1 *corr. ex* anima 11 istius] istis P^1 [te] *L* 14 lapis] lapides P^1.

4. 1 ponantur] inponatur P^1 3 gloria Christi P^1 6 nobis] nos *L* 12 supercilie P^1.

15 nostra, retribuet bona pro malis. Tibi vero, infelix et impie, bene numquam erit.

5 Eugenius Ianuario dixit: Vides, Ianuari, quanta et qualia || tormenta perpessus fuerit Faustus, dum impia voce per- || [251b
3 durat? Ianuarius ita dixit: Impietas ista in me maneat, et vinculum caritatis eius non disrumpatur, et societas Christi eius non me deserat. Sicut nos pretioso suo sanguine redemit, faciat in
6 ęterna laudis suę gloria coronari. Eugenius dixit: Auferantur et huic, quę illi precepimus.

6 Quumque fieret, Eugenius dixit ad Martialem: Vides, Martialis, dementiam sociorum tuorum, et quę illis mala veniunt?
3 | Tu itaque consule tibi, et disiungere ab illorum mala | [244d voluptate. Martialis dixit: Consolatio mea ipsa est, quę illi gaudentes et exultantes preconia voce testantur. Ideoque confitendus
6 est et laudandus Pater et Filius et Spiritus Sanctus: hęc nobis Trinitas inseparabilis, inviolabilis, inextimabilis, infinita, perpetua. Cuius nos vestigia ut sequamur, Trinitas ipsa conplectitur; nam
9 tu, violator pacis, inimicus fidei, non nos decipies, qui volumus esse quod futuri sumus in futuro. || [4] Eugenius dixit: || [251c Licet tam impie ac tam inreferenter respondeas, sed tamen con-
12 sule tibi. Martialis dixit: Si non irasceris, dico quę est consolatio nostra. Eugenius dixit: Per deos inmortales et imperatorum vota, quia non irascor. Martialis dixit: Tu consule tibi, et confiteri
15 Domino, et esto nobis in laude et in passione et in caritate condignus. Eugenius dixit: Non irasci me dixi, nec facio: tu credas Deo uno, tu confitearis Christo, et | ipse vobis sit in | [245a
18 auxilio, mici vero hoc proveniat numquam. Faustus dixit: Nec aliut merebaris, nisi ut gehenna tibi daretur, quę ab origine mundi parata est patri tuo Satane.

7 Tunc Eugenius, ingenti furore accensus, iussit eos legitimo igne comburi. Quumque ducti fuissent ad legitimum ignem,
3 sic uno spiritu plebem adloqui cęperunt, dicentes: Vos, carissimi,

---

5. 3-4 vinculum] et *add. L* 5-6 faciat in ęterna] faciet interna P^1 *corr. ex* in terra 7 quę illi precepimus] quę precepi P^1.

6. 4 voluptate] volumtate P^1 7 inseperabilis P^1 inviolabilis *om.* P^1 11 inreverenter P^1 14 confiteri] *L corr. ex* confitere 18 auxilium P^1

7. 2 igni conburi P^1

nolite credere huic inimico diabolo, cuius tempus nunc est, sed agnoscite vos ad Dei imaginem || et similitudinem eius || [251d
6 esse factos; illum adorate, et illum benedicite, qui est factor omnium Dominus; non, ut isti dicunt, adoretis opera ipsorum manuum, quoniam ligna et petra et aurum et argentum opera manuum
9 hominum sunt. Vos, contemnentes et spernentes huius iniuriam, confitemini Christum Iesum, et soli Deo sine cessatione, etiam quotidie, referte laudes. Et quum ducerent eos lictores, per quo-
12 rum manus fuerant cruentati, ceperunt eos igni conpellere. | [245b Simulque traditi igni, exultantes tradiderunt spiritum. Et vere nec defuit in his Trinitas, in quibus non deerat Pater et Filius et
15 Spiritus Sanctus. In exemplum vobis ista sint, qui legitis, ut viriliter animum ad passionem armetis, ut Dominum Christum per eorum passionem vobis in testimonium conferatis.

8 Ut sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Amen.

XLVII

[Cosmae et Damiani]

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] VI[a]. [2] [Lectio] VII[a]. [3] [Lectio] VIII[a].

1 Passio beatissimorum martyrum Cosme et Damiani, Antemi, Leonti et Euprepii, qui passi sunt in Egea civitate; die XI kalendas novembres. Deo gratias.

2 In diebus illis, sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus sedente Lysio[a] [preside] pro tribunali in civitate Egea, adstiterunt quidam de officio, et dixerunt ei: Sunt quidam hic christiani industrii artis medicinę, qui circumeuntes civitates et vicos, varios infirmos et spiritu inmundo vexatos sanant in nomine eius, qui dicitur Christus: et multa signa facien-

---

7-8 manuum ipsorum P^1 10 confitemini] confitentes P^1
10-11 etiam quotidie, referte laudes] cotidie reverite (*corr. ex* reverente) etiam laudes P^1 13 igni] *L corr. ex* igne 15 qui] que P^1
17 testimonio conferastis P^1.

8. 1-2 Ut sit... seculorum. Amen] Cuius regnum, permanet in secula seculorum. P^1.

[a] Lisio [Lisius-i] *cod. semper.*

tes, non permittunt homines | templorum sacrificiis iuservire, et | [245c deos adorare. Preses audiens hęc, iussit ut irent ex officio, qui conprehenderent eos.

3 Quumque adducti fuissent, adstantibus dicit eis preses: Quare circuistis civitates et vicos, et suadetis hominibus, ut non sacrificent diis? Iterum dicit eis: Unde estis? aut cuius furtunę, aut quid dicimini? Sanctus Cosmas respondit: Si hoc discere vis, preses, dicimus tibi cum fiducia: cives sumus arabi: furtuna enim non habemus: nec enim est apud christianos furtuna, nec nominatur. Nomina autem nostra hęc sunt: ego Cosmas dicor, et frater meus Damianus. Sunt et alii tres: si vis, et illorum nomina dicimus tibi. Preses dixit: Et illorum nomina edicito. Beatus Cosmas dixit: Antemius, Leontius, et Euprepius. Preses ad officium dixit: Adducantur ante tribunal.

4 Abeuntes autem milites conprehenderunt eos, et adduxerunt ante presidem. Intuitus autem eos preses, dixit: Audientes precepta, eligite | [245d quod expedit vobis, et nolite inobedientes esse: et, si meis verbis adquieveritis, grandes honor[es] et magnificos ab imperatoribus accipietis. Nam et si non adquieveritis mici, diversis modis pęnarum affligam vos: et quum multa exercuero in vos, negabitis Christum vestrum. Martyres sancti quasi ex uno ore dixerunt: Fac quod vis: Christum enim habentes adiutorem, non formidamus de tuis pęnis. Nos enim idolis non sacrificamus: sine oculis enim et sine sensu sunt.

5 Hęc audiens preses, iussit extendi, et nervis cedi, ut confiterentur se sacrificare idolis. Sancti martyres in pęnis dicebant: Domine, refugium factus es nobis a generatione in progenie. Priusquam fierent montes, aut firmaretur orbis terrę a seculo et usque in seculum tu es. Ne avertas nos in humilitate, et dixisti: Convertimini, filii hominum. Convertere, Domine, aliquantulum et repropitiare super servos tuos. | Hęc autem oran- | [246a tes, permanserunt intacti a pęnis. Martyres vero dixerunt ad presidem: Preses, maiora horum infer adhuc tormenta, ut cognoscas fortitudinem in nos virtutis Dei esse. [1] Quę enim intulisti tormenta, non nos contingerunt: sed sicut vides, corpore sani adstamus tibi.

6 Preses dixit: Ego quidem sperabam credere vos: propterea non graviora tormenta intuli vobis. Video enim vos in impietate vestra permanere; et non velle vos sacrificare diis: [2] ideo iubeo vos, alligatos catenis, mitti in mari. Sancti martyres dixerunt: Fac quod vis, preses: cognoscere habes et in hoc virtutem Dei nostri. Tunc alligaverunt eos milites catenis: et ducebant, ut mitterent eos in mari. Martyres vero, euntes cum gaudio, psallebant, dicentes: In via testimoniorum tuorum, Domine, delectati sumus, sicut in omnibus divitiis, etsi ambulaverimus | in medio umbrę | [246b mortis, non timebimus mala: quoniam nobiscum es; virga tua et baculus tuus, ipsa nos consolata sunt. [3] Parasti in conspectu nostro mensam adversus eos, qui tribulant nos. Inpinguasti in oleo caput nostrum: et poculum tuum inebrians, quam pręclarum est. Et misericordia tua subsequatur nos omnibus diebus vitę nostrę. Deduxisti nos in portum volumtatis tuę.

7 Et hęc dicentes sancti martyres, pervenerunt ad locum, et tollentes eos milites, iactaverunt in mari. Confestim autem angelus Domini stetit secus illos: et disrupit vincula eorum, et egecit eos intactos. Questionarii autem cum festinatione euntes, quę contingerat, nuntiaverunt presidi. Prȩses autem iussit eos adduci ad se statim in conspectu suo, et dixit eis: Maleficia vestra omnes vicerunt: Docete etiam et me artem vestram, et credam in Deum vestrum. Sanctus Cosmas dixit ad eum: Absit, malefici nos non sumus, sed christiani: et in nomine Dei nostri virtutes deorum | vestrorum deicimus. Et tu, si factus fueris christianus, videbis | [246c per ipsum ista omnia: et cognosces cooperantem in te virtutem Domini nostri Iesu Christi. Preses dixit: In nomine domini mei Adriani, sequar vos ubi eritis.

8 Ista autem eo dicente, statim insilierunt duo spiritus mali: et erant flagellantes eum usque ad mane. Tunc preses exclamavit, dicens: Deprecor vos, servi Dei, orate pro me, ut liberer a pęna ista. Sancti autem orantes pro eo, statim fugierunt dęmones. Preses autem surgens de tormentis, dixit: Cognovistis quomodo dii recalcitraverunt adversum me: quoniam volui derelinquere eos: et quali castigatione tradiderunt me. Sancti autem respondentes, dixerunt: Quomodo non cognoscis, insensate, quia a Deo facta est tibi misericordia, sed credes cęca et surda sanasse te idola, et deos eos nominas? Cognosce qui prestitit tibi salutem, Dominum Iesum Christum: et noli confidere in illis diis, quos colis.

9 Preses hęc audiens, et non sufferens eorum constantiam, dixit eis: | Per deos, quia numquam vobis adquiescam: sed diversis modis | [246d vos cruciabo, et corpora vestra bestiis tradam, ut discatis imperatorum obedire preceptis. Et hęc dicens, iussit eos duci in carcerem, usque dum cogitaret quid de eis faceret. Ducentes autem eos milites ad carcerem, sancti psallebant, dicentes: Cantemus tibi, Domine, canticum novum, quia mirabilia fecisti. Salvasti enim nos ex affligentibus nos: et eos, qui nos oderunt, confudisti. Memor es misericordię tuę Iacob, et veritati tuę domui Srael. Viderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri. Et hęc orantes, finierunt noctem in hymnis et orationibus.

10 Alia autem die, sedens pro tribunali Lysius preses, iussit eos adstare in conspectu suo. Quumque adducerentur sancti, dicebant: Da nobis auxilium, Domine, in tribulatione, et vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem: et ipse ad nicilum deducet tribulantes nos. Illi autem statuti sunt ante presidem; | et dixit ad eos preses: Adquiescitis sacrificare, | [247a aut permanetis in stultitia vestra? Martyres respondentes, dixerunt: Christiani sumus, et Deum nostrum non negamus. Fac nunc quod vis: nos enim idolis non sacrificamus. Preses autem intuitus admirabilem sermonem eorum, iussit ligna adferri, et accendi ignem copiosum, et in eodem mitti eos. Ministri autem, quod eis preceptum fuerat, fecerunt cum festinatione: et miserunt eos in igne.

11 Steterunt autem beati martyres in medio ignis psallentes, et dicentes: Ad te levamus oculos nostros, Domine, qui habitas in cęlis. Ecce sicut

oculi servorum ad manus dominorum suorum: et sicut oculi ancillę ad manus dominę suę, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nobis. Miserere nobis, Domine, miserere nobis, quia multum repleti sumus contemtione. Mitte nobis, Domine, adiutorium: et libera nos ab insurgentibus in nobis; ne quando dicant, qui te non noverunt: Ubi est Deus eorum? Ista autem eis | orantibus, statim terremotus | [247b factus est magnus: et flamma exiliens, combusit multitudinem paganorum circum adstantium. Martyres autem intacti exierunt ab igne, ita ut nec capillus capitis eorum tactus esset ab igne: et sic steterunt in conspectu omnium inlęsi.

12 Preses autem stupefactus de mirabilibus, quę viderat, stetit per horam unam: et convocans eos, dixit: Per deos, quia vehementer cogito propter vos, quomodo talem flammam artes vestrę magice devicerunt. Sancti autem martyres dixerunt: Usquequo, inique, non cognoscis Dei in nos fieri misericordiam? iubes enim nos lapidibus sine sensu sacrificare. Istut cognosce sane: quia non recedimus a Deo nostro, nec sacrificamus dęmoniis immundis. Iratus autem preses, iussit eos levari in eculeo, et cedi incessanter. Angelus autem Domini stans, auferebat ab eis dolores. Questionariis autem deficientibus usque ad mortem, iussit preses deponi eos de eculeo, et venire ante tribunal.

13 Quumque venissent, steterunt | ante eum hilari vultu, et | [247c gratia pleni. Preses autem dixit ad eos: Per deos, quia non me vincent maleficia vestra: sed affligam vos diversis modis pęnarum. Novissime autem corpora vestra avibus tradam. Martyres vero responderunt, dicentes: Habentes in cęlum ęternum regem Dominum nostrum Iesum Christum, non pertimescimus, nec de tuis pęnis cogitamus. Fac quod vis: hęc enim frequenter audisti a nobis.

14 Tunc iratus Lysius preses, iussit sanctos Cosmam et Damianum crucifigi, et a multitudine lapidari; beatos vero Antemium et Leontium et Euprepium, flagellatos, in carcerem mitti. Questionarii vero crucifixerunt sanctos Cosmam et Damianum. Mittebant autem populi super eos lapides: et ipsi lapides super eos redibant. Videns itaque preses ministros suos plagatos, amplius furore accensus, iussit quattuor numero militum venire, et sagittis consuere eos. | Sanctos vero Antemium, Leontium et | [247d Euprepium iussit educi de carcere, et iuxta cruces adstare. Emissis autem sagittę, non eos contingerunt: nam sagittę super mittentes revertebantur. Intuitus autem hęc preses, et videns se victum in omnem virtutem suam, cepit eos male torqueri: et iussit capita eorum gladio amputari.

15 Statimque sucipientes eos spiculatores, perduxerunt eos ad locum, ubi erat futura consummatio eorum. Euntes autem martyres, tamquam ex uno ore laudaverunt Deum, dicentes: Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, altissime: ad adnuntiandam mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per nocte, quia magnificasti in nos misericordiam tuam. Vir insipiens non cognoscit hęc, et stultus non intelligit ea. Quum exurentur peccatores sicut fęnum: et dispargentur omnes, qui operantur ini-

quitatem. | Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hereditatem | [248a tuam nocuerunt, ut intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in ęternum, Domine. Et hęc dicentes beati martyres, extenderunt manus suas ad cęlum, et orantes intra se, dixerunt: Amen. Accedentes autem spiculatores, absciderunt gladiis capita eorum: et sic in tranquillitate et pace tradiderunt Deo animas suas, recipientes a salvatore coronas victorię.

16 Ut sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Amen.

XLVIII

[Servandi et Germani]

| = L 248c-250b; || = P^1 254d-255d (fragm.)
|' = M^2 105a-d (fragm.)

Notas litúrgicas marginales de L

1 [Lectio] II^a. 4 [Lectio] V^a. 6 [Lectio] VII^a.
2 [Lectio] III^a. 5 [Lectio] VI^a. 7 [Lectio] VIII^a.
3 [Lectio] IIII^a.

1 || **P**assio sanctorum martyrum Servandi et Ger- || [254d mani, qui passi sunt die x kalendas novembres. Deo gratias.

2 **B**eatissimorum martyrum passiones inclytę cum omnium sanctorum comitum etiam Servandi et Germani, quid sunt aliut,
3 quam fidei, virtutis et constantissimę patientię testimonia gloriosa? | Ad hęc itaque dum intendimus mente et confessionis | [248b honore, virtutem passionis et dicata Deo fortissima pectora secun-
6 dum meritum eorum admirantes, digno laudis preconio predicantes, ad cęlestem gratiam roboramur. [1] Nec sum nescius, quod singula eorum *egregia facta virtutum explicare non possum: est
9 enim mici ingenium perquam, angusta mediocritas et crebro inperitię sermo: sed quę sunt vera non desiderant pompam neque ubertatem verborum, sed sincere fidei *nitorem purissimum.

---

1. 1 sanctorum] beatissimorum P^1 2 die *om.* P^1 Deo gratias *om.* P^1.

2. 2 sanctorum comitum] cetum P^1 quid] qui P^1 5 virtutem] virtutumque P^1 6-7 predicantes] predicamus P^1 8 egregia *om.* P^1 8 possum] possumus P^1 9 ingenii P^1 9-10 imperitior P^1 11 purissumum P^1.

3 || [2] Servandus itaque et Germanus beatissimi mar- || [255a
tyres, quorum clarissimus passionis inluxit dies, et magni et nobi-
3 les genere, pii, boni, simplices, prestantes virtutem, animi pariter
et corporis religiosum animum, fidem iustam, castam patientiam
pura operatione coluerunt. [3] Hi ergo quum intra hos annos ha-
6 berent animos graves, gratam et virilem conscientiam, et gererent
religiosissimam | curam, bene sibi de candida simplicitate | [248c
conscii, ad omnem fecem terrenam penitus expiandam obtatam
9 beatissimi martyres gratiam perceperunt. [4] Renati itaque ex aqua
et Spiritu Sancto, animati cęlesti spiritu, induerunt se arma iusti-
tię, et in nomine Domini nostri Iesu Christi Filii Dei excutiebant
12 de obsessis corporibus dęmonia nequissima, et per inpositionem
manuum suarum membra multorum, diverso fesso languore, cu-
rabant.

4 [5] Quum ergo eorum precordia intima amore legis *auxis-
set operationibus iustis, cęperunt iam ex illo tempore de antiquo
3 Zabulo || triumphari, qui erant et virtutibus multis et || [255b
divinis suffragiis gloriosi. [6] Quid illa memorem, quemadmodum
semper fuerint ieiuniis et elemosynis plurimum dediti, quemad-
6 modum omnem libidinem spirituali *vigore contemseruut, que-
madmodum calcaverunt diversa vitia et peccata terrena, ut ad
iustitię palmas et coronas currentes, | per caritatis et | [248d
9 per castitatis ac fidei et patientię studia pervenirent.

5 [7] In hoc ergo agone quum exercerent piam et fortissimam
mentem, nec longis intervallis temporum sacrilega infrementium
3 principum cępit sęvire persequutio odio nominis Christi; ita enim
in pectora omnium perditorum hominum venenum malitię suę
Zabulus draco sęvus infuderat, ut christiani statim interficerentur,
6 si quis idolis sacrificare noluisset, et longis pęnis et cruciatibus
sauciati, negare Christi nomen venerabile cogerentur. Sic etenim

---

3. 2 clarissimum P^1 et magni] magni P^1 5 intra] ante *add.* P^1 6 et virilem conscientiam *om.* P^1 11 nostri *om* P^1 12 impositionem P^1 13 diverso fesso] defessa P^1.

4. 1 amor P^1 3 multis] pleni P^1 4 illam P^1 5 fuerunt P^1 dediti] redditi P^1 6 contemserint P^1 8 per caritatis et *om.* P^1.

5. 1 quum] cum P^1 2 infrementium] inferventium P^1 3 persecutio P^1 4 omnium perditorum hominum] hominum perditorum P^1 suę] *L corr. ex* sua 6 noluissent *L*

diversas et inauditas invenerat pęnas ingeniosa crudelitas, ut mul-
9 torum virtutem || animi longa tormenta superarent. || [255c

6 Hisdem vero temporibus, dum fremeret pena sine fine, nec
mors pulchra per vulnera pro Christi nomine proveniret, Servan-
3 dus et Germanus fortissimi milites, quum lacerarentur maioribus
pęnis, maiorem se letabantur gloriam consequutos. | Erat | [249a
in illis laceratio corporis, sed animi gloriosa victoria tacitaque
6 constantia: quum essent fortiores, sęva tormenta vincebant:
cum temporali turbulentia sęvitia victa languebat, et de militibus
Christi superatum se Zabulus gemescebat, tunc illi in ipsa dissi-
9 patione corporis et nervorum coniunctione soluta maiores in con-
fessione Christi nominis esse meruerunt. Hii ergo confessores,
victorię titulis sublimati, prebebant virtutis suę spectacula lętis-
12 sima Christo, dabant fratribus iustissime animositatis exempla.

7 Sed ecce, obbitulante divina indulgentia cessaverunt tem-
pora, || quę fremuerunt ferocia in persequutione violenta, || [255d
3 post tempestatem vero furoris et ruinam multorum, quum, res-
piciente Deo, tranquillitas Eclesię reddita reluxisset, Servando et
Germano, confessoribus primis, martyrii coronam per alteram
6 victoriam parabatur: postquam dimitti iussi sunt | qui- | [249b
cumque in vinculis, in pęnis, in carceribus, in tormentis erant,
Servandus et Germanus non ad refectionem temporalem animum
9 relaxabant, nec vitam huius seculi esse aliquid conputabant, quum
ęternam a Deo quererent vitam. Simulacra itaque gentilium, quę
stulti homines deos putabant, cum *lucis eorum et edificiis et aris
12 penitus dissipabant, ut omnibus *fatue mentis errores vane sup-
prestitionis auferrent, et sic adducerentur miseri de morte ad
vitam, et de tenebris ad Christi clarissimum lumen. Plurimi itaque
15 cęperunt horrere sacra *funesta, relinquebant idola, quę eis con-
fracta, de omnibus christianis |' nulla se poterant de |' [105a

---

8 ingeniosa] ingemosa P^1.

6. 3 quum] cum P^1 4 maiora P^1 letabatur P^1 consecutos P^1 6 constantia] conscientia L vincebat P^1 8 ingemescebat P^1 8-9 dissipatione] disperatione P^1 10 Hii] His L 11 prebebantur P^1.

7. 1 opitulante P^1 2 persecutione P^1 3 ruina L quum] cum P^1 4 Ecclesia P^1 9 quum] cum P^1 10 a Deo] adeo *codd.* 12 ut] in *add.* P^1 12-13 subprestitionis P^1 15 eis *om.* P^1 15-16 confracta] fuerant *add.* P^1 16 christianis] *Fin, ms.* P^1, *et incipit* M^2 16-17 poterant de magestate]

magestate defendere, credebant in Christi nomine, currentes ad
18 Eclesiam Domini, agentes gratias Domino Iesu Christo, pecca-
torum sordibus expiati.

8 Sed quam cito Zabulus ingemescit, invidus sęvit, et iterum
se in pectora iudicum temporalium *virus infudit. | Iubetur | [249c
3 itaque ut Servandus et Germanus confessores nobiles rursus rape-
rentur ad vincula, rursus ad tormenta, quę expiati vicerant novis-
sime; illam, quam gloriosam futuris martyribus inviderant mor-
6 tem, cępit quam primum, ut illis inferetur, obtare, quorum ope-
ribus iustissimis videbat sua sacra funesta subversa. Stimulante
itaque Zabulo, Servandus et Germanus, post confessionis coronas
9 iterum gloriosi, pulchrius triumphaturi de morte et de Zabulo,
subiciuntur vinculis, pęnis, durisque tormentis, quur illa simu-
lacra, ad quorum aras sacrificare contemserant, dissipassent. Sed
12 quemadmodum credere poterant, ferocissimus iudex, cuius |' [105b
cor *lividum anticus coluber obsidebat, Servandum et Germa-
num modo interficere sęviebat, modo exquisitis pęnarum gene-
15 ribus reservabat: et ne quid inausum aut intemtamenta sceleri
relinqueretur, circulis ferreis felicia eorum | iussit colla | [249d
circumdari, et religari religiosas manus.

9 Quum autem Viator nomine, agens vicariam prefecturam,
ex civitate Emeretensi de provincia Lusitanię ad provinciam
3 Mauritanie pergeret, iussit illos post se trahi vinculis ferreis conli-
gatos, ne ab eorum exitiis aliqua pęna cessaret. At illi durum
laborem itineris, gravati catenis, fame, siti, frigore, procellis, animi
6 virtute tolerabant fortissimi milites Christi, ut de iniquo iudice
et hoste Zabulo acrius triumpharent. Quum enim alii invinculati
haberent dolorem, merorem, lamentationem, gemitus in illa pęna
9 itineris longioris, Servando et Germano |' pro merore |' [105c
gaudium erat, lętitia pro lamentatione; et ubi maxime in labore

---

7. 16-17 poterat maiestatem M^2 18 Ecclesiam M^2.
8. 4 ad vincula *om.* M^2 rursus ad tormenta] atormenta M^2
4 vicerunt M^2 6 inferetur] inferret M^2 8 coronas] coros M^2
9 et *om.* L 11 ara L 12 poterat L 15 intemtamenta]
intemtatum M^2 sceleris M^2 17 religari] ligari M^2.
9. 1 Quum] Cum M^2 nomine] Calpurnianus *add.* M^2
prefecture L 2 Emeritensi M^2 provinciam] provincie M^2
4 aliqua] alia M^2 6 iniquo] inimico M^2 7 triump[h]arent M^2
8 haberen M merorem] mortem *add.* M^2

esse putabantur, illi psalmis et hymnis, laudibus religiosa corda
12 mulcebant. Tandem enim quum ventum esset | ad fundum, | [250a
cui nomen est Ursiano, qui est in territorio Gaditano, huic loco
divina gratia magnum lumen infudit, ut conventus Gaditanus
15 tanto divino munere inlustraretur martyrum passione, qui solus
tantam gloriam indigere videbatur.

10 Inluxit ergo dies passionis eorum in Ursianensi loco:
prefectus Viator sententiam misit, ut Servando et Germano colla
3 carnifices amputarent. Tunc ergo ducuntur ad collem, ubi est
sublimior locus, qui est circumiacentibus agris velut in speculo
constitutus; ibique fixis genibus, tacite orantes Deum, exceperunt
6 sacris cervicibus gladium, offerentes se victimam mundam. Passi
sunt pro fiducia veritatis die decimo kalendarum novembrium,
|' sub gloriosa morte vitam perpetuam consecuti. |' [105d

11 O quam multum beata terra Gaditana, quę gremio suo
beatissimorum martyrum sanguinem suscepit, ubi | mors | [250b
3 est victa cum Zabulo, ubi fortissimi milites Christi in tali trium-
pho ad inmortalitate sunt sub pretiosa morte transgressi. Sed
Spalensium et Emeretensium urbes magnę sunt eorum passionis
6 gratiam consequute: siquidem Germani corpus Emeretensis altrix
terra suscepit, quod iuxta Eulaliam ceterosque martyres in cimi-
terio datum est honestissime sepulture: Servandi vero corpus, in
9 cimiterio Spalensi inter Iustam et Rufinam beatissimas martyres,
sepultum, cum honore quiescit.

12 Regnante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit cum
Deo Patre et Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

---

11 illi] illis M^2 et *om.* M^2 12 quum] cum M^2
13 Hursiano M^2 qui] que M^2 14 infundit M^2.
10. 3 ducuntur] dicuntur M^2.
11. 2-3 est mors M^2 5 Emeritensium M^2 passiones *L*
6 consecute M^2 Emeritensis altris M^2 7-8 cimiterio] climi-
terio M^2 9 cimiterio] climiterio M^2 10 cum honore quiescit]
requiescit M^2.
12. 2 Amen *om.* M^2.

XL<VIIII>

[Vincentii, Sabinae et Christetae]

| = L 250b-253a.
|' = M² 105d-108c.

Notas litúrgicas marginales de L

¹ [Lectio] III^a. ² [Lectio] IIII^a.

1 Passio sanctorum martyrum Vincentii, Sabine et Cristete, qui passi sunt in urbe Abela sub Datiano | preside; die v | [250c
3 kalendas novembres. Deo gratias.

2 |' In illis diebus, dum, post corporeum Salvatoris |' [106a adventum, et, pro redemtione nostra, sanguinis eius effusionem,
3 ab inferis descensionem, a mortuis resurrectionem, in cęlos ascensionem, evangelica eruditio sensim atque gradatim in omnem terram doctrina apostolorum refulsisset; sera tandem Spanię finibus
6 innotuit, eratque rara fides, et ideo magna quia rara. Delubra vero gentilium in omni loco sacrilega effusione sanguinum, taurorum, hircorumque fumabant. Et quia nonnullę civitates, oppida, vicus,
9 castella, sine fanorum monstrorumque imaginibus ex auro, argentove et omni metallo erant, colebantur preterea in effigie dęmones; et fides in Christo, pullulans inter tantas rabies paganorum, pal-
12 pitabat. Conventicula vero nominis Christi, secretissimis et abditissimis locis, a paucis et perfectis ingrediebantur peragenda; | et quantum crescebat Christi nominis dignitas, tantum | [250d
15 deficiebat execranda *calamitas. Ita provenit, ut in nonnullas urbes perfecte |' fidei fraglarent incendia, ut iam non per |' [106b

---

1. 1 sanctorum] beatissimorum M^2 Vincenti *codd.* Cristete] M^2 *corr. in* Christetis 2 v] V° M^2.

2. 1 In diebus illis M^2 3 descensionem, a mortuis *om.* M^2 3-4 in cęlos ascensionem *om.* M^2 5 doctrinam M^2 6 et ideo rara quia magna M^2 8 hircorum M^2 9 sine fanorum monstruorumque M^2; nefandorum monstruosorumque *L* [ex] *L* 10 effigies *L* 13 perfectius M^2 15 nonnulla M^2

*latebras occulendo, sed publice Eclesię sacerdotibus et omni prę-
18 pollerent clero.

3 Quę fama non solum totam Italiam, sed et Bizantium peragravit. [1] Quę causa fecit ut impiissimum Datianum presidem
3 Diocletianus et Maximianus imperatores, ad evertendam maxime quam ad gubernandam, destinarent Spaniam. Primum namque Galliam, ut lupus cruentus, intravit; ibique exsatiatus sanguine
6 martyrum, cadavera crapulatus, ructans, Spaniam ingressus est: [2] Felicem, Cucufatem, Eulaliam et alios, quorum nomina longum est scribere, gravissimis tormentis interficiens, Deo animas con-
9 secravit *innocuas. Ac post inde felicissimam Cęsaragustam, quasi leo frendens, arripuit. | Quanta in ea ludibria, quantaque | [251a verbera, quot cruces, quotque effusiones sanguinum operatus fue-
12 rit, si humana lingua taceat, ipsa, quę polluta est christianorum sanguinibus, terra loqueretur: |' eo quod nullus excep- |' [106c tus sit ibi qui bustuali situ non teneat redivivos florentissimosque
15 cineres martyrum locus. Inde alacri profectu Conplutensem ingreditur urbem; protinus pro cruore lac, truncatis corporibus, fundens, geminas margaritas in diademate nostri regis configendas,
18 et innocentię dignitate, velut auro circumdatas, Iustum et Pastorem a terra cęlo per feralem impietatem pius Dominus suscepit.

4 Vinculis recludens Toleto Leocadiam virginem, Elbora conscendit in aula; officium omne pręmonet suum, ut, *indagine
3 pręmissa, christianos quoscumque invenissent, tribunali eius presentarent. Statimque conpertum adulescentem quemdam, nomine Vincentium, cuius meritum nomine comitabatur suo, conprehen-
6 sum, eius conspectibus | sistunt. Ex officio dictum est: | [251b

---

17 occulende M^2 sed] sub M^2.

3. 1 famam *L* Vizantium *L*; Visantium M^2 2 presidem] impiissimi *add.* M^2 5 exatiatus M^2 6 ingressus] adgressus M^2 7-8 longum est *om.* M^2 10 lidibria M^2 11 quod... quodque M^2 12-13 [christianorum sanguinibus] terra loque[re]tur *L* 13 eo] et M^2 14 bustali *codd.*; qui bustuali *Cod. Smaragd. 13016 Bibl. Nat. Matrit. fol 99r* florentissimosque] ac florentissimos M^2 16 urbem] civitatem M^2 *et in marg. explic.* urbem 17 fundens] egerens M^2 gem<in>as *L* 18 innocentia M^2.

4. 1 recludens] trudens M^2 Tuleto M^2 2-3 indaginem pręmissam M^2 3 tribunali eius] tribunalibus M^2 4 quendam M^2 5 nomini *L* comitabatur suo] commitabantur sancto M^2

Ecce quem temeraria impulit |' insania ut Eclesiam |' [106d
audacter intraret: dum orare ex more vellet, captum, huic sacra-
9 tissimo tribunali adtraximus tuo; quid de eo vestra clementia
iubeat, dictu decernite. Datianus vero Vincentio dixit: Cuius
*sectę est? Vincentius, cuius iam spiritus cęlo herebat, respondens,
12 dixit: Christum colo ex cuius nomine christianus vocor. Datianus
preses dixit: Illum Christum colis, quem pro facinoribus suis iudęi
crucifixerunt? Sanctus autem Vincentius dixit: Obmutesce, dia-
15 bole, et noli exprobrare quem colere debueras, si *demens non
esses.

5 Datianus blandiendo, eum decipere desiderans, dixit:
Indulgeo iuventuti et florenti ętati tuę, quod nondum ad solidum
3 prudentię robur perveneris; tamen *consultum tibi erit, si me
quasi patrem tuum audieris, et sacrificaveris diis. Vincentius san-
ctus respondens, dixit: Solito intellectu carent, qui relicto Deo
6 vero et semper vivo, qui cęlum potenti manu extendit, terram fun-
davit, tartara penetravit, |' mari | terminum po- |' [107a; | [251c
suit, lapides et ligna colunt. Datianus dixit: Et quis est Deus,
9 qui hęc omnia fecit, nisi Iovis? Vincentius sanctus respondit:
Iovis quam inutilis fuerit, et quanta *strupra admiserit, libri vestri
satis evidenter exponunt. Nam Deus noster sanctus atque inma-
12 culatus est: Pater cum Filio et Spiritu Sancto. Hii tres unus est
Deus, qui tegit cęlum nubibus, et parat terre pluviam.

6 Datianus dixit: Quia non obaudisti monitis meis, indi-
gnum est mici tecum verbis contendere; nam et quęcumque de
3 Deo tuo es dicturus, iam ab aliis indignis et perditis et crudeliter
interemtis comitibus tuis audivi. Tu autem consule ętati tuę, et
exemplum aliorum ad tuam salutem revoca, et sacrifica deo ma-
6 gno Iovi. Vincentius sanctus ait: Tu sacrifica Iovi perditissimo,
periturus, et cum eo in ignem ęternum, qui prępara tur diabolo et

---

4. 7 quem] quam M^2 inpulit M^2 Ecclesia *L* 8 audaciter M^2 dum] et *antep.* M^2 9 tribunali] triumpali M^2 quid] quod M^2 10 dictum M^2 15 debueras] deberes M^2.

5. 2 Indulge M^2 4-5 sanctus *om. L* 9 hęc [omnia] *L*; omnia hęc M^2 10 stupra M^2 13 nubibus, ...pluviam] et terram M^2.

6. 1 obedisti M^2 2 mihi M^2 et] [ea] *add. L* 3 dicturus es M^2 5-6 magno deo M^2 6 sacrifica] deo *add.* M^2 7 et cum] et tu cum M^2 ęternum] arsurus *add.* M^2

sociis eius, iturus. Repletus indignatione Datianus, cum ingenti
9 voce officio dixit: Amovete | ab oculis meis nefandissi- | [251d
mum istum; |' et edictum ex tabula recitavit: Aut sacri- |' [107b
ficet deo Iovi, aut in eodem loco ubi sacrificare nequiverit, diversis
12 pęnis addictum, morte turpissima condemnate.

7 Quumque duceretur ut Iovi sacrificaret, veniente in unam
platearum, subito lapis, quę plante subiacebat eius, ita divinitus
3 mollitus est, ut pulverem esse crederent. Et velut inpressio cuius-
libet figure metalli in cera, ita sigillum pedis lapis ille demons-
travit; quod prodigium usque hodie sic habetur. Territi tanto
6 miraculo milites, *inquiunt: Nicil tale facere deorum cultores
nostrorum; illum verum Deum esse, quem colit Vincentius, cuius
imperio vim suam lapides amittunt. Pro qua re eum domui cus-
9 todiendum reducunt. Et dixerunt Datiano: Domine, in triduo
Vincentius indutias petit, quo pertractet utrum mori, an sacrifi-
care sponte velit. | Datianus impetrata concessit. In quo | [252a
12 spatio |' dierum multas sibi animas, per predicationem |' [107c
sanctissimi Vincentii martyris, Dominus adquisivit.

8 Tunc fletui consolationem paululum adhibentes Sabina et
Christete, germanę eius, cellam vinculorum eius ingrediuntur;
3 silentio adhibito, occasione repperta, et nullo adstante, tales cum
fletu dabant voces: Parce, Domine, parce nobis, iam patre ma-
treque *orbate; tu nobis dominus, tu pater, tu eras ut mater; cui
6 nos perituras relinquis? Quis putas erit noster dominus, aut quis
virginitatem nostram, barbarico iure violabit, et effrenata petu-
lantia animos corporaque polluet? Paulisper, placata aure, audi
9 lamentabilem suggessionem nostram, simulque fugam arripiamus,
ut, si fugientes a persequentibus pręoccupati fuerimus, simul tri-
nitati Deo animas tradamus. Si autem evaserimus, quantum

---

8 socii *codd.* iturus] es *antep.* *L* 9 occulis M^2.
7. 1 Iovis M^2 venienti *L* in unam] ianua M^2
2 divinitus ita M^2 4 pedes M^2 7 verum] vero *L*
8 suas *codd.* 9 in] hic *L* 10 indutias Vincentius M^2
petet *L* quo] quod M^2 11 Datianus] Tunc *antep.* M^2
impetrata] imperata M^2 13 Vincenti *codd.*
8. 1 fletu[i] *L* 4 Parce] nobis *add.* M^2 iam] a *add.* M^2
7 iure barbarico M^2 8 animas M^2 polluat M^2 9 suges-
sionem M^2 10 si *om.* M^2 persequentibus] persecutoribus M^2

12 ' tecum eminentem longam cum pudore duxerimus vi- | [252b
tam: tantum a Deo nobis cumulabitur et sanctitas.

9 Victus tandem fletibus germanarum, |' Vincen- |' [107d
tius sanctus cessit; pariterque fugam arripientes, alacri profectu
3 cornipedum evectatione, Abela confugiunt. Statimque eos, indi-
cio cuiusdam, sacrilego promisso velociori equitatu, cruentissimi
persequutores adsequuntur; quos in memoratam urbem repper-
6 tos, spoliantes, crudeliter vinxerunt; et extra portam educentes,
in locum, qui nunc Vestigia vocatur, singillatim, sursum ac
deorsum in eculeo extensis, divaricatis membrorum conpagibus,
9 diversis eos dissipaverunt verberibus. Confitentes Deum Patrem et
Filium simulque Spiritum Sanctum, et colla lapidibus superposita, fuste desuper cerebro inliso, tali martyrio consummati, Vincen-
12 tius, Sabina et Christete pariter Domino animas tradiderunt.

10 *Inhumata milites corpora relinquentes, et ne sepelirentur comminantes, | ad Datianum suam lętitiam nuntiare | [252c
3 regrediuntur, et licet mandenda canibus corpora, nullo tegente
obstaculo, reliquissent, |' et nec ipsa pia miseratio chri- |' [108a
stiana, quę provenisse sibi martyres gaudebant, corpora custo-
6 dirent. Unde credo, nec vana mici fides est, ideo humanum nullum excubiis vigilasse obsequium, ne honori martyrum divina
custodia deesse crederetur. Subito, *nutu Dei, ex cavernis terrę
9 serpentina egressa est *belua, quę viventes consueverat deglutire. Cępit sinuoso sui corporis flexu, capite sublimato, Christi
martyres mortuos custodire. O quam laudabilis es, Christe, in
12 tuorum defensione martyrum, quia quos viventes eligis, nec
mortuorum corpora derelinquis; omnia quę vis, recte vis, atque
volumtate tua omnia cęlestia et terrestria administrant: ferarum
15 retundis iram, famem conpescis draconum, prevenis homines nolentes, et, ne | frustra velint, consequeris. | [252d

---

8. 12 tecum] te M^2 pudorem *L* 13 cumlabitur M^2.
9. 4 cuiusdam] cuidam *L* 5 persecutores adsecuntur M^2
6 porta M^2 8 divaricatisque M^2 10-11 superposita] supposita M^2 11 inluso M^2 consumati M^2 12 Christetem M^2
animas Domino M^2.
10. 3 madenda M^2 5 gaudebat *L* 5-6 custodiret *L*
6 mihi M^2 10 sinuoso] sinu *L* 11 martyres *om.* M^2
12 eligis] *L corr. ex* elegis 14 volumtati tuę M^2 15 ira *L*
15-16 nolentes] volumtate *L*.

11 Iudęum quendam, itinere comeantem, martyrum corpora invisenda curiositas inpulit; ilico serpens ille, |' [108b
3 scamea colla sublimans, facto impetu, volubiliter circumdatum vinculis corporis sui adstringens vertici hominis, tantum caput supra eminebat eius: stetitque unius fere horę spatio inmobilis.
6 Et Deo inspirante, oculos sursum erigens, hęc verba produxit: Christe, tuorum defensor servorum, libera me ab hac maligna bestia; ut in te credens, signaculum accipiam tuum, et corpora
9 dominorum meorum, amicorum tuorum, honorifice sepeliam, ac baselicam nomini eorum sumtu meo efficiam. Hęc, ut dixit, paulatim ille serpens tortuosa vincula solvit, rapidissimo ictu effu-
12 giens, subito nusquam comparuit; stetit autem *hebes ille et gelidus.

12 Transactoque hore spatio, cępit secum volvere, mirans tantum mysterium. Protinus urbem ingreditur, genibus obvolvitur
3 sacerdotum, postulans ut christianus effici mereretur, nec ulla ad purificandum fieret mora, |' quo, iam christianus, mere- |' [108c
retur corpora sepelire sanctorum. | Impetravit quod fide- | [253a
6 liter poposcerat: nam vero nobis, per fontis uterum renatus, novis *sarcofagis sanctorum corpora recondens, baselicam desuper miro opere decoratam construxit, in qua, si quis puro corde, fideli devo-
9 tione et fide promta advenerit, et oraverit, statim petita ultro adveniunt, et omnis infirmitas amovetur, per eum, qui sanctos suos coronavit per bonam confessionem.

13 Cui est honor et gloria, virtus et potestas, in secula seculorum. Amen.

---

11. 1 commeantem M^2 3 squamea M^2 factu inpetu M^2 4 suis M^2 verticis M^2 7 servorum] bonorum M^2 hac maligna] ista carnali M^2 8 accipiens M^2 9 ac] in hanc M^2 10 meo sumtu M^2 11 serpens ille M^2 tortuoso M^2 solvit] solvens M^2.

12. 1 Transactoque] parvo *add.* M^2 2 mysterio M^2 4 quod M^2 christianus] effici *add.* M^2 5 inpetravit M^2 7 baselica M^2 8 fideli] et *antep.* M^2 9 et fide] fide M^2 advenerit, et] *om.* M^2 ultra M^2.

13. 1 virtus et potestas *om.* M^2.

L

[Translationis Saturnini]

1 Translatio corporis sancti Saturnini ępiscopi et martyris Christi, quod translatum est ab Exuperio ępiscopo; die kalendas novembres. Deo gratias.

2 In diebus illis, mansit aliquandiu sub vili cespite, omnibusque inhonorum, sed honoratum Deo, martyris corpus: donec sanctus Hilarius [a], non post multum temporis in Tolosana urbe ępiscopus ordinatus, et de antecessoris sui obitu instructus et merito, effossa usque ad ipsum sepulcrum ligneum terra, sanctas veritus reliquias comoveri, transvolutionem desuper multo latere diligenter instruxit, et basiliculam amodum parvulam vilibus tignis | ad locum tantum orationis adiecit; ut martyris cor- | [253b pus non tantum sepelire quam abscondere videretur. Ne forte sacrilege mentis homines, si aliquid conditi corporis tumulo viderent honoris adhiberi, effosim statim corpus in frustra disserperent, et diriperent etiam ipsam tenuem sepulturam.

3 Procedente dehinc tempore, quum multorum ad basiliculam ipsam fideliter a seculo recedentium pro solacio propter corpus martyris quiescendi deferentur exequię, et locus hominis tumulatorum corporum multitudine fuisset impletus, sanctus ępiscopus Silvius, ępiscopatum supradicte urbis inposite indeptus, pulchram et speciosam basiliculam magnis sumtibus venerandi, et transferendi illuc martyris reliquias parans, ante consummationem cepti operis recessit a seculo. Post huius obitum sanctus Exuperius in summum sacerdotium coabtatus, vir absque ullius precessorum iniuriam, absque ullius, qui id temporis eclesias regere videbantur invidia, non solum nulli secundus, verum ipsi etiam beato martyri virtutum meritis conparandus, basiliculam, | quam decessor suus fideliter inquoaverat, instan- | [253c tissime consummavit, et fideliter dedicavit.

4 Qui quum transferre illic sancti martyris reliquias, non pro sua incredulitate, sed pro illius honore dubitaret, admonitus per quietem est, ne infideliter neglegeret, quod fideliter credidisset; nullam fieri vel diminutionem cinerum, vel conmotionem membrorum, vel spiritibus iniuriam: quia manifesta res esset hoc martyribus proficere ad honorem, quod profuisset credentibus ad salutem. Statimque tali visione firmatus, religiosis imperatoribus precem detulit, ac sine mora ulla quod tam pie poposcerat impetravit, ut translatas ad basilicam omni studio preparatum sancti viri reliquias, non tam temeraria violaret audaciam quam ambitiosus venerantis coleret obsequellam.

5 Ut sit nomen Domini benedictum in secula seculorum. Amen.

---

[a] Ilarius *cod.*

LI

[Alexii]

Notas litúrgicas marginales de L

Or[atio].

1 | **I**ncipit vita vel obitum sanctissimi viri Alexii, filius Fi- | [253d
miani. Deo gratias.

2 **F**uit quidam vir vite venerabilis in Romana urbe nomine Fimianus, regali nobilisque exortus familia, inlustris in seculo. Erat igitur dives valde, omni scientia atque sapientia plenus, custodiens pręcepta Domini, diligens Dominum ex toto corde suo, ieiunia atque oratione amans, pauperibus vel hospitibus ministrans, diligens iustitiam, et non cupiens avaritia, sed dicens in corde suo: Non me creavit Dominus Deus super terram, nisi ut faciam iustitiam et iudicium super universam plebem. Et erat illi uxor de tribum, quem dilexit Dominus, et fuit temporibus multis sterelis: erantque ambo ieiuniis et orationibus afflicti nimis, eo quod non erat illis filius, et non cessabant die ac nocte pauperibus erogare, vel servis Dei necessaria tribuere, | atque elemosynis insistere. | [254a

3 Quadam namque dię valde mulier afflicta descendit ad basilicam, prosternens se ad orationem, cum lacrimis deprecatum est Dominum, dicens: Recordare, Domine, ancillam tuam, et respice adflictionem meam, et da mici semen de viro meo nutu tuo, semen benedictionis, qui placeat ante conspectu tuo, et conlaudet tuum sanctum nomen post obitum nostrum. Deus autem omnipotens exaudivit deprecationem eius; concepitque, et peperit filium, et gavisi sunt parentes eius nimis. Puer autem crescebat, et congratulabantur de illo omnes generationes. Quem omni doctrina et sapientia ita imbuerunt parentes, ut non dialeticum, non rhetoricum eum fugeret ingenium, omniumque auctorum mundi sapientiam, ac si bonus adleta Christi, cabtivam tenebat, et sic utebatur mundo quasi non uteretur, apostolum sequens, qui dixit: Preterit enim figura huius mundi. | [254b Et nec cum ipso mundo inmundus periret, sic se carum Deo exhibebat, ut sapientia h<u>ius mundi stultitiam reputaret; obtabat enim, pretereunte mundo relinquere, et sine sollicitudine esse cum Christo.

4 Erat enim amator fidei, Eglesie sancte tamen quodtidie adherens liminibus: quoscumque sanctos inveniebat, pedibus eorum prostratus, rogabat ut orarent pro illo qualiter anima eius salvaretur de inferno. Hunc quum viderent parentes eius tanta animi intemtione christiane religionis cultui adherentem, convocant ad se venerabilem puerum, et exhortantur his verbis: Dulcissimum nobis et venerabilem pignus, audi parentum tuorum salubre consilium, quod per venerabilem legem beatus Paulus apostolus docet, cum dicit: Date filios vestros uxoribus, et filias vestras date viris. Et iterum: Volo iuvenes procreare filios, parentes familias esse nullam

dantes occasionem maligno. Et idcirco non tantum ut nobis | consen- | [254c
tias deprecamur, quantum ut lege dominice obediens esse cognoscaris. Ad
hęc venerabilis puer, respondens parentibus, dixit: Quia ex divino pręcepto
cognovi coniugium mici non esse peccatum sed gratia, faciam quę hortamini.

5 Lętificantur parentes, procreationem filiorum sperantes, et petierunt
filia de genimine regis, et fecerunt nubtias illis in ęclesia, que vocatur
Sancta. Dumque venisset hora coniuntionis eorum, dixerunt parentes eius:
Filii, accipe benedictionem nostram, et intra in cubiculum sponse tuę.
Traditaque continuo virgine, cubiculum ingreditur. Dum autem introivit ad
eam, repletus est spiritu timoris Domini, et ait ad coniunctam sibi virginem:
Benedicaris a Domino Deo tuo; benedictus Dominus in ęternum, qui dedit
te mici in coniunctionem, ut impleat in nos misericordiam suam sanctam.
Rememoratus enim sum p[ro]pheta dicentem: Nolite tardare converti ad
Dominum; et iterum: dico, nolite tardare, nescitis enim que pariat super
| ventura dies, quia de mane in vesperum mutabitur tempus. Hęc | [254d
igitur, sponsa mea dilecta, seculum istum in malignus positum est, et
tamquam nicilum reputati sunt dies licentię nostrę, si hac nocte anima
nostra non reposcatur, et hora quam nescimus repente subtrahimur.

6 Statimque ut audivit puella hos sermones, stupescens valde, dixit ei:
Fac sicut tu vis. Sit enim Dominus Deus noster adiutor in omnem confes-
sionem nostram. Et egrediens inde, intravit in thesaurum patris sui, et
auferens aurum et argentum quantum portare potuit, invenit naviculam
parvulam, ascendit in eam, et perrexit ad insulam, quę vocatur Laudocia.
Ibi est civitas, que vocatur Herea, et civitas illa in extremis est locis.
Dum autem pervenit ad insulam istam, vendidit vestimenta sua, et aurum
atque argentum, quę portaverat secum, dispersit, et dedit pauperibus. Ibique
habitum pauperis adsumens, | in aula sancte Marie semper virginis | [255a
Domino deserviens, afflixit semetipsum in ieiuniis atque vigiliis nimis. Dum
cognovissent autem parentes de peregrinatione filii sui, cęperunt lamentare
et tribulati esse, et induti cilicio lugebant, nullam consolationem recipientes.
Et dirigunt mi[s]sos in omnes regiones atque provintias vel insulas, et non
invenerunt eum. Revertentes autem lamentabant eum quasi mortuum. Quis
etenim audire poterat Fimiani filium dilectissimum non conparuisse?
Lugebantque omnes inconfuse: parentes filium, sponsa sponsum, familia
dominum, et erant omnes in merore, adque infinita animi tribulatione.

7 Post aliquantum autem tempus vocavit servos suos, et tradidit eis
munera magna et vestimenta, et pręcepit illis ut dispergerent ea per ęclesiis
in monasteriis pauperibus, et senodociis, u[t] orarent atque obsecrarent
Dominum: forsitan demostraret Dominus filium eius. Dum autem perve-
nissent ad insulam | ubi beatissimus comorabatur puer, dederunt | [255b
elemosynam in baselicam eadem sancte Marię, sicut pręceptum illis fuerat.
Puer autem inter reliquos pauperes accepit elemosynam de manibus ser-
vorum suorum: Et oravit, dicens: Gratias ago tibi, Domine, quia per
amorem sanctum tuum, cuncta mundi mundo derelinquens, nunc accepi ele-
mosynam de manibus servorum meorum. Et scio, Domine, quia non dere-
linques omnes expectantes misericordiam tuam; sicut tu ipse loquutus es,

dicens: Querite primum regnum Dei, et hęc omnia apponentur vobis.

8 Permansit autem beatissimus puer in eodem locum usquequo conplevit votum, quę voverat Domino. Et dum adinplevit ibidem decem et septem annis, nemini cognitus, aut manifestatus quis esset, aut unde esset. Factum est ut revelaretur a prępositum domus sancte ęclesie, dicens ei: Introduc servum meum dilectum ad te, quia omnia contemsit pro me; nunc autem dedi illi omnes petitiones cordis sui, et sicut sol fulgens in terra, sic est postulatio eius ante | thronum meum; et sicut corona diadematis | [255c super caput regis, sic continet eum spiritus meus.

9 Dum autem vidit visionem hanc, terrificatus valde atque stupefactus est, nesciens quis esset de quo diceretur. Et dum ingressus et regresus fuisset cum tristitia et fletum, nesciens quid ageret, quidve faceret, cum subito audivit vocem, dicentem: Iuvenis ille, qui hic advenit, advena et peregrinus ipse est: introduc eum in domum Domini. Quum autem cognovisset de quo diceretur, perrexit ad celulam eius in qua peregrinus stabat, et adorans eum, postulavit, dicens: Domina nostra sanctissima, gloriosa mater Domini Maria, vocat te ad aulam sanctam suam. Quum igitur videret sanctissimus puer declaratum se esse, timens ne pater illius hoc agnosceret, prosternit se ad orationem in atrio domine[a] Marie, adtente obsecrans Dominum ut quamdiu in hac vita esset, nulla ratione proderetur. Et consurgens nocte, ascendit navem, volens semetipsum ad | incognitas | [255d et inauditas regiones divisas longeque transportare.

10 Dum enim hoc facere vellet, navigans per mare, suscitavit Dominus ventum validissimum, et direxit naviculam ad regionem et ad patriam unde exierat. Quod cum a longe respexisset patriam suam, intellexit quod Dominus aduxerat eum pro deprecationem parentum suorum, dixitque in corde suo: Vivit Dominus in ęternum, quia nullum alium hominem pro victum vel vestimentum deprecabor, nisi patrem meum tantum; melius est ergo ut a patre proprio elemosynam accipiam, quam ab extraneis atque incognitis. Et dum pervenisset ad viam, que graditur omnis populus, ecce pater eius veniebat cum exercitu magno nimis, ante et retro constipatus catervis de palatio imperatoris. Et intellexit quia pater eius erat; adoravit eum, et dixit: Audi, domine mi, vocem servi tui, et miserere mei, quoniam egenus et pauper | sum nimis, et nicil habeo consolationem, nisi de | [256a altissimo Deo, et de te domino meo. Sed obsecro, domine mi, ut introducas me ad domum tuam, si in hac presenti vita demonstret tibi Dominus filium tuum, per quem tantas tribulationes sustines, et coronet te diademata glorię suę, cum sic loquitur discipulis suis, dicens: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis prępparatum est ab origine mundi. Quia esurivi, et dedistis mici manducare; sitivi, et dedistis mici bibere; hospes fui, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me. Et tantum promisit Dominus diligentibus se, quod nec occulis vidit, nec aures audivit, nec in cor hominis ascendit, quę prępparavit Dominus diligentibus se.

11 Dum autem audivit pater eius nominari filium suum, miratus est

---

[a] domine] domini *cod.*

valde, et rememoratus dulcissimum filium, flevit diutissime, et promto spiritu misertus est super eum, et ait | pueris suis: Volo ut unus ex | [256b vobis habeat commendatum hunc peregrinum, et ministret illi omnia, quę necessaria ei fuerit [b]. Prępositit autem unus ex servis suis, qui plus omnibus fidelis erat, et dixit ad eum: Fili, accipe hunc pauperem et pone habitationem eius in exitu et in introitu meo, ut videam eum quodtidie, et sit cibus eius de mensa mea, nam postquam dulcissimum mici filium nominavit, in tantum declinatum est cor meum in amore eius, ac si filius meus esset. Beatissimus autem puer audiens hęc, et considerans dolorem patris pro filii desiderio, non poterat a lacrimis se continere. Putabant autem universi, qui aderant, quod pro sua miseria ac paupertate defleret. Deduxit autem eum idem prępositus ad civitatem, et posuit habitationem eius in exitu et in introitu palatii, sicut beatissimus Fimianus preceperat; et ministrabat illi quodtidie de substantia patris sui victum atque vestitum. Ipse autem accipiens | hec cum gratiarum actione, parum exinde in | [256c usibus suis adsumebat, cetera aliis pauperibus tribuebat.

12 Erat igitur mater eius afflicta valde in ieiunio atque oratione, serviebat quodtidie pauperibus, et dicebat: Vivit Dominus in ęternum, quia non cessabo flere ac lugere me, nec parcam mici de sacco et cinere, que indui mici diebus ac noctibus, donec respiciat Dominus afflictionem meam, et faciat me scire quid est de filio meo. Erantque ambo nimis afflicti, et dicebant pariter: Quia non cessabimus flere usquequo demonstret Dominus nobis quod evenit filius noster. Permansit autem et nurus in virginitate sua, dicens: Non movebor de loco isto, donec sciam ubi peregrinatus est dilectus meus, sed ero similis turturi, inquirens suum per aridam vel decurrentia aquarum, et alium non querens. Et singulariter facta est omnibus diebus vitę suę.

13 Beatissimus autem puer persistebat in ieiuniis adque orationibus, inclusus in cellula parvula, clamans ad Christum, dicens: Heu me, quod peregrinatio | mea prolongata est. Iam cupio dissolvi, et cum Chri- | [256d sto esse. Fuerunt autem quidam ex servis [c] patris sui, Deum [non tim]entes, qui diridebant eum, ac verbis iocularibus obiurgabant eum pro miseria afflictionis suę in ieiuniis et orationibus. Ipse autem intellegens temtationes diaboli, magis magisque humiliabat semetipsum, vivens in silentio, deprecans Deum in vigiliis multis, dicens: [1] Domine, Deus rex, omnium rex seculorum, qui semper te invocantibus ades, qui querentes te non derelinques, adesto nunc mici famulo tuo, et iube me hunc mundum derelinquere, et ad tuam gloriam pervenire. Tu es enim, Domine, lucerna pedibus meis, qui dedisti mi constantiam pro tuo nomine cuncta derelinquere, et tibi Domino meo inmaculato corde et corpore deservire, et omnia temtamenta inimici superare. Tu nosti, Domine, quia ex dię, qua renatus sum, usque in hanc horam nicil prępositi amori tuo, nicilque in hunc mundum dilexi nisi te solum Deum, qui cum Patre et Spiritu Santo | individuum | [257a maiestatis possides nomen in secula seculorum, amen.

---

[b] fuerit *corr. ex* fuerat.
[c] ex servis] exervis *cod.*

14 Et dum agnovisset per visum, humanos se[d] finitum labores, et Dei omnipotentis percipere promissiones, vocavit prepositum suum, et dixit ad eum: Affer mici, domine mi, pugilarem et cirographum, quia opus est mici. Et quum dedisset ei quod postulaverat, accepit eum, et scripsit omnia que egerat: qualiter pro amore Christi patrem, matrem atque sponsam, sive familiam, et omnes delicias seculi respuerit, magis eligens mendicare pro Christo, quam regnare in seculo. Et dum scribsit omnia, notumque fecit parentibus, ut agnoscerent eum, et de ipsa hora non haberent tristitiam pro illo. Quum autem omnia consumaset, plicavit cirographum, et involvit in palleum, quem dederat ei sponsam suam, propter consuetudinem proscribtionis eius, et stringens eum in palmis suis, extendit semetipsum in terra, et gratias agens Deo, statim hora migravit ad celum.

15 Populi autem, qui erant congregati in domum sancte Marie, audierunt vocem de sumo altario, dicentem: | Ite ad domum Fimiani, | [257b quia ibi defunctus est famulus Domini, et dedit illi hodie Dominus coronam eternam, et gloriavit eum propter confessionem sanctam suam, et [a]tribuit benedictionem ei, et requiem eternam in secula seculorum. Factum est autem dum audissent vocem de medio templi altaris, mirati sunt valde, et stupuerunt nimis, et statim direxerunt ad domum Fimiani, et dixerunt ei: Tale miraculum venit in domum tuam, et non manifestasti nobis de hac re. Respondit Fimianus, et dixit: Non agnosco in domo mea qui accipiat hanc benedictionem; et festinans, venit ad domum, et interrogavit familiam suam si esset inter eis aliquis dignus, qui hanc benedictionem et gratiam acciperet. Responderunt omnes, et dixerunt: Vivit Dominus in eternum, quia nescimus intra nos aliquem, qui dignus sit hoc quod loquutus es. Respondit autem prepositus, qui erat super beatum pauperem constitutus, et dixit ei: Quotiens ille homo peregrinus, quem mici comendasti, domine, ipse est de quo dicis; hoc enim sanctus | timens Deum, | [257c numquam panem ad satietatem commedet, sine intermissione orat diebus et noctibus, vestimentum suum pauperibus aliis tribuit, ipse autem seminudus perseverat, et quasi mortuus non habet curam de hoc seculo. Non vidi ullum hominem, qui se tantum affligat, aut adsimilet sanctitatem eius. Nam et servi, tui, domine mi, inrident eum propter deprecationem eius, et pro miseria afflictionis sue.

16 Dum autem audisset Fimianus facinora suorum servorum, contristavit semetipsum valde, et penituit, dicens: Utinam non audissem de minoribus meis hoc malum. Statimque pergens Fimianus ad cellulam beatissimi f[i]lii sui, invenit eum defunctum, et cirografum in manum tenentem; mitentesque continuo ad universis principes vel maiores natu, et a papam sedis Romane et ad universis confesoribus adque Deo servientibus, et venientes pariter Deum exorarent, qualiter Dominus revelaret quid scribtum erat | in cirograpum. Et convenerunt omnes ad domum eius, | [257d et mirabantur fulgentem vultum eius. Prostraveruntque se ad orationem et obsecraverunt Domino ut resolveret manum sanctissimi viri, ut scirent

[d] humanos se] humanose *cod.*

quod scribtum erat in cirografum. Et surgentes ad orationem, postulavit famulum Dei beatissimus papa, et dixit: Rogo te, adleta Christi, ut des nobis cirografum hanc, ut intellegamus quid scribtum continet in se. Statimque extendit palmam, ceciditque cirographum super pectus eius, et adprehendens eum episcopus, dedit diacono suo, ut noscerent quod scribtum erat in eo.

17 Et dum perlectum fuisset cirografum, et audivit pater eius quia ipse esset filius suus, scidit vestimenta sua cum fletu amarissimo, dicens: Fili mi, fili mi, ut quid occultasti mici tanto tempore causam hanc, et aduxisti senectutem meam cum luctu ad inferos? Dextruxisti autem imaginem patris tui, | et dedisti mici fletum cunctis diebus vite meę. Et sta- | [258a tim nuntiatur [h]oc continuo et matri. At illa statim cursu rapidissimo cum omni familia ad filium accedit, et corruens super corpus filii sui, eiulabat, dicens: O fili mi dilectissime, ut quid non manifestasti nobis quia tu eras filius noster? Tu enim sciebas planctum, et afflictionem meam in cilicio et cinere pro te, fili mi, et pro amore faciei vel decoris tui. Quis mici tribueret ut ego morer pro te, et tu viveres super me! Quum autem audisset nurus sua de inventione sponsi sui, prosternit se super faciem suam cum fletu amarissimo, et spargens cinerem super caput suum, clamavit et dixit: Heu me, misera, ecce dies afflictionis meę, de quo intellexi quia viduitas mea vera est: sumam igitur lamentum, et defleam omnibus diebus vitę meę. Vos autem, seniores mei electissime, flete mecum, ad|iubate me in orationibus vestris, ut illi coniungar in vita ęterna. | [258b Et dum audissent congregationem, qui ibidem advenerant, planctum eorum, ploraverunt planctum amarissimum usquequo venerunt ad aulam sanctus vocatus.

18 Quumque hoc auditum esset in Roma de inventione filii Fimiani, concurrerunt omnes videre tam magnum miraculum, quod ostenderat Dominus, atque ut acciperent benedictionem beatissimi viri. Maiores autem natu vel divites adque sen[a]tores dabant munera multa, ut adpropinquarent feretrum ubi corpus sanctus iacebat, et diviserunt aurum et argentum sine numero pauperibus peregrinis pro accipiendam benedictionem famuli Dei. Fecit autem apostolicus arcam ex auro purissimo et gemmis pretiosis, et sepellivit eum ut dignus fuit in pace cum grandi honore et referentia. Parentes vero eius vendiderunt omnia que habebant, et distribuerunt pauperibus vel monasteriis, et conversi sunt ad | Dominum, credentes | [258c sine dubio quod perseverantes, atque temporales tribulationes sustinentes, at gaudia ęterna pervenient; et in oratione et ieiunio perseverantes, post non multum tempore migraverunt ad Christum, benedicentes Deum et Patrem et Dominum nostrum Iesum Christum Filium eius cum Spiritu Sancto.

19 Qui sanctos suos coronat per bonam co[n]fessionem: cuius regnum sine fine permanet gloriosum in secula seculorum. Amen *.

---

* O tu, Lector sanctissime, quotiens hunc librum arripueris ad Legendum pro me tandem Endura [presbyter] scriptoris non cesses Dominum exorare *add in marg.*

LII

[INNUMERABILIUM CAESARAUGUSTAN.]

= L 258c-261c; / = P^2 133d-136c.
|' = M^2 94a-98c.

Notas litúrgicas marginales de P^2

1' [Lectio] II *man. longe post.* 3' [Lectio] V *man. longe post.*
2' [Lectio] III *man. longe post* 4' [Lectio] VIII *man. longe post*

1 |' **P**assio sanctorum martyrum Innumerabilium |' [94a
Cesaragustanorum, quorum corpora sita sunt ante eglesiam, que
3 nuncupatur Sancta Sanctorum, qui passi sunt sub Da- / [134a
tiano preside pro Domino nostro Iesu Christo. Deo gratias.

2 | **P**riscorum mundialium gesta virorum, quorum | [258d
obstinatio extitit inrumpere acies bellatorum, cruoremque effun-
3 dere innoxium, servantium iura terrarum, tectaque vel claustra
domorum, non solum grecorum *gymnasia concrepabant |' [94b
filosoforum, sed etiam *ethnicorum studia personarunt latino-
6 rum. Celebritatem quippe nominis eorum tam monumenta istoi-
corum quam etiam libri concinunt *poetarum; 1' ac ne fortasse
perituram foret temporum prolixitate materies librorum diver-
9 sorum, congestis tabolis metallorum, marmoreorum scilicet, aut
eneorum scluptos inpresserunt apices litterarum, ea dumtaxat
sperationis, ut suorum civium triumfalia multarum laudum pre-
12 cones efferentes, in futuro retro generationibus, eorum facta vel

---

1. 1 martyrum *om.* M^2 2 Cesaragustanorum] martyrum *add.* M^2 ecclesiam P^2 2-4 quorum... Iesu Christo] qui passi sunt sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus; die III n(onas) [o VIIII] kalendas novembres M^2 4 Deo gratias *om.* P^2, M^2.

2. 3 servantium] suarum rite *antep.* M^2 iure *L*, P^2 4 concrepant *L*, P^2 5 ethnicorum] et miquorum M^2 personarunt] personarum M^2; personant *L*, P^2 6-7 stoicorum M^2 7 ac] hanc M^2 8 periture fore M^2 9 congestis *om.* M^2 tabulis M^2 10 sculptos P^2, M^2 10-11 ea... sperationis] Et totum taxat spirationis M^2 11 triumphalia M^2 11-12 laudum preconiis P^2; laudium preconiis M^2 12 futuris M^2

gesta scribtis transmitterent relegenda, ne eorum, quos cum labenti seculo dilexerunt, |' memoria funditus laberentur. |' [94c

3 / 2' Igitur si gentiles ac sacrilegi | ho- / [134b; | [259a
mines nicilominus perituri in eis, qui perituri forent, aut fortase
3 post humanorum effusiones sanguinum horribili morte interiere,
tanta ac talia oracula conscribserunt, ut post eorum mortem
quedam consolationis auspicia fungerentur; quid nos oporteret
6 actitare christianos, de christianis parentibus natos, nisi ut militum
Christi victoriis officia lingue nostre deserviant, et in laudibus
imperatoris nostri, triumfali vexillo, ut acerrime contra hostem
9 dimicarent et vincerent, suos martyres perarmavit? |' Reso- |' [94d
nent modulatis vocibus organa cordium nostrorum, quatenus, dum
passionibus eorumdem compatiendo adiungimur, orationibus eo-
12 rum, Christo Domino opitulante, eisdem in mansionibus ęternis
adsociari mereamur.

4 Nunc igitur ordinem *cepte narrationis prosequens, ad
eandem gressu prospero percurram, quę priscorum temporum
3 fama relatione seniorum ad nos usque delata est. Temporibus
Diocletiani et Maximiani imperatorum, per totum mundi ambitum
sacrilegarum | institutionum iussa mandabant ut conven- | [259b
6 tus omnium christianorum non solum ex urbibus pellerentur, sed
licentiam quisque *potiretur eorum persequendo vitam necare.
/ |' Primo quidem, ut multis blanditiis, ac persua- / [134c; |' [95a
9 sionibus eorumdem mentium intentionem ad culturas dęmonum
inclinarent, ac deinde, si nollent imperialia iussa conplere et diis

---

2. 13 scriptis M^2 relegenda] lengenda M^2 quos cum] quoscumque M^2 14 dilexerant M^2 laberentur] la[v]rentur M^2.

3. 3 effusione M^2 interire *L*, P^2 4 tantam M^2 oracula] veluti miracula *add.* M^2 conscripserunt M^2 post eorum mortem] opus eorum morte *L*, P^2 5 auspitia M^2 fungeretur M^2 quid] *L corr. ex* quao oportet M^2 6 natos] ortos M^2 7 victoriis victores M^2 in *om.* M^2 8 triumfali] qui *antep.* M^2 11 eorundem conpatiendo P^2, M^2 11-12 eorum] ipsorum M^2 12 eisdem *om.* M^2.

4. 1 cepte] accepte M^2 2 gressum prospere M^2 3 relatione seniorum] relationes ethnicorum M^2 4 imperatorum] imperatoribus, *L*, P^2 per totum mundi ambitum] in mundi ambitu M^2 5 institutione M^2 mandarunt M^2 6 pelleretur M^2 7 vitam persequendo negare M^2 9 eorumdem meritum *L*; eorundem mentium P^2; earumdem mentium M^2 intemtionem P^2

cerimonias immolare, christiani nominis religionem cum sectato-
12 ribus suis funditus stirparent. Ilico turme satellitum implent principum feralium iussa, ex officiis diabolicis adsumta; percurrunt adparitorium sevientium turme totius urbis spatia, veluti leonum
15 catuli inedie necessitate coacti, sanctorumque martyrum corpora laniando descerperunt. Sed quo atrocius eorum impietas seviebat, eo Christi militum religio ardentius adcrescebat. [3] Inter quos qui-
18 dem *signifer cunctis admodum |' pestilentior *profane ac |' [95b sacrilege mentis, Datianus, ab eisdem imperatoribus impiissimis, ut in Spanias pro rabie erga membra Christi ferocius deseviret.

5 Quum igitur | Spanie provinciam properans adti- | [259c gisset, inmanitatis eius sevities latere non potuit, sed acerbitate
3 suę *infaustę crudelitatis, velut leo rabidus, cepit christianos quosque perquirere, eorumque corpora cruentis dentibus laniare. Sed omnipotentis Domini actum / est providentia, ut pro / [134d
6 inlustratione vel patrocinio nonnullarum urbium, sacrilego spiritu, sacrosanctas hostias Christo Domino dedicaret, |' quorum |' [95c intercessione frequens civibus gratia Domini subvenire.

6 Quumque his sacrilegis *fungeretur officiis, Cesaragustanam adgrediens civitatem, diaboiico perarmatus spiritu, insignem
3 nobis sanctum triumfatorem gloriosum Vincentium martyrem dedicavit, qui beatissime inlustrationis apice non solum Cesaragustanam urbem, sed etiam Valentiam decoravit corporis sui insi-
6 gnem. Ac deinde inlustrium virorum decem et octo, vesane crudelitatis adspiratione effudit sanguinem innocentem, scilicet: Quintiliani, Cassiani, Matutini, Publii, Urbani, Martiani, Fausti, Suc-
9 cessi, | Felicis, Ianuarii, Primitivi, Euvoti, |' Ce- | [259d; |' [95d

---

11 religione *L*, P^2: relionem M^2 12 extirparent M^2 turma *L*, P^2 13 ferialium M^2 14 adparitorium] apparitorum M^2 urbis spatia] urbspatia *L* 15 catuli] leonum *add. L iterum sed delev.* 16 de[s]cerperunt *L*, corrumpunt M^2 17 militum Christi M^2 18 quidem] eorum *add.* M^2 19-20 impiissimis imperatoribus M^2 20 ut in... deseviret] ut Spanias proficissceretur presidis nomen indeptus est, quo mentis sue rabide erga membra Christi ferocius deserviret M^2.

5. 1 provintie *L*; provincie P^2 4 quosque] quoscumque M^2 7 sacrosanctas] sacro altari sanctas M^2 dedicarent M^2 8 civibus] vocibus *L*, P^2 subvenire] proveniret M^2.

6. 1 Quumque] Cumque M^2 sacrilegii M^2 5 Valentiam] Valentinam M^2 decoravit... sui] corporis sui decoravit M^2 8 Martiani] Martialis M^2

ciliani, Obtati, Frontoni, Luperci, Apodemii et Isicii. Addens etiam
huic copioso martyrio sacram Dei virginem gloriosam Engra-
12 tiam, purpurei sanguinis sui rore conspersam. Quum igitur devo-
tionis intemtionem Christo Domino deditarum mentium Datianus
vincere nequiveret, et pro amore regis ęterni sacri milites sacrum
15 libentius / funderent sanguinem, ad aliarum artium ar- / [135a
gumenta *consulem suum diabolus perarmavit.

7 Denique, advocatis, ut fert priscorum temporum haud
dubia fabula, suorum satellitum turbis, his verbis *callidus ser-
3 pens sui cordis *propalavit: |' Nicil, inquit, o milites prin- |' [96a
cipum nostrorum, in hac certaminis acie laborando proficimur,
nec fortitudinem christianorum mentium ad deorum nostrorum
6 culturam inflectere possumus, et dum cupimus eos atrocius sevien-
do vincere, eorum victoriis affatim deseruimur. Sit namque occul-
te nostre dispositionis consilium: | nullus vestrorum pro- | [260a
9 ditor, aut propalator, ne quisquam eorum temporaneum, vel sero-
tinum, consilii nostri audiat dispositum. Innumerabilis hęc multi-
tudo christianorum, que huius civitatis ambitu continetur, consilio
12 potius *clamdestino, cum virtutis atrocitatem perimenda est; qui-
bus si singillatim pro deorum |' nostrorum culturis tor- |' [96b
mentorum genera inferre decrevimus, dum intemtionem cordis
15 eorum vincere nequimus, nobis potius, quam illis periculosum
*exitium procuramus.

8 Sed percurrant officia *preconantium totius ambitum civi-
tatis, ut multitudo / eorum, eorumque edificiorum pa- / [135b
3 rietibus *occulitur, ab hac urbe quantocius propellatur, quasi con-
cessa licentia liberalitatis, ubi manendi, aut *larem fovendi, unius-
cuiusque volumtas extiterit, ita ut nullus religionis eorum, a do-

---

6. 10 Apodemii et Isicii] Apodemi et Iulii M^2 martyrium *L*
12 sanguinisui M^2 consparsam M^2 igitur] sancte *add.* M^2
13 intentionem M^2 14 nequiveret] nequiret M^2 et] sed M^2.

7. 2 suarum M^2 turbis] turbulentis M^2 3 propalavit]
insaniam *add.* M^2 inquid P^2, M^2 4 aciem *L*, P^2 profi-
cimus M^2 5 christianarum M^2 6 cultura *L*, P^2 7 dese-
ruimus P^2; deserviamur M^2 9 temporaneum] temporibus *L*, P^2
11 que] qui *L*, P^2 12 cum] quam M^2 13 sigillatim M^2
14 intentionem M^2.

8. 1 precurrant M^2 totius] contius *L*, P^2 3 quantotius M^2
4 ubi *repp. L sed delev.* aut larem] ilaremque M^2 5 nullis M^2

6 minis usque ad servos, in mansiunculis eius urbis repperiatur
nostro contubernio sociandus. Vos denique, conmilitones nostri,
ex armamentariis | publicis arma proferte, |' ensi- | [260b; |' [96c
9 bus bis acutis vestrorum *conpages lumborum adstringite, *abdi-
torum *latibula *quantocius procurate; et contra *inermem hos-
tem bellatorum ex locis ocultis subito prosilientes, eorum multi-
12 tudinis aciem certatim obruere festinate, et quoscumque repperie-
ritis acutis ensibus obtruncate. Nos igitur portarum omnium adi-
tus observare precepimus, ut si fortasse quisquam, mucronis aufu-
15 giens aciem, redire ad civitatem maluerit, omnia obserata repper-
iet, gladio nicilominus periturus, qui ante ensis aciem extiterit
fugitivus, et quos ad deorum nostrorum |' nequimus in- |' [96d
18 flectere cultum, nullus eorum, qui Christum colere maluit, super-
sit, qui remaneat inultus.

9 Denique precurrunt satellitum turme totius civitatis *aus-
pitia; preconum concrepantium reboant ,' raucisona vo- / [135c
3 cum officia: reserantur portarum ocidentalium claustra, gaudens-
que turba piorum utriusque sexus, catervatim prodeunt agmina
populorum. Senes *vacillantia membra *tremulis manibus baculis
6 sustentare festinant, | ne suorum relinquantur solacio ca- | [260c
tholicorum. Multitudo iuvenum vel adulescentum suarum sponte
aperta relinqunt claustra domorum. Mulierum quoque sexus in-
9 firmior, |' fortiores animo quam inbecillitate sexu, prope- |' [97a
rant cum vagientium turbis infantium, ac servulorum *prestrepen-
tium, ita ut crederes totius funditus migrare multitudo populorum
12 civitatis ad spectaculum gladii *furientis, sicut ait egregius predi-

---

5-6 a dominis] ad nostris *L*, P^2 6 servis *codd.* mansiungulis huius M^2 7 sociandis *L*, P^2 8 armentariis *L*, P^2 9 astringite M^2 9-10 abditorum] locorum *add.* M^2 10 quamtotius M^2 contra] con M^2 11 bellatorum] bellaturi M^2 occultis M^2 12-13 reppereritis M^2 14 observare] obserare M^2 precipimus P^2, M^2 15 civitatemaluerit M^2 16 aciem *om.* *L*, P^2 18 cultu M^2 qui] que M^2.

9. 1 satellites *L*, P^2 2 saucisona *L*, saucissona P^2 3 occidentalium M^2 3-4 gaudentque M^2 4 sexu *L*, P^2 5 bacillantium M^2 6 substentare M^2 suarum *L*, P^2 7 adulescentium M^2 8 relincunt M^2 9 animo quam] aninquam M^2 sexuum M^2 9-10 properat M^2 10 turbis] turmis M^2 11 multitudo *om.* M^2 12 spectaculum gladii] expectaculum seculi M^2

cator: Spectaculum facti sumus huic mundo, angelis et hominibus.

10 Quid multa? Exiit omnis turba christianorum, letantium videlicet atque cantantium: Gloria in exelsis Deo, et in terra pax
3 hominibus bone volumtatis. Itaque *obserantur ex officio impietatis per totum porte civitatis, ne quisquam eorum repperiret ingressum pietatis. |' [4' Ex ocultis locis subito prosiliunt |' [97b
6 cunei armatorum, *funestis ensibus impetunt, facientes peremturi turmas christianorum, et veluti copia / magne multitu- / [135d dinis agnorum ita prosternunt, non resistentium corpora catholi-
9 corum. *Madefaciuntur | dęmonum spiculatores sanguine | [260d innocentium, *crassantur cadaveribus mortuorum, et nec sic quoque satiantur crudelitate multimoda defunctorum.

11 Tunc feralis ille, ac tortuosissimus draco, Datianus preses, pręcepit multitudini paganorum, ut ante totius civitatis cons-
3 pectum *congesta corpora ignibus traderent occissorum: |' [97c et ne fortasse quisquam procul, aut prope in latibulis situs christianorum, sibimet raperet cineres martyrum sanctorum, omnes
6 diversorum criminum reos, quos civitatis occulta ergastula retinebant, *propere produci iussit e carceribus, et eorum capitibus amputatis, *infausta corpora iussit sanctorum corporibus adsociare,
9 et ita ignibus consummare. Cremantur *venusta corpora martyrum cum corporibus latronum parracidalium, capitis nostri, veri scilicet Dei et hominis, Christi, exempla sequentes, qui inter duos
12 latrones pro nostra salute noscitur crucifixus, iustis nicilominus retribuens cęlestis paradisi gaudia | sempiterna, illis vero | [261a me|'ritorum suorum supplicia non finienda. |' [97d

12 Ve tibi, minister / diaboli, Datiane! non suffi- / [136a cit ad augmentum tuorum scelerum, viventium meritis innocen-

---

9. 13 Expectaculum M^2.

10. 2 atque] ac M^2 excelsis P^2 3 officio] ab officia M^2 3-4 impietatis per totum *om.* M^2 4 porte] totius *add.* M^2 5 occultis P^2, M^2 6 armentorum M^2 impetunt] impetum *L*, P^2 facientes peremturi *om.* M^2 7 velut P^2 copiam M^2.

11. 2 multitudine *L*, P^2 2-3 conspectu M^2 3 occisorum M^2 7 e] a M^2 et *om.* M^2 8 adsociari M^2 9 consummare] concremari M^2 10-11 scilicet veri M^2 11 hominis] nominis *L*, P^2 Christi *om.* M^2 exemplo M^2 12 iustis] *L corr. ex* iustus 13 retribuens] tribuens M^2 14 non] numquam M^2.

12. 1-2 sufficuit M^2 2 augumentum M^2 2-3 innocentium]

3 tium invidere, civium vitam contra iura legum extinguere, nisi
huius nefandi causa criminis addere procurares? Quid tibi profuit
tantarum *sevities *inmanitatum? Quidve insanientis rabies tan-
6 tarum crudelitatum? Perimisti terrene civitatis plebem innocen-
tem, et dedicasti populum civitatis nostre Ierusalem semper cum
Christo gaudentem. Nunc igitur, iustorum anime in manu Dei
9 sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Te quoque retinet
*victum numquam finiendorum infernalium ignium cruciatus. Illi
occissorum corporum suorum receptione magnopere |' pres- |' [98a
12 tolantur, ut inter reliquas martyrum catervas, duplici remunera-
tione coronentur. Tu quoque scelerati corporis tui thecam nullo
modo vis recipere, ne duplici contritione, anime scilicet et corpo-
15 ris, cum diabolo et angelis | eius eternis incendiis manci- | [261b
peris. En cineres Innumerabilium sanctorum martyrum oculis
nostris aspicientes, summa cum exultatione veneramur, eorumque
18 *triumfos, letantes, conpatiendo iungimur.

13 Aulam denique ob eorum honorem omnipotenti Domino
consecravimus, ut quibus tua /¨*sevities nomen maluit / [136b
3 funditus extirpare christianorum, populus *tripudiando non sinit
eorum festivis gaudiis adsociare. O felix, et nimium felix civitas
Cesara|'gusta, beatorum sanguine *circumlita, que tot |' [98b
6 milia martyrum oblationes omnipotenti Domino consecrasti! Gau-
deant igitur tecum totius mundi urbes, pretioso martyrum san-
guine decorate. Gaudeat denique ipsa caput gentium nobilissima-
9 rum urbium, aurea Roma, que cum duobus consulibus Christi,
magnis scilicet sanctis apostolis Petro et Paulo, gestat innume-
rabilium martyrum suave olentia incrementa rosarum. Gaudeat

---

meritis *add. L iterum* invidere innocentium M^2 3 vita M^2 iui a] cura M^2 5-6 Quidve... crudelitatum] M^2 *in marg.* 6 Peremisti M^2 8 gaudente *L* 9-10 retinent vinctum M^2 11 receptione magnopere] deceptione magno opere M^2 12 reliquias M^2 14 ne] nec M^2 contrictione M^2 16 En] *L lacuna;* et P^2 martyrum *om. L*, P^2 occulis *L* 17 suma *L*, M^2 18 iungimur] coniungimur M^2.

13. 2 quibus] quorum *L*, P^2 2-3 funditus maluit stirpare M^2 5 sanguinem M^2 6 omnipotenti *om.* M^2 consecrasti] *L corr. ex* consegrasti; dedicasti M^2 7 pretiosum *L*, P^2 7-8 sanguinum M^2 9 que] qui *L*, P^2 9-10 magnis Christi consulibus M^2 10 sanctis scilicet M^2 apostolos *L*, P^2

etiam nobiscum totius Spanię regionis, multitudo secum gestans christiani nominis dignitatem: et licet eisdem nonnullarum urbium incole, paucorum sufragiis martyrum potiantur, | [261c; |' [98c singulis videlicet, binis aut ternis, forsitan et quaternis, tu copiosius exuberas Innumerabilium martyrum incrementis. Sed dum nostrorum sanctorum festis adsociantur, qui paucorum martyrum patrociniis perfruuntur, non inmerito nobiscum eorum *contubernium potiantur.

14 Nos autem, quos presentium sanctorum martyrum meritis fidei sancte catholice unitas adsociavit, annuo cursu eorum festis adque triumfis congaudeamus, cum summa devo- / [136c tione *excubies celebremus, ut eorum meritis *rite participari mereamur. Venite, exultemus in Domino, iubilemus Deo salvatori nostro; ut qui sanctis martyribus suis contulit victorię suę triumfum, nobis donare dignetur eorum inmitari exemplum, et qui illis mansiones ethereas in sui regni preparavit potentiam, nobis properam misericordię suę tribuat indulgentiam, ut supernis in mansionibus sortiri mereamur refrigeria sempiterna.

15 Concedente ipso Domino nostro Iesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto substantialis vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

| Explicit pars prima in libro Passionum. Deo gra- | [261d tias. Amen.

---

13. 12 regiones *et add.* populi M^2 secum] tecum M^2 13 eiusdem M^2 15 forsan M^2 19 potiuntur M^2.

14. 1 martyrum *om. L, P^2* 2 annua M^2 eorum cursu M^2 4 excubias M^2 rite meritis M^2 5 Venite *om.* M^2 salvatore *L* 5-6 salvatori nostro] preoccupemus faciem eius [98 d] in confessione, et in psalmis iubilemus ei, quoniam nos populus eius et ovis gregis eius *add.* M^2 6 suę *om.* M^2 7 donare] dona M^2 *sed alia man. corr. in* dona[re] imitari M^2 8 potentia M^2 8-9 prosperam P^2 9 indulgentia M^2 9 in *om.* M^2.

15. 1 nostro *om.* M^2 2 substantialis *om.* M^2 4-5 Explicit... Amen *om.* P^2, M^2.

TEXTOS AÑADIDOS AL PASIONARIO DE CARDEÑA A PRINCIPIOS DEL SIGLO XI

[LIII]

[Inventionis Zoili]

| = L 262a-263b.

Notas litúrgicas marginales de L

[1] [Lectio] III[a]. [2] [Lectio] V[a]. [3] [Lectio] VI[a]. [4] [Lectio] VII[a]. [5] [Lectio] VIII[a].

1 | Inventio corporis beatissimi martyris Zoili, | [262a quod inventum vel translatum est ab Agapio Cordobensis sedis
3 ępiscopo, die II nonas novembres. Deo gratias.

Passio beatissimi martyris Zoili, qui passus est Cordoba in civitate, die V° kalendas iulias. Deo gratias.

2 Dum sanctorum victorię certaminibus adquisitę devotione annua excoluntur, et eorum monumenta, quę pęnes nos retine-
3 mus, frequentius visitamus, ipsis sanctis debitum honorem inpendimus, et nobis adquirimus ob hoc adminiculum ęternę remunerationis. Et quia succedentibus sibi per incertum vitę tempus
6 plebs ętates tradere invicem memorię | mutuo tantum- | [262b modo [quam] mandare litteris maluerunt; ideo nunc necesse est eadem fidelibus scripta in tempora postfutura transmitti, ne ea,
9 que adhuc recordatione vel opinione rerum, ut sunt gesta, referuntur, palleo silentii optecta, mundo veterescente, accipientium vel tradentium fides fabulosa verba credatur.

3 Igitur beatissimus, et pręclarus sanctissimus martyr Zoi-

LIII *inscripsit secunda manus.*

2. 1 *Littera* D *initialis tantum delineata et nondum completa.*

3. 2 benenatissimorum] *L man. post. suprascr.* [sca] *corr. forte in* bene sanctissimorum.

lus Cordobensis civitatis, benenatissimorum et clarissimorum
3 virorum indolis, dum in adulescenti etate se ab infantia christianum Deo confiteretur, subito, a paganis adreptus, ad prętorium quendam iudicis est pręsentatus, atque ad culturam dęmo-
6 num ut rediret, diu est exortatus. [1] Qui, dum per multa dierum spatia tam sermonibus quam verberibus esset flagellatus, christianum se profitens, a pessimo iudice capite ut plecteretur est dam-
9 natus, et in cimiterio civitatis cum peregrinorum corporibus viliter est sepultus.

4 Sed quia thesaurum domini, si quis velle fraudare conatur, | quanto ipsius sepulcrum, ne a cristianis ut inveni- | [262c
3 retur eius beatissimi martyris corpus lateret sopiret, quandiu Dominus veri docmatis gratiam, deficiente supprestitionis insania, evanescente idolatrię secta, manifestare non distulit veridicis obse-
6 quela, quousque vera fides, tempore christiani et ortodoxi Sisebuti regis, pax Eclesie catholice in cunctam Spaniam est adreddita, et synodicis conventiculis cunctis populis esset instructus. Eius inter-
9 ventu quidam vir nobilis ex Visegothorum propagine, clarus genere, Agapius nomine, ex laicali gradu vitam appetitus est monasticam atque per gradus eclesiasticos ad summum sacer[do]-
12 tiu[m] est pręelectus.

5 [2] Sed quia Dominus fraudare famulum de bonis suis non distulit, pro cuius amore seculum et eius divitias abrenuntiaret,
3 dum corpus fessum, ieiuniis maceratum, lecticulo esset, cilicio et vili stramine opertum, per quietem noctis, dum sopor artus inrepserat, membra a labore quiescerent fatigata, eidem in revela-
6 tione sanctissimum | corpus in quo loco quiesceret, illo | [262d nomine uteretur atque pro cuius amore animam suam poneret eum structum reliquid. Qui, dum sidus Olimpium, pręcedentibus
9 horis, claresceret in diurnis spatiis, convocatis fratribus adque omni clero cum relico vulgo, somni sui et que instructus fuerat est professus, adque cum omni vulgo ad ostensum sibi locum sine
12 mora perrexit, et ad locum quod ei Dominus demonstraverat pervenisset, per semetipsum, rastrum manu arripiens, effodire cępit quousque ad beatissimum martyris corpus, sicut a paganis fuerat
15 absconditum, Deo inspirante, pervenit.

---

5. 5 quiesceret] quid careat *L.*

6 [3] Quo invento, timor illustravit cunctos; et ille Dei servus, vel illius temporis antestis, cum prę amoris magnitudine
3 sepius beatissimum martyris corpusculum osculis demulciret, atque indignum se extimans, ut manibus suis tanti viri tangeret reliquias, subito, dum crebrius oscularet, caruit priorum pręciso-
6 rum dentium adiutorium; quos ut ab oris officio diminutos esse prospexit, in ipso sarcofago, ubi beatissimi martyris | cor- | [263a pus humatum est, proiecit.

7 Peracto et consummato inventionis obsequio, sequenti nocte se ei per visum ostendens, ita eum affatus est, dicens: Cur
3 me sępius osculare volu[i]sti, cum iam ob ea, quę a me tibi intercedi poposcebas, Domino Iesu Christo impetrare non distulit? [4] Sed nunc certus esto quia pro cuius amore te ei carum exhi-
6 buisti, et seculum cum pompis eius abrenuntiasti, cuncta dimissa est tibi congeries delicti. Et vigilans quietem, corpus beatissimi martyris Zoili ad hanc basilicam parvolam, quę in nomine sancti
9 Felicis martyris antiquitus fuerat fabręfacta, adlatum est, digne adque honorifice est sepultum.

8 Et dum vilis ęclesia esset in hoc loco fundata, maior a beatissimo Agapio antestite arte arcetectonica est instructa, cen-
3 trumque super tumulum sancti martyris columnis appositum mire magnitudinis construens, hic tribunal desuper centrui instructionem elegantissime collocavit. [5] Ac post inde | cenobium | [263b
6 centum monachorum, vel patrum, in hoc loco, in quo corpus beatum reconditum est, constituit, ut diurnis ac nocturnis horis Domino omnipotenti, cui serviunt, persolvat grata libamina, et ut
9 gloriam tanti marty<ris> crescente in secula ęterna veneretur.

9 Prestante et adiuvante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit cum Deo Patre, et regnat cum Spiritu Sancto in secula secu-
3 lorum. Amen.

---

6. 1 invento] *L corr. ex.* inventu 2 antestis] *L corr. ex* antistis.
8. 2 antestite] *L corr. ex* antistite.

[LIIII]

[Argenteae et comitum]

| = L 263b-266b.

1 Vita vel Passio beatissimę virgines Argenteę et comitum
eius martyrum, qui passi sunt Cordoba in civitate sub Tiranno
3 preside; die IIIIº idus magias. Deo gratias.

2 Inter gloriosa martyrum prelia, quibus superando mun-
dum cuncta subegere rurigena, et indeptis victoriis ad regna
3 conscenderunt etherea, non parvos sunt cultu nostrę martyris
Argenteę proferenda trophea, quibus et mortalibus creditur intu-
lisse fidei augmenta, et inmortalibus reportasse precipua | [263c
6 gaudia. Conservando namque divinam clementiam, non magis
sexus destinare quam animos, qui virorum tela ut appetant, mulie-
rum non denegat solidare fragiles artus. Siquidem hinc inde, et
9 diversis varia carpens, cultoris mori solliciti multimodis virtutum
floribus studet cumulare paradisi sui amenitates: ubi quoque beata
Argentea probatur bifariis florum properasse manipulis, incor-
12 rupte scilicet, candideque casti[ta]tis, necnon et purpureę invictę-
que passionis: qualiter ex utrisque suaviora offerens fercula non
inmerito mereretur superni regis adire palatia. Verum quibus
15 virtutibus hęc Domino ministrante, consequuta sit merita, non
solum qualiter certando conflictaverit passionis palestra digerere
incipiam, verum etiam ab ipsis pęne cunabulis quam beate vixerit
18 explicare moliar.

3 Beata igitur Argentea apud urbem Bibistrensem patre
Samueli, rege, matrique Columba, nobiliter orta, regalibus fomen-
3 tis nutrita, imperialibusque meniis eliganter | adulta, non | [263d
magis paterna regna presentia, quibus fovebatur, intendit, quam
futura, ad quorum beatitudinem se profecturam cernebat esse,
6 invocante prophetica voce, et dicente: Audi, filia, et vide, et in-
clina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris
tui, quoniam concupivit rex speciem tuam. Quibus vero monitis
9 beata Dei famula celitus inspirata, et divini regis amplexibus spi-
ritualiter accersita, sic se Christo exhibere maluit in mente quam

corpore, cui iam se credebat copulatam esse fidei sponsione, quo
12 utriusque substantię amputatis negotiis secularibus, nullis vacaret, nisi eius, cui se ęxhiberat solis obsequiis.

4 Regalibus ideo spretis honoribus, parentum contemptis blanditiis, famulorum famularumque despectis servitiis, ornamen-
3 torum scilicet fulvis, niveisque abominatis faleris, religionis sacre prestrictiorem callem arripiens, ut amplissima beatę vitę limina adire patulę possit. Veritatem dicente: Intrate per angustam por-
6 tam, quia ampla et spatiosa est via, quę ducit ad perdictionem. | Quo proposito beata Dei puella diu perseverans, et vir- | [264a tutum fructibus proficiens, non potuit latere humanum testimo-
9 nium lumen, quod iam non sub modio, sed super candelabrum videbatur esse locatum. Erat enim honestate consepta, castitati dedita, pudore pręcincta, continentia sollicita, elemosynis promta,
12 inopibus pia, et universis generaliter probis moribus referta.

5 Cuius namque, genetricem Columba ab hoc ęvo recedente, funerisque iuribus sollemniter mancipata, iniungere illi conatus
3 est pater quicquid regiminis erga palatium gerebat utiliter mater, mallens reformare de prole quod luctuose amiserat de coniuge. Sed Dei pu[e]lla magis Deo studens parere quam patri, taliter
6 affata est illi: Non, inquiens, o pater fidelissime, regum oportet me illius ministeriis prorsus abstrahi, tuoque recedere nutui, cuius iam officio sum connęxa, immoque amori? pręceptore gentium
9 dicente: Nemo militans Deo, implicat se negotiis sęcularibus, ut ei placeat, cui se | probavit. Verum te talem oportet tuo | [264b palatio pręferre procuratorem, cuius indepturus sis profuturam
12 procurationis utilitatem: nam me cognoscito, nec angeli, ne principatus huius mundi omnino posse a caritate divellere Iesu Christi. Tantum obsecro, seclusum michi hospitium infra huius pa-
15 latii claustra construi, quo, recedens a seculi turbinibus, liberius possem, puellis michi comitantibus, votum perpatrare mei cepti propositi: cuius velle profecto Christi obsequiis ut ceperat, non
18 distulit vacare diu.

6 Omnipotens vero Deus, placide intendens suę cultricis avidissimum cultum, quo possit apud se maius consequi pręmium,

---

4. 10 castitati] *L corr. ex* castitate.
5. 17 Christi] *L corr. ex* Christo.

3 non est dedignatus pandere illi tramitem congruum. Fuisse namque eo tempore vir religiosus, qui diutissimis parsimoniis, Deo inserviens, martyrii fastigium totis nisi|bus] scandere pręoptabat.
6 Cuius quippe rumore passim detecto, et ubique per urbem celebrato, tandem Dei puella conpertus est, militante religioso sub balteo; qua opinione accensa, quasi prudentissimus negotiator,
9 unde | meriti sui facultas magis augeretur, exestuans, | [264c religiosi pręlati viri votum sortiri studuit: credens sibi maiorem fructum conpendii posse aquirere, si ampliorem operum substan-
12 tiam videret se copiosius possidere, dicente Domino: Omni habenti dabitur, et abundabit. Igitur beatissima Argentea martyrii titulo volens describi, secretum religioso viro scribere destinavit,
15 flagitans illum non negare Dominum deprecari, quatinus duabus sibi puellis tandem participium caperet sui quod nitebatur desiderii.

7 Sed omnium cęlestis cognitor Deus cultricis sue non passus ambiguitate diu su[s]pendere optionem, responsione, et non
3 minus merito beati viri, reddidit certam, de quo consideraverat anhelanter fuisse accipitem. Talia illi perscriptum pręfatus vir divinitus exprimens: Unam me, inquit, beata, et tuis puellis ad hoc
6 desideratum prẹmium pręcessuram scito existere, quod alteram dico consequi minime posse. Te autem idem ipsud nichilom[i]nus nacturam fore cognoscito, intercedente tamen | producto, | [264d
9 et intervallo temporis spatio. Quibus sermonibus beata Dei puella nimium gestiens, et gratias Deo referens, tantum se pręsentibus rebus extorrem et exulem faciebat, quantum iam se futuris adhe-
12 rentem felicius sentiebat. Augens vero parsimoniis, et minuens blandimentis, in hoc semper quod ceperat, fixam tenebat indefesse aciem cordis.

8 Occurrente igitur Era DCCCC°LXVI°, subversa prefata genitali urbe, et depopulato regno paterno, sicuti nonnullis notum
3 est, cum fratribus ceterisque concivibus Cordobensem urbem petivit advena, cuius mox futura erat corpore tenus perennis incola. Quam ingressa, revolvere cępit mente qualiter frueretur propositi
6 sui profectione. Iniuncta vero religiosis in urbe prędicta, religiosis

---

6. 14 titulo] *L corr. ex* titolo.
8. 1 Era DCCCC°LXVI°] *L add. in marg. man. longe post.* era 966 anno 928.

virginibus, moreque solito inconcusse vacans assiduę continentię, pleraque taliter annorum peregit curricula. Verum quantis vel
9 qualibus in hac urbe bonorum virtutibus effulserit, nituerit moribus, piisque actibus claruerit, si cuncta nostro stilo prestringere conaremur, | non magis emolumentum quam fastidium | [265a
12 inferre videremur: sed illa sunt magis avidius exequenda, quibus prevaluisse videtur fortiter contra inimici tela devicta.

9 His itaque temporibus quidam francorum aput Gallias conversans, nomine Vulfura, iustitia fretus, et sanctitate pre[ci]-
3 puus, adesse sibi Deum cernit, sopori dedito noctis in tempestate quietibus, properare illi precipiens Spanię regioni, quo digne mereretur cum Argentea virgine bellum inire martyrii; asserens se ta-
6 lem huius muneris sponsionem beatę virgini promisisse: quia dum sim, inquiens, verax sermonibus, nolo illam privare promisso munere. Tali igitur visitatione Dei famulus instructus, non distulit
9 corpore tenus implere, quod divinitus aurigerat menta; iterque arripiens, regionem sibi prelatam perniciter appetit: indeque Cordobam urbem adire occius non retardavit.

10 Quam ingressus, et Dei de virgine multo sollicitus, non passus est eam Dominus illum latere, quo ammonente, prosi-
3 lierat tantarum regionum | spatia: eaque conperta, beata | [265b te, inquid, virgo, scilicet inesse, cuius ut sortirer victoriam ascitus sum divina voce; visitatus namque a Domino per soporem,
6 iussit me extorres visere terras, ut pariter dimicemus contra invidi hostis latentes obsidiones. Sed qui[d] ergo, inquid beata Argentea respondens, residemus? Quid diu differimus? Armari
9 nos oportet invictis regis armis celestibus, et ad confodendus Zabuli acies currere incussis gressibus.

11 Beatus vero Vulfura ingente feminę miratus constantiam, immoque confortatus fide, non passus est diu passione dif-
3 ferri, cuius amore viderat mentem beatam virginis uri. Sed ilico aggressus, quasi famelicis rabię furentis canibus ab ethnicis captus, optutibus cuiusdam presidis trahitur, et ab abdicandam fidei re-
6 gulam coacte conpellitur. Qui renuens, et minime favens, angustiis carceris mancipandus traditur, ut iniuriis affectus, tandem a propositi sui norma vi reverteretur. Sed Dei alleta, cuius precor-
9 diis Christus inerat, quotiens | comminabatur inimico, | [265c multotiens confortabatur in Domino.

12 Argentea vero beata audiens sanctum Vulfurane commissum carceri, non distulit visitare in vinculis, quem haberem se
3 comitem credebat victoriis: et Dei martyrem diuturno visitamine indesinenter audiens quod semper anhelabat mente incurrisse, se demum promeruit, Deo prębente. Una quippe dierum solito more
6 Dei martyri visitationis officium inpendens, venerationisque obsequium prestans, undique se conseptam infidelibus repente comperit, iniuriosisque questionibus siscitatam se ab eis taliter audi-
9 vit: Nonne, dicentes illi, o virago, filia Samuelis principis es? Quur hęc molita es adire limina? Aut vis te neci huius sceieratoris stolide copulare? Sancta vero Argentea passionis semper
12 obtate se esse compotem, gaudens, intrepida se professa est, non solum prędicti patris filiam esse, verum etiam cultricem catholice fidei, haud dubium fore.

13 Qua professione in furias excitati trahunt ad presidem asseclam Christi. Fidei vero condicionibus a pręside | ite- | [265d
3 rum interrogata, constanter ita respondit: Quur me, inquiens, crebris lacessitis questionibus? Nonne testata sum me nuper christianę fidei amplecti sectam? Sed quia secundum apostolicum
6 dogma, corde creditur ad iustitiam, orisque confessio fit ad salutem, confitear enim me palam omnibus: Unum in Trinitate Deum credere, indistinguibilem substantialiter adorare, inconfusumque
9 personaliter prędicare.

14 Exarsit ad hanc vocem inimicus, et fremitu immani puella Dei precepit vinculis addici. Quibus beata innexa, ieiuniis
3 non desistens, dominici lectioni sedulę vacans, mansit aliquod diebus inclusa carcere, usque dum illius et Vulfuranis necem edictus prodiret ab imperatore. Et consulto de utrisque, taliter de illis
6 precepit dictari sententiam: Ut si non, inquiens, nostrę fidei hii crediderint cultui, capite simul atrocius iubemus plecti. Argentea tamen insolentem rebellem, sacroque ritui contumacem, ac regalia
9 prępmia spernentem, post millenis cesa verberibus, ac organo privata oris, spiculo | iubemus perimi. | [266a

15 Quam de se sententiam beata virgo ovanter suscipiens, Deoque gratias referens, non perterruit humanum subire suppli-

---

12. 10-11 sceleratoris] *L corr. ex* sceleratores.
13. 2 asseclam] *L corr. ex* asseculam.

3 cium, unde se credebat pervenire ad Christi thalamum; et armata divini regis titulo, quasi bonus alleta monumachiam appetens, constanter processit in foro: Quid, inquiens, crudelissime princi-
6 pum, tibi prodeest mei corporis abscidere organum, dum animi invisibile plectrum non deest resonare Christum? Adauge, infelix, adauge: ut et michi potiora brabia cumules, et tibi sempiterna
9 tormenta in futuro prępares. Nam me feliciorem gaudeo persistere, dum maioribus pęnis videor inservire. Cuius affamina non diu patiens pręses, circumseptam lictoribus una cum beato Vulfurane
12 addicitur cruciatibus: et sententia in utrisque sevius perpetrata, martyrio indepto, cęli appetere patriam.

16 Nocte autem venientes fidelissimi christiani, corpora amborum pervigiles rapuerunt, et honorifice sub erę DCCCC°LXVIIII°
3 se|pelierunt: Argentea vero cenobio baselice Sanctorum | [266b Trium, presente ępiscopo cum omni clero, sollemniter recondentes: Vulfuranem autem non inpari modo in alio cimiterio hono-
6 rifice humantes. Quorum namque apud nos hactenus indesinenter cluunt miracula, excludentes plerisque corporibus diversa langorum discrimina: quia licet sint localiter separati, unius tamen
9 creduntur aput Dominum esse beatitudinis meriti.

17 Cui cum Patre et Spiritu Sancto, una et quoequalis est gloria per omnia secula seculorum. Amen.

[LV]

[Syriaci et Paulae]

1 Passio sanctorum martyrum Syriace[a] et Paule, quę passi sunt in civitate Tremeta sub Anolino proconsule; die XIIII kalendas iulias. Deo gratias.

2 <F>acta est temporibus Diocletiani et Maximiani imperatoribus persequutio magna, ut omnes qui christiani | inveniebantur, diver- | [266c sis pęnis interficerentur. Et statim iusserunt proconsules per omnes pro-

---

17. 1 una et] una et et *L*.

[a] Siriace [Siriacus-i, *semper*] *cod.*

vincias dirigere qui poterant iussa eorum implere. Tunc Anolinus proconsul veniens aput Cartaginem, exiit edictum ab eo per omnes in circuitu regionis, ut ubicunque invenirentur credentes Christo, vinctos aput Cartaginem perducerent, et dona ab eo reciperent. Si qua vero civitas aut possessio reperiebatur eos celare, aut non de eis relationem dare, ignem copiosum inponi iusserat, et sic[b] ipsam civitatem aut possessionem incendio concremaret.

3 Subito hęc opinio peragravit omnes provincias. Quod cum audissent omnes populi, facti sunt velut mortui. Tunc cives Urcitani dixerunt ad sanctum Syriacum et sororem eius Paulam: Nescitis quid Anolinus proconsul sententia proposuerit? Sancti dixerunt: Si aliquid bonum est quod proposuit, tenebimus; nam si aliquid contra animas nostras fuerit, respuemus. Illi vero omnia, que dicta sunt, intimaverunt. Sanctus Syriacus dixit: | Et nos quidem parati sumus pro Christo mori, quam quod | [266d in hoc seculo spem habere vivendi. Pro qua re scire debemus quia non dereliquimus Deum, qui fecit cęlum et terra, et <non> colimus idola muta et surda, manu hominum facta. Inutilis est hęc ratio.

4 Tunc quidem nomine Silvanus, in omnibus pestilentiosus de paganis, nam non de christianis natus, una cum aliis sibi similibus adprehenderunt sanctos martyres, et in manicis ferreis eos incluserunt, et conspectu proconsulis obtulerunt, dicentes: Domine proconsul, preceptum, quod tibi iusserunt piissimi imperatores, adimplevimus. Deos autem, quos colunt, et nos ipsi adoramus, nec aliquis illis similis invenitur, quia vere magni sunt; sed ideo nobis malum esse videtur, quia non omnes eis obediunt. Anolinus proconsul dixit: Et quis est qui audeat contra preceptum dominorum nostrorum ambulare? Per deos magnos iuro quia quem invenero aliquem preter Iovem et Iunonem et Minervam, quibus omnes imperatores subditi sunt, adorare, diversis pęnis eos interficiam. Silvanus dixit: Ecce invenimus in civitate Urcitana | homines duos, qui se confitentes christianos | [267a esse, et deos dicunt mendaces, et nulli omnium propitiari possunt. Anolinus proconsul dixit: Introducantur in conspectu meo et videam quibus multa preparem tormenta.

5 Introducti sunt in conspectu eius, sedenti eo pro tribunali. Quibus sic ait: Numquid meliores estis vos imperatoribus, vel omnibus hominibus, illis consentientibus, aut non audistis quę in omni imperio suo constituere dignati sunt, ut videamini vos soli esse rebelles deorum et contumaces? Sancti martyres dixerunt: Audivimus quidem, et inrisimus talem preceptionem vel stultam iussionem, quę sic caducis mentis non tenerentur, nec ad simulacra demoniorum inclinarentur ipsi, quos maximos dicitis imperatores, cognoscerent Deum verum, qui est in cęlo, et non persequerent credentes in eo. Ipsi nichil omnino videre possunt, dum cor eorum est obcecatum. Cur nobis Dei servos inpediunt, a quibus Deus quęritur et timetur? Anolinus proconsul dixit: Ergo dicitis deos nichil esse in omnibus,

---

[b] sic *corr. ex* sicut.

qui nobis videntur | bona prestare, aut non videtis quoniam iam | [267b omnes illi crediderunt?

6 Sanctus Syriacus dixit: Digne adimpletum est in vobis et in eis quod Dominus noster Iesus Christus in Evangelium loquutus est, dicens: Cecus autem, si ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt. Quia vos estis ceci, qui illis ducatum malum videmini preponere. Nam Dominus noster tales querit, qui adorent eum in spiritu et veritate. Anolinus proconsul dixit: Quare tam perfidi estis ut imperatoribus et diis non obediatis, et super omnia bona sua constituere? Nolite vobis impedire. Sancti martyres dixerunt: Nos perfidi non sumus, sed Deum verum colimus. Nobis aurum et argentum et divitias non necesse habetur, quia iam omnia reliquimus.

7 Anolimus proconsul dixit: non verbis tantumodo vobiscum decrevi sed et plagis; aut cogitate vobiscum quomodo sacrificia offeratis, aut preparate corpora vestra ad diversa supplicia. Sancti martyres dixerunt: Si enim tu nobis preparas tormenta, tibi autem quantam preparat Dominus noster Iesus Christus, qui cognoscit omnium corda? Anolinus proconsul dixit: Et quid | michi facere Deus vester potest, cum ipse a iudeis | [267c liberare non potuit? Sanctus Syriacus dixit: Audi me, nequissime tyranne. Ideo de celo ad terram descendit, et per uterum virginis transivit, ut nos salvaret. Ipse qui fuit, et est, cuius regnum finem non habet, ipse pro nobis pati voluit, ipse in omnibus se humiliavit, ipse est quia ab inferis surrexit; nam si hec omnia non sustineret, nullus ad hec sententia perveniret. Pro qua re utile est, adimple ergo quod facis, impie diabole, nam Christi servos non potes ad demoniorum inclinare culturam. Tibi enim et ministris tuis et iudeis, de quibus dicis, paratus est ignis eternus, quod carere non poteritis in eternum.

8 Tunc Anolinus proconsul, iracundia motus, iussit corpora eorum nervis cedi, et in ima carceris includere, dicens: Adhuc cogitabo de vobis quid pati debeatis. Quod cum factum fuisset, milites, qui eos cedebant, statim brachia amiserunt, et proconsuli nuntiaverunt, dicentes quia: Ced[en]tibus nobis eos, obstipuerunt | brachia nostra quasi num- | [267d quam fuerint sana. Tunc proconsul dixit: Maleficiorum artibus hoc facere potuerunt, sed ego ab eis elongabo Christum, quem dicunt Deum esse. Cumque sancti inclusi fuissent in carcere, sanctus Syriacus dixit ad beatam Paulam: Ecce fides. O quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Ecce quomodo inquoavimus martyrium. Pro qua re unanimes esse debemus, et cor unum. Nullus ex nobis respiciat retrorsum post diabolum, quia iste dixit preparare supplicia. Habemus enim qui nos eripiat de manibus eius. Dominus Iesus Christus. Fortiter co<n>firmemus corda nostra et corpora ad diversa supplicia sustinenda. Exemplum enim nobis alii martyres reliquerunt, qui iam pro Christo passi sunt, et ab impiis liberati sunt. Daniel, qui diligebat Dominum, liberatus est de ore leonis; Ananias, Azarias et Misael erepti sunt de camino; Tecla virgo sancta salvata est ab omnibus feris in anfitheatro. Nam et alii plures salvati sunt a Domino

Iesu Christo, | quos ipse scit, qui in eis tanta mirabilia fecit. | [268a

9 Audiens hęc verba beata Paula, confortata est in Domino, quia cito nobis miserebitur. Et dicens hęc, prostraverunt se ad orationem cum lacrimis et dixerunt: Exaudi, Domine, orationem servorum tuorum, et ne despicias querentes te in tribulatione. Esto nobis in auxilium in consilio inimicorum. Memor esto, Domine, quia a die qua unumquemque nostrum in hoc seculo fudit uterus, usque in hac die in tuo nomine speravimus et speramus. Et cum communem orationem implerent, prę multitudinem tribulationem et lassitudinem corporum sopor adiit eos, et requieverunt.

10 Et subito media nocte commota sunt fundamenta carceris, et ubi tenebrę fuerant, facta lux in eodem loco. Ecce iuvenis stetit in medio carceris statura excelsus, auream zonam habens circa lumbos, et coronam ex lapidibus prętiosis portans in capite, cuius aspectu nullus valebat aspicere. Et angeli a dextris et sinistris | adstabant ei, talemque digna- | [268b tus est responsum eis dedisse, dicens: Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, vos, qui speratis in Domino, ego enim sum Christus propter quem hęc patimini; potens sum liberare vos de manibus inimici. Et subito visio ablata est ab eis. Sancti vero martyres laudes Domino referebant, dicentes: Agimus tibi gratias, Domine Iesu Christe, qui servos tuos visitare dignatus es, et non dereliquisti nos in tribulatione.

11 Alia autem die iussit proconsul ut eicerentur de carcere, et ante eum sisterentur. Quod cum factum fuisset, invicem suis orationibus commendabant. Tunc quidam ex officio exclamavit: Introducantur. Et introducta est sancta Paula virgo annorum fere XVIII°. Tunc proconsul dixit ad eam: Si tu ita esse profiteris, non multum loquar tecum. Sancta Paula respondit: Unus est michi responsus: quia et quem colo unus est Deus. Tunc Anolinus proconsul vocans ad se virginem Dei, et dixit ad eam: Misereor tuę infantię, quem nunc video in hac perversa mente insistere. Pro qua re consenti | michi et dabo tibi sponsum divitem. Sancta | [268c Paula respondit: Iam sponsum habeo Dominum Iesum Christum, qui pauperes fecit et divites. Similem non invenio, qui castitatem diligit, non eum relinco, quia iam inventa sum ab eo. Et respiciens in eam omnis turba populi adque proconsul, videbant vultum eius sicut vultum angeli Dei. Tunc iussit proconsul ad officium: Graticulas ferreas inquirite, et sub eis ignem subponite, et virgis cesos desuper sternite, et plumbum liquefactum super dorsa eorum infundite.

12 Quod cum factum fuisset, ebulliens plumbum insilivit in ministros, et conflavit eos usque ad ossa eorum. Sancti vero martyres nullatenus sentiebant, sed magis confortabantur in Domino. Quod cum vidisset omnis populus, exclamavit, dicens: Magnus est Deus christianorum. Et iussit proconsul eos capite deorsum suspendi, et fumum densissimum sub naribus eorum poni. Beata autem Paula cum suo fratre Syriaco nullo modo sentiebant, sed magis confortabantur in Domino. Tunc Anolinus proconsul, videns se[ipsum] confusum in omnibus, | et a sanctis martyribus | [268d victum, et quia non potuit eos ad simulacra demoniorum inclinare, sed

videns eos ad omnia tormenta esse paratos, vocans ad se Silvanum, dixit: Ecce ministri decem, ambulent tecum, et isti, qui sacrificare diis noluerunt, lapidibus interficiantur. Necesse est ut eorum <ex>emplo omnis ista provincia corrigantur, sic tamen ut per omnes civitates et possessiones ubicumque transieritis, pręco ante eos transeat, dicens: Hęc merentur qui contumaces esse videntur, et sacrificare deos noluerunt.

13 Illi autem exeuntes a conspectu proconsulis, fecerunt sicut fuerat eis pręceptum. Et cum per totam viam tanta eis tormenta dedissent, in civitate Tremeta eos perduxerunt. Quod cum vidissent eos ministri iam simul defectos et semivivos, iusserunt eos in custodia detineri usque ad alium diem, ut nullum hominem eis daret non cibum ad manducandum, non aquam ad bibendum. Tunc beatissimi martyres dixerunt: Quis possit hoc cibum aut potum | <. . . . . .> quia defecti sumus, tamen meliorem | [269a habemus Dominum Iesum Christum, qui animas esurientes reficiet. Alia autem die, ministri cogitaverunt ut eos illic interficerentur. Ducti itaque sunt martyres ad locum, quem statuerunt, iuxta duas arbores palmarum, et statim, genua ponentes, prostraverunt se ad orationem, dicentes: Domine Iesu, accipe animas nostras ad te.

14 Et lapidaverunt eos a maximo usque ad minimo. Et cum congregatio fuisset facta super eos lapidum, continuo animas sanctas Christo reddiderunt. Et iussit Silvanus ut recepti essent de medium lapidum, dicens: Ne forte veniant christiani, et tollant corpora eorum, efferte ignem et fasces lignarum, et incendite eos, et cinis eorum in mare proiciatur. Cumque congregarentur multitudine lignarum, inpositus est ignis. Ministri vero, qui cum Silvano directi fuerant, tollentes corpora sanctorum, ut in igne iactarent, statim exilivit flamma | in eis, et consummati sunt quasi | [269b numquam fuissent. Quod cum audisset Silvanus, iracundia motus est, tulit corpora beatissimorum martyrum, et in medio ignis iactavit, dicens: Nunc videbo, si Deus eorum liberabit eos de hac flamma. Et statim coruscationes, et tonitrua facta sunt, et pluvia ingens descendit de cęlo, et extinctus est ignis, et visa sunt corpora sanctorum, quia ignis non est dominatus eis. Tunc simul omnes populi gratias Domino reddiderunt.

15 Cuius est honor et gloria, virtus et potestas <in secula> seculorum. <Amen.>

[e] Ave Maria, gracia plena
Dominus tecum; benedi-
cta sanctitate *(?)* plena pietate
et omni dulcedine.

---

[e] *litteris gothicis (s. XIV) in ultimis foliis.*

INDICES

I. LISTA DE LAS PALABRAS CON GLOSA AL MARGEN

A

abdicatis = alienatis 106*a*.
abditis, in = in absconsis 31*b*.
abditissimis = absconsis 42*a*.
abditorum = absconditum 260*b*.
abigeret = reppelleret 137*d*.
abnuimur = denegamus 124*d*.
abominationes = damnationes 4*d*.
absentare = deponere 120*c*.
abtari = prestari 43*d*.
abuti = perfrui 57*d*.
accersitam = advocatam 65*a*.
acrioris = acutissimi 52*c*.
acrius = *illeg.* 111*b*.
adcomodo = paro vel consentio 144*d*.
adepta = consequuta 45*b*.
adfines = parentes vel proximos 191*c*.
adgrediens = adprehendens 43*b*.
adhibent = tenent 14*c*; *adhibeam* = adunate 53*a*; *adhiberet* = adunaret 40*a*; *adhibete* = adunate 53*a*.
adipiscere = consequi 118*b*.
adire = turgere 58*b*.
adleta = luctator 145*a*.
adminiculum = adiuctorium 62*d*; *adminiculo* = auxilium 235*c*.
adoleverat = creberat 17*d*.
adtentare = pertentare 7*c*.
adtennat = delidit 232*c*.
adtonitus = miratus 147*d*, sopifactus vel territus 136*b*.
advectent = adportent 63*a*.
adverte = intellege 8*a*; *adverteret* = intelligere 134*b*.
affatus = loquutus 42*c*.
afficiamini = affligamini 3*d*.
affluit = habundat 120*a*.
agelli = sedis 130*c*.
agentibus = facientibus 202*b*.
aggeres = congregatio<nes> 144*b*.
agiliavum = *illeg.* 81*b*.
agitare = verberare 8*c*; *agitatus* = fatigatus 10*b*.
agonizor = pugno 148*b*; *agonizare* = pugnare 95*c*.
alacres = gaudentes 113*b*.
alantes = nutrientes 107*c*.
alebat = nutriebat 69*b*.
alias = aliter 154*a*.
altrinsecus = dehinc vel vicisim 158*a*.
alummum = *illeg.* 234*c*.
alveum = sinum 144*b*.
ambigit = duvitat 91*a*.
ambiguitatis = dubietatis.
ambiguum = duvitosum 204*d*.
amens = stolidus vel sine mente 241*c*; *amensque* = turbatus, sine mens 26*d*.
amentia = stultitia 140*b*; *amentiam* = sine mente 33*d*.
amictas = vestitas 87*b*.
anabolagium = pallium 80*d*.
ancilia = arma 171*c*.
ancora = plumbatum 29*c*.
anfitheatrum = locus est ubi pugnant gladiatores. Anfiteatrum dictum quia ex duobus teatris sit factum rotundum 60*c*; locum rotundum ludentibus clusum (?) 80*a*; desuper vide et intellege 80*b*; locus rotundus ubi contra vestiis gladiatores pugnant 101*a*; *anfitheatri* = locus gladiatorum cum... 132*b*; cortine 156*a*.
anguis = serpens 157*c*.
anhelum = fatigati 135*b*.
animadversio = sententia 117*c*.
animam ETC. [EFFATUM] = Leucius dicit 68*d*.
animate = firmate (?) 37*a*.

Nota: Las palabras-madre (en cursiva) son las mismas que en el texto se han señalado con un asterisco. Las glosas (todo lo que sigue al signo =) han sido trascritas respetando la grafía original del manuscrito; sólo hemos regularizado u-v. Hemos resuelto todas las abreviaturas. La puntuación es enteramente nuestra. Para facilitar la labor tipográfica hemos prescindido totalmente de señalar las *e* caudadas (ę). El número y la letra que siguen a las glosas son el número del folio y la columna del manuscrito en que aquéllas se encuentran.

animavit = firmavit 16*b*; *animetur* = firmetur 136*d*.
animosc = fortitudine 19*d*.
animositati = presumtioni 134*c*; *animositate* = presumtione 44*a*.
Antiocia = proprium nomen est civitatis ipsius 87*c*.
aperitur = ostenditur 115*d*.
apodixen = maleficia 129*b*.
Apollinis = Appollo gentiles inter deos nominabant 140*c*.
apostata = Deo mentito, transgresor a fide 113*a*.
apparente = vidente 125 *b*.
apparitorum = ministrorum 58*d*.
apparitoribus = ministris 19*a*; obedientes 22*b*; obedientibus 135*a*.
architectus = magister turris (?) 151*b*.
ardua = exelsa 17*c*.
arguas = increpes 68*d*.
argumentum = strumentum vel arquivos (?) 239*d*; *argumentis* = indiciis 53*d*.
argumentosa = studiosa 14*a*.
armarianorum = *illeg.* 213*a*.
armentario = loco armamento 146*c*.
arrhabonis = muneris vel pinguus 172*c*.
articulum = initium 69*a*.
artifex = operator 133*d*.
artiores = constrictiores 147*b*.
artus = membris 133*d*.
aruspices = sacerdotes idolorum 56*a*; *aurispices* = qui aves inspiciunt et horas et dies custodiunt 129*c*.
Asclippium = idolum 148*a*.
assessor = consiliarius 21*a*; maiorinum 88*b*; *assessorem* = maiorinum 87*d*.
assidua = quotidiana vel adunata 57*c*.
astule = astelle 20*d*.
atroces = crudeles 109*a*; *atrocibus* = acrioribus 15*d*.
atrocitatis = crudelitatis 44*b*; *atrocitate* = crudelitate 47*b*.
aucta = commulata vel superposita 115*c*.
augustalis = maior 132*b*.
augustum = magnificum 146*d*.
auspitia = initia 260*b*.
austeritate = amaritudine, severitas 103*d*.
auxisset = obsorbuisset 248*c*.
Ave = salutatio 145*b*.
avidiori = insatiabili 138*b*.
aviditas = cupiditas 71*d*.

B

Babilone et Migdonio = nomina iratrum propria 132*c*.
baccharis = insanis 10*b*; irasceris 90*b*; *bacchabatur* = discurrebatur 202*d*; *bacchantis* = saniendis 137*b*; *bacchatu* = discursum 84*d*.
balteo = gladio 110*b*.
barbarico = violatore 59*d*.
barbarus = ferocissimus 58*d*.
barcam = nabem 155*a*.
basterna = veiculum astratum mollissimum itineris a duobus animalibus deportatum 55*d*.
belua = vestia marina vel terrena sed in hoc loco terrena, id est serpens 252*c*; *beluarum* = bestiarum in mare 154*d*.
bibleis = dublicibus vel bibentes 24*d*.
biothenate = bis mortuus 11*a*.
bitumen = ...est ignis 94*c*.
blasphemare = id est traere vel dinostare (?) 145*b*; *blasphemantur* = negantur 98*d*.
boiarum = catenarum 141*b*.
Boreas = Boreas ventus Circius quod dat nomen vulgo 103*c*.
brabium = victoriam 6*b*.

C

calamitas = infirmitas 250*d*; *calamitatem* = infirmitatem 31*d*; infirmitatem 128*a*.
Calcedona = provincia est vel terra... Siria et... 237*d*.
calcem = calem vasum 45*c*; *calcem, in* = in finem 24*c*.
calculi = mortiferi 48*c*.
callidus = malitiosus, fraudulentus 250*d*.
callos = torondos 66*c*.
calumniam = falsitate 23*c*.
camo = vo...o 47*a*.
capillacio vinculo = cinculum capillis 50*a*.
Capitolium = caput simulacrum 35*d*; idolum 36*a*; summi caput regionis ubi locum orationis erat 115*c*.
capitulini = servientes Capitolium 146*b*.
cardiaco = medicamento 80*d*.
carinam = nubem 139*d*.
carnifex = interfector 4*d*; *carnificibus* = *illeg.* 21*a*; martiriatoribus 47*a*.
carpentarium = carrarium 216*a*.

casso labore = fatigato vel declinato 127*d*.
casum = periculum 201*b*.
catasta = scalem vel eculeo 164*b*.
catasticos = damnatos 119*c*.
catervatimque = grondos adunatim [*sic*] 153*a*.
catezizavit = docuit, imbuit 117*c*.
catomis = flagellis 209*b*; *catomis, in* = in ligno extenso 9*b*.
causeris = queirelles (?) 82*b*.
cauteriabat = signabat... per signos cuius sit 103*b*.
cedere = *illeg.* 111*b*; obedire 111*c*; *cedas* = dimittas 61*b*.
cedis = percussionis 45*a*.
celeumantes = navigantes 179*b*.
censura = districto (?) 40*a*.
census = facultates 69*d*.
centro, in = medio celi 119*c*.
cepte = inicia 259*a*.
cerimoniant = observat 175*d*.
cerimonias = obserbationibus 25*b*.
certamen = agonum conflatum conte... 118*d*.
certare = contendere 213*b*.
cessere = dere... 135*a*; *cessit* = desinit 178*c*; cessurum 142*d*; *cessuros* = obedituros 142*b*.
ceterum = nam vel quomodo 204*b*.
chaos = obscurum vel... rasio 71*a*; *chahos* = prima elementorum confusio vel inferni inferiora 111*d*.
Charibdis = gurgis in mare qui nabes obsorbent 111*d*.
chiragrico = visitato manibus et pedibus 114*b*.
cirograba = scriptura 120*d*.
circi = circumdati foro 95*c*.
circiter = circa vel propre aut minus 87*b*.
circumlita = huncta 261*b*.
circumventio = *illeg.* 42*c*.
citerior = qui extra est 170*d*.
clades = ruinas 124*b*.
clangor = vox tube... tuba 170*d*.
clemacterica = natura rei incerta 110*c*.
clientibus = amicus vel domesticus 115*d*.
clippeum = scutum 111*b*.
cloaca = loca ubi stercora humana cadet 116*a*; *cloacam* = locum sordidum et fetidum; fobeam vel cobam ubi stercora humana cadet 126*b*.
cocistrio = cognomen est, id est supernomen 11*d*.
coerceri = corripi 130*c*.
colobio = vestimento sine manicis 11*d*; tunica 198*b*.
colubraverat = saltaverat 153*d*.
comenta = fallacia vel figura 35*d*; mendatia composita 126*a*.
comentariensis = disputator vel ordinator 193*d*; *comentariensem* = qui scribit analues (*sic*), notariensem 112*b*.
comentariis = sollicitis ministris 117*b*.
comentetur = cogitatur aliquo mendacio 137*b*.
comertia = beneficia 138*d*.
comitantibus = sequentibus 140*b*.
concavis = fossas 153*c*.
conclavi = loco clauso 113*a*.
concursus = *illeg.* 48*b*; concentrata 65*c*.
conditus = formatus 149*a*.
condolomatum = dolorum 117*c*.
confecta = fatigata 182*b*.
conferre = adducere 53*a*.
confinio = proximo 130*c*.
conflavit = urit 147*d*; *conflemus* = aduvemus 118*c*; *conflans* = exardens 152*c*; *conflati* = funditi 89*c*; *conflati sunt* = comburati sunt vel liquefacti 128*b*; *conflatos* = fusiles 46*b*.
confossus = vulneratus vel tribullatus 147*a*.
congerie = plecature 138*d*.
congerite = colligite 136*c*; congregate 151*b*.
congesta = portata 260*d*.
congressi = ingressi 43*b*.
congruum = aptum vel amabilem 90*a*.
coniceo = extimo 154*a*.
coniecturam = argumentum, conpago 171*a*.
coniuratione = constitutione 19*a*.
conmilito = socio 132*b*.
conpages = *illeg.* 260*b*.
compatior = misereor 194*d*.
conpendio = auxilio 154*a*; *conpendiis* = lucris 43*b*, solaciis 235*a*.
conpendiosum = congruum vel lucrum 24*a*.
conplectar = coniungar 52*d*.
conpulsa = stricti 223*b*.
conpuncti = *illeg.* 47*c*.
conscii = cellucii (?) 19*a*.
consertos = coniunctos 155*b*.
consistorium = locum altum vel rupe alta 61*b*, rupis altum 193*d*.
constantia = perseverantia 128*b*; *cons-*

tantiam = perseverantiam 45*c*.
constat = manifestat 98*d*, manifestat 116*d*; *constantem* = perseverantem 24*a*.
constipatur = cooperitur 150*d*; *constipetur* = repleatur 138*a*.
consulem = consilium 259*d*; *consules* = consiliatores 110*a*; *consulibus* = comitibus 30*b*.
consulo = perquiro 124*b*; *consuleas* = consiliares 124*b*.
consulto = interrogato 69*b*.
consultum = consideratum 23*d*, previsum vel interrogatum 89*d*, consilium 128*a*, <int>errogatorum 251*b*.
consultus = consideranter 124*b*.
conterrita = fremi dentium (?) 134*b*.
contingat = conta... 192*b*.
contra, e = alia parte 111*c*.
contradicere = contendere 189*d*, contemnere fortius 189*d*.
contubernii = servitii 55*d*; *contubernium* = *illeg.* 261*c*; *contubernio*, *in* = in risione 128*a*.
contundite = frangite 189*c*.
conum galee = sumitas galee 171*b*.
convectant = conportant 12*b*.
conventicula = conciliacula 42*a*.
conviciis = contemtionibus 44*b*.
cornicularius = qui augurat 22*b*; *corniculario* = bucinator 87*d*.
corpoream thecam = membrum 101*c*.
coruscavit = refulsit 35*c*.
crassantur = satiantur 260*d*; *crassabatur* = crescebatur 227*b*; *crassati* = vastatores 137*c*.
craticule succendunturur = vas aque calefiunt 174*c*.
crebra = spessa 35*c*.
croceus = erba rubicundia 97*c*; *croceis* = rubeis 107*c*.
crypte = sepulture 125*c*.
cunabulis = infanciis 16*d*, rudimentis vel infantia 129*b*.
curriculum = cursum 236*d*.
cyclade = vestimento 127*a*; *cycladibus* = vestimentis 87*b*, vestibus 130*c*.
cyclopem = evomentem 124*b*.
cygneo = amarello (?) vel caneo 105*c*.

D

debacchare = cesare (?) 134*d*; *debacchabor* = irascar 99*c*.
decalvata = nuda 46*d*.
deceptrix = suasor 58*b*.
decolor = dessit color 137*d*.
decreta = definita 61*b*.
dedecoras = pessimas 101*b*.
defecandos = abluendos 121*d*.
deflectant = deviant 107*b*.
degener in moribus = inonesta 83*a*.
degenerem = de genere obtimum 109*a*, *degeneres* = deserentes 19*a*.
degere = vivere 88*d*; degentes = egenos 97*a*.
delicatus = deliciosus 195*a*; *delicatum* = religiosum 45*a*.
delubris, a = a tepliis 36*a*.
demens = turbatus, sine mens 30*b*, sine mente 251*b*; *dementem* = sine mentem 24*a*.
denique = dehinc 116*c*.
deputa = extima 151*d*.
desertorum = derelictorum 155*c*.
desideat = descendat 141*b*.
desidia = nedegentia [*sic*] vel pigritia 144*b*.
desipisco = desipitur, infatuatur [*altera manus*] 11*a*.
destino = definio 260*a*.
destituit = cessavit 170*d*; *destituta* = *illeg.* 172*c*.
detegerent = notum facerent 202*c*; *detectam* = coopertam 37*c*; *detegi* = prodiri 35*d*.
detergens = conterens 144*c*.
dextra = ornamenta 153*d*.
dextrocirio = ornamento bracialis 127*a*.
diametro = mensura diei 119*c*.
dicebant = increpant 28*a*.
dicione = potestate, lex, arbitrio 135*a*, potestate vel lege 147*a*.
didicimus = divulgamus, scimus 37*b*.
differo = tardo 128*a*; *differret* = disp(er)eraset 48*d*.
diffido, non = non dispero 9*d*; *diffides* = non credes 146*c*; *diffidens* = non credens vel desperans 235*b*.
digerit = origin... 68*d*.
digestis = monitis 82*b*.
diligavit = elegit 28*d*.
dimidii temporis spatium (...*quo seminasti triticum*) = sex mensibus 86*a*.
dirivetur = dirivetur 65*b*.
discere = scire 39*b*.
discerpi = descarnari 136*d*.
discindat = dividat 151*b*.
discretos = divisos 35*b*.
discutiendi = perquirendi 112*b*.
disseruisset = aperuisset 232*c*.

dissicere = dispergere 47*b*.
dissiliunt = diverse saliunt 136*b*; *dissiliens* = adspargens 150*a*.
dissipate = destruite 134*d*.
distat = interest vel dissimilis est 118*a*.
ditissimos = divites 69*c*.
diu = diutius 61*b*.
diuturna = longum tempus 28*d*.
divalium = deorum 144*b*.
divaricate = aperite 136*d*, *aperite*... (?) 145*c*; *divaricatas* = apertas 135*d*.
divortio = separatio 135*d*; *divortia* = separatio vel periculum 106*c*.
documentum = manifestum 141*a*; *documentis* = exemplis 25*b*.
domicilia = habitacula 85*a*.

E

ebullisse = manasse 126*a*.
eculeo = similis cruce sed tamen non cruce, id est unum lignum 7*c*; *eculeo* = genus tormenti in quo stans homo extenditur in ligno 47*a*; *eculeos* = cruces 59*c*.
educitas = voracitas vel comestiones 108*b*.
edictum = puplicatum 30*c*.
edito, in = in alto 66*d*.
efemeris = rationes 119*b*.
effigies = compositiones 42*a*; similitudines 124*d*, figuras 202*c*.
egregia = grande 248*b*.
egrimonia = infirmitates 70*a*.
elementa = natura, genus, celum, terra, ver, sol, ignis 115*d*.
eletrina = ex auro et argento mixta 90*c*.
eletro = ex auro et argento 99*b*.
eligans = *illeg.* 52*c*.
eligantia = pulcritudine 57*c*; *eligantiam* = iocundantiam 107*c*.
eligantior = *illeg.* 52*c*.
Elio et Troade, in = in locis et provincias 186*b*.
emicuit = refulsit 84*a*.
eminus = longius 55*d*.
emulatio = imitatio 61*a*; *emulatione, ex* = ex invidia 206*b*.
en = ecce 36*b*.
eneum concavum = cubatum vel calderam 147*b*.
eneos = eramineos 146*b*.
enitendum = contendendum 62*d*.
enitentius = clarius 4*a*.
enixum = generatum 50*b*.
epipatas = *illeg.* 155*a*.
equidem = equi quidem 171*c*.
equora = maria 155*b*.
ergastula = vincula, metalla 112*a*, carceres vel ligamenta 81*d*; *ergastulis, in* = in ligamentis 28*d*.
eronis = saccum 154*d*; *eronem* = saccum 155*a*; *erone* = saccum ad instar culleum 179*d*.
ethnicis = gentilis 132*a*; *ethnicorum* = gentilium 258*d*.
evadere = fugere 40*b*.
evidentissimis = manifestissimis 25*b*.
ex = *illeg.* 136*a*.
exacerbatus = irascatus 45*c*.
exagitat = movetur 57*c*.
excedat = recedat 146*d*.
excellentissime = eminenter, precellentissime 105*d*.
exceptoris = insidiatoris 234*d*.
excluderet = expelleret 38*d*.
excubias = vigilias 87*c*; *excubies* = ...pliis 261*c*.
exculpere = eicere vel extorquere seu celare 59*a*.
execramus = damnamus 24*a*; *execranda* = malitiosa 42*a*; *execrando, non* = non maledi<cendo> 25*b*; *execratur* = detestatur 68*b*.
exegit = expellit 137*d*.
exentus = trasactus, explicitus 158*b*.
exequie = servitia 49*b*; *exequias* = sepulturas 72*a*.
exercuit = egit 69*a*.
exhalaret = effunderet 177*b*.
exhibeas = servias 61*b*; *exhibeatur* = adducatur 178*b*.
exigimus = compellimus vel cogimus 134*c*; *exigam* = petam 30*a*; *exigitur* = evocatur 177*d*.
exitium = magnificum, mortiferum, funestum 112*c*, periculum vel monte 260*a*; *exitia* = pestifera 134*d*.
exiliari = exterminari 69*b*.
eximia = magna 43*d*.
exorbitantes = girantes 49*a*.
expectaculum = miraculum 47*d*, miraculum 69*c*.
expediam = absolbam vel proferam 60*a*; *expedita* = explicita 139*a*.
experiri = temtare vel probare 136*a*.
expertem = ignotum vel sollicitum 109*a*.
expoliantes = ran... ones 45*c*.
expositum = iactatum 137*d*.

exprimere = demonstrare 45*a*; *exprimantur* = demonstrentur 62*d*.
exsiliatum = exp... truncatum (?) 147*c*.
exsilio = damnatione 236*b*.
extinguetur = consumitur vel voratur 100*c*.
extorquet = extollet 108*c*.
extorserat = expulit (?) 36*d*.
exuberat = superhabundat 105*d*.

F

fabrili = ferrarii 151*b*.
facibus = luminaribus 152*d*.
facultas = opes vel abundantia aut potestas 82*b*.
facundiam = eloquentiam 56*b*.
familia = genere 81*c*.
familiarior = amicitior 134*d*.
famulatur = servies 83*d*.
famulatum = servitium 20*c*.
fanorum = figurarum 41*d*.
fas = licitum 157*a*.
fascibus = ...ibus 44*c*, honoribus obtimis 60*d*.
fateor = manifesto 47*b*.
fatue = stolidus, id est sine sensu 249*b*.
fauctor = laudator 52*b*; *fauctore* = teste 144*d*, consolatore vel teste 156*d*.
favore = laude 64*b*.
fecundor = desideror 176*a*; *fecundatur* = fructificatur 87*a*.
fefellit = decipit vel mentit 106*c*.
femoris = castitatis 47*b*.
fenerandi = donandi 191*b*.
fenerator = qui pecuniam dat mutuo et qui accipit, lucrator 108*b*; *feneratore* = lucratore, vel qui dat mutuo aut accipit 105*d*.
fenix = fenix Arabie avis dicta... ... ...vel in toto orbe singularis et unica 21*b*.
ferali = fiera 3*c*; *ferales* = mortiferales 153*b*.
fert, non = non portat 28*b*; *fertur* = dicitur 97*c*.
festa = sollemnia 56*a*.
fictiles = luteas 15*b*.
fidens = fiducians 45*a*. credens vel presumens 216*c*.
finctam, non = veridicam, non compositam 10*c*. non falsam 84*c*.
fiscalia = tributa 72*a*.
fiscinule = vasa 138*a*.
fistula = *illeg*. 48*c*.
flagitare = petire vel querere 65*a*.
flagrant = ardent 136*d*.
flagris = flagellis, incendiis 150*d*, flagellis 158*b*.
floscida = florita 107*c*.
fomentum = nutrimentum 58*b*, nutrimentum 62*d*.
fores = ianuas 46*d*.
fornicea = bobata 157*d*.
forum = locum concilii 22*c*, locum concilii 44*b*, *illeg*. 149*c*; *foro* = quod vulgo dicitur mercato 88*b*.
fossorum = cabatorium 153*c*.
fovebat = reficiebat vel nutriebat 121*c*; *fovebatur* = inveniebatur 62*c*.
frustra = sine causa 24*b*.
frutex = fructus (?) 92*c*.
fulgebat = lucebat 128*c*.
fulgorem = splendorem 44*a*.
fullo = mundantis 67*b*.
fundi = agri 49*a*.
funebrem = plantum 137*d*.
funeri = transitu 96*b*.
funesta = sceleratum 249 *b*; *funestis* = crudelis 260*c*.
fungor = solbor 145*c*.
fungeretur = ageretur 6*b*, probaretur 234*d*, persequeretur 259*c*.
furcifer = qui cogit ad ignominia 59*b*, furcifer dicebatur olim qui ob lebe delictum cogebatur ad carnis igne assari (?) quam supplicium usum... 150*c*; *furciferi* = ignominiosi 230*b*.
furens = insaniens 11*d*.
furia = ira 157*b*.
furibunda = *illeg*. 16*a*.
furientis = indignantis 260*c*.
furtim = occulte 48*a*.
furtuitu = statim 43*c*.

G

garrire = ioculare 148*a*.
gastrum = vas aque 150*d*.
geminatam = dupplicatam 35*b*.
geneceo = ubi mulieris laneficia faciunt 11*d*.
genuina = initia naturarum 108*a*.
gemine suboles = dascentia martitirale [*sic*] 115*d*.
gesta = *illeg*. 81*b*; *gestis* = scriptis.
getulis = paganis 172*c*.
glomeri... conserite, in modum = coniectum interponite 154*d*.

grabato = *illeg.* 197*c*.
gradatim = per ordinem 41*d*.
gramina = arida 107*c*.
gratissimum = letissimum 47*d*, iocundissimum 238*c*; *gratissime* = letissime 57*d*.
gravitate = firmitate 52*b*.
gymnasia = scola sunt locus ubi aliquid docetur 258*d*.

H

hactenus = nunc 171*c*; usque modo 27*c*.
haud = non 137*d* [*altera manus*].
haud procul = non longe 148*c*.
hebes = stupide 252*d*; *hebetes* = insipientes 157*a*.
hiatu = apertum 138*b*.
hippodrimo = miraculo concilionarii 126*a*.
honestas = bonas 19*a*; *honestatem* = verecundiam 45*b*.
<huma>nitas = concordia 43*d*.
hydropicum = aquaticum 114*b*.
hydropis = aquaticus 113*d*.

I

iaciuntur = iactant 136*b*.
iaculantur = saginantur, emituntur 109*b*.
iactantiam, ad = ad superviam 60*a*.
iactare = ...ere 154*a*; *iactas* = glorificas 127*d*; *iactat* = cogit... 53*a*; *iactarat* = gloriarat vel lebarat 141*a*; *iactes* = glorifices 203*a*; *iactet* = *illeg.* 152*b*; *iactaret* = gloriaret 127*c*.
iacturam = damnum 22*d*.
(?) = ietantia (?) 33 *in marg. ext. lin.* 20.
ignara = ignota vel nescia 106*b*, nescia 118*a*; *ignaras* = nescias 111*a*; *ignaris* = ignorans, nescius 85*a*, indoctis 140*b*.
ignavia = ignorantia 3*c*.
ignifero = ignem lebante 85*a*.
ignominiam = infamiam 128 *b*.
illa quam = scilicet 18*a*.
ima = *illeg.* 3*d*.
imanis = grandis 96*c*.
imanitatem = grande 66*b*.
imitabantur = sequebantur 56*c*; *imitans* = sequens 81*d*.
imitabilis = similis 56*b*.
immo = super totum 10*c*, magis 83*a*; *imo* = magis 73*b*.
impetrare = obtinere 207*d*; *impetra* = destina vel roga 21*c*.
inaccessibilem = ...cabilem 186*c*.
inbecilla = infirma 140*d*.
incanduit = indignavit 36*d*.
incassum = supervacuum 36*c*.
incauti = ingnoti [*sic*] 45*b*.
incestum = concubitum scelerosum 124*d*; *incestis* = adulteris 106*c*.
incitamentis = ardoribus 82*b*.
incitat = subruit 18*b*.
incitatis = iratis vel festinantibus 138*b*.
inclinare = humiliare 58*b*.
incola = abitator 43*c*.
inconfuse = indefecte 56*a*.
inconsulta = sine parsimonia, inordinata, indocta 109*c*.
incubuit = appa... vel t... 133*d*.
incurri = cudi 58*c*.
incusatus = increpatus 214*b*.
incuterem = excuterem 113*c*.
indaginem = investigatio vel inquisitio 39*b*; *indagine* = inquisitione 42*c*, investigatio 251*a*.
indigenam = ...orum 234*c*.
induxit = superduxit 105*d*; *inducta* = superducta 43*d*.
ineffanda = non narranda 172*b*.
inermen = sine arma 260*b*.
inertiam = stultitia, id est sine arte 19*c* [*altera manus*].
inextimabilis = infinitus 56*a*.
infamie = sine honore 58*c*.
infausta = ignominiosa 260*d*; *infauste* = malitiose, infelice 59*d*, malitiose 259*c*.
infectum = mixtum 32*d*.
infligunt = infrimunt 63*a*.
infolas = ornamentum 12*a*.
ingrati = sine gratia 57*d*.
ingruebat = inruebat 59*a*.
inhumata = sine sepultura 20*b*, sine sepultura 252*b*.
inire = <in>molare 58*d*.
inlaqueatis = occiditis 194*c*.
incelebris = inlicitis 90*a*.
inlecebrosa = luxuriosa 58*b*.
inlesis = sanis 153*c*.
inlibata = intacta 24*d*, sana 234*d*.
inlicit = inlicita persuadet 18*b* [*altera manus*].
inlexit = seduxit 140*b*.
inlustris = gloriosus 81*c*.

inlustrissimum = gloriosissimum *32a.*
inlustrium = gloriosum *57d.*
inluvie = sordes *139b; inluvie* = sordibus vel morbus (?) *181d.*
inmanitatum = feritatum *261a.*
inmeteret = involveret vel implicaret *87e.*
innocua = sine culpa *94b; innocuas* = innocentes *42b.* sine impedimento .. *250d.*
innuebat = signum faciebat *110b.*
inperitos = indoctos *204d.*
inpenetrabilis = interioris *128b.*
inprimire = roborare *235a; inprimuntur* = imitantur *136b.*
inprobe = inprudenter vel sine prudentia *241c.*
inprobo = inhonesto *124a.*
inproviso = non viso vel subito *108c.* subito viso *144c.*
inpudenter = inconvenienter *58d.* inverecunde *26c,* inverecunde *59c.*
inpuderatus = inverecundus *145d.*
inpudens = inverecundus, id est sine verecundia *129b,* malitiosa *58d.*
inpudentia = inverecundia *40a.*
inpudica = corrupta *119d; inpudicam* =sine verecundia *176a.*
inpudice = inverecunde *6c.*
inpunitas = venia *59c; inpunitatis* = veniam *141e.*
inquit = dixit. dicit, ait *134a;* inquiunt *251d.*
inretire = suadere vel ligare *87c; inretiret* = suaderet vel cuperet *58b; inretirent* = suaderunt vel ligaverunt *115a; inretistis* = suasistis *99a; inretitum* = captum *177b.*
insana = non... *45b.*
insania = non sana *58b.* non sana *105d; insaniam* = infirmitas *115a.*
insanio = amorresco *11a; insanis* = infirmaris *115a.*
insensata = non sentita *44b.*
insignia = mirabilia *106b.*
insignis = preclaris *132c;* insigne = ...nobile *171a.*
insolens = superbus *141a.*
insolenter = iniuriose *26b.*
insontem = innocentem *144c.*
insulsam = non conditum *144d.*
insulto = ...insurgo aut inrideo *86d: insultans* = gaudens *76b.*
instigat = cogit vel incitat *107a.*
instinctu = inmissione *231a.*
instructam = presumta *154a.*
intellectu advertimur = intelligimus *16c.*
intemerata = integra *141a.*
interim = inter tantum *108d,* inter tantum *147a.*
intestino, de = de interiore *153a.*
intimare = indicare *58c; intimabo* = demonstrabo *81c,* insinuabo *193c.*
intrepidi = indubitati *22d.*
intuitum = visum *191c.*
invictissimis = potentissimis *5c.*
Iovem = similiter homo paganus unde rustici Iobis vocant *140c.*
irunculo = sacu aut culleum *138b.*
iura = iuxta leges *64c.*

L

labiles = lubricas *173d.*
laceri = ma... *138b.*
lacertos = manicos in braciis *146b.*
lacinias = orellas (?) *237c.*
lance = patelio (?) vel mensure *115a.*
lanictur = liveretur *138b.*
laquearia = camera (?) *153a.*
larem = domum *260a.*
lascivia = ridicula *179b; lasciviam, ad* = ad luxuriam carnis *58b.*
lascivientes = letificantes vel luxuriantes *138c.*
latebram = loca absconsa *15d;* obscuram, occultam latibulum *122b,* loca obscura *235a; latebras* = locus occultus *42a,* loca obscura *62e,* loca occulta *250d.*
latentem = absconsam *15d.*
lati cespitis = aquas abet quod per venas terre lacteat *121c.*
latibula = loca absconsa obscura *260b.*
laticem = aquam *29a.*
latuisse = abscondisse *171a; latentem* = absconsam *15d.*
laureis = honoris *36d.*
lenocinio = luxuria vel lusu vel cuius uxor meretrica consensu mariti *124a.*
lenta = moderata *121b,* languida *137d.*
letalem = mortalem *112c; letales* = mortales *148b.*
Leucius = nomen proprium est fidelis Christi *144c.*
libenter = volumtarie *113a.*
libentissime = placabiliter *113c,* placibile *191a.*
libitus = sacrificios *215c.*
libratum = *illeg.* *154a.*
licet = quamvis *52b,* quamlibet (?) *52c.*

licor = motus 136*b*.
lictorum = ministrorum 47*d*.
liquefactus = regulatus 136*b*, regulatus 147*b*.
lithostrata = pavimentum marmoreum et pintum 153*a*.
lividum = insidiosum 249*c*.
livor = invidia 12*b*.
locum = locum [*sic*] 30*d*.
loris = ligamentis 27*b*, *illeg.* 146*a*.
lotus = labatus vel babtizatus 151*a*.
luciniis = papiris 100*d*.
lucis = idolis 249*b*.
luculentis = luce plenum, splendidum 172*d*.
ludibriosus = risus vel dedecus 158*b*; *ludibriosum* = *illeg.* 146*a*.
ludibrium = risum 128*d*; *ludibriis* = despectis 47*b*, turpitudinis dedecus risis 115*c*.
lugubrem = luctuosum 17*d*.
lupanar = locum turpissimum 128*c*; *lupanari* = turpissimo loco 128*a*.
lutio = feno hominis 90*d*.
luxus = luxuria vel pompa 108*b*.

M

machinis = insidiis 87*a*.
madefactos = humidos 45*c*; *madefaciuntur* = cruenta 260*c*.
magistratus = maior reliquis offic<ium> 101*b*.
magnanimitatem = fortitudo anime 190*b*.
Mamona = demonia 71*c*; *Momone* = demone 71*c*.
mancipare = servire 144*b*; *mancipasti* = sustulisti 58*a*; *mancipes* = commendes vel tradas 154*c*; *mancipatum* = traditum 12*d*.
manualis = orarium 237*c*.
Martem = homo pessimus paganus fuit Martis, unde nominis rustici dicunt Martet (?) 140*c*.
mathematicum = astrologismum 119*c*.
mathesis = astronomia 119*a*.
maxime = obtime 134*d*, longe 137*b*.
mecanica = *illeg.* 119*a*; *mecanicum* = astrologeticum 120*b*.
mechus = fornicator 175*c*.
medicamenta = curatura 117*b*.
melas = mazanas vulgares 165*d*.
memorie = memoriter 56*b*.
Mercurium = Mercurius gentilis fuit, rustici appelant Mercores 140*c*.
messem = messes 32*a*.
metas = extremitas 146*d*.
metropolis = maior 87*c*.
micantibus = relucentibus 149*c*.
missibilibus = astilibus 171*b*.
mitiose = *illeg.* 205*d*.
monita = precepta 54*b*, precepta 83*d*; *monitis* = preceptis 82*b*, preceptis 191*d*.
monstruum = deformis effigies 211*d*.
monumentis = testimoniis 234*d*.
moramur = tardamur 76*a*.
mulcentia = delectatio 72*c*.
multifaria = multis (?) modis 158*d*.
munimina = adiuvamen 94*b*.
mutui = invicem 53*c*; *mutuo* = invicem 191*b*.
mysterium = sacramentum 37*d*.

N

natis = filiis 106*a*; *natos* = filios 153*c*.
naute = navigatores 138*a*; *nautas* = navigatores 154*c*; *nautis* = naviti... 138*b*.
nautico = navigatores 138*c*.
naviter = fortiter viriliter 200*a*.
necem = mortem 107*a*, *nece* = morte 114*c*.
nefande = nec dicende 11*a* [*altera manus*]; *nefanda* = nec dicenda 106*d*.
nefandissimus = nec dicendus 103*a*.
nefarius = sceleratus pollutus 102*d*; *nefarie* = scelerata 227*c*.
nefas = crimen pessimum 80*c*.
negotiator = lucrator 81*d*.
negotium = lucrum 63*c*.
nemora = silba 107*c*; *nemorum* = silbarum 107*c*; *nemoribus* = silbis 20*a*.
nempe = recte vel certe quippe sine dubio 117*b*.
neomenias = festivitates 201*a*.
nervos = vinculos 154*c*, vincula funium 176*a*.
nescit = non habet 39*c*.
nexus = obligatus 110*d*.
nicilominus = ac si 123*c*.
nidoris = odoris 139*b*; *nidoribus* = odoribus 35*b*.
nigromantiam = ars magica erat ex quo mortui resurgunt et loquuntur 205*b*.
nimfea = flumina 121*c*.
nisa = contendere (?) 44*c*.
nitorem = mundicia 248*b*.

nituntur = contenduntur 140*d*.
nobili = regali 28*b*, clara 81*c*.
nabilitas = claritas 23*c*.
normam = mensuram 60*a*, regulam 111*a*.
nucleum olivarum = interior olibarum 217*d*.
nugis = nudis (?) 119*b*.
numina = maiestas vel deos 28*a*, divinitates 90*c*; *numinum* = maiestatum 89*a*.
nuper = modo 37*c*. modo preteritum 203*b*.
nutu = voluntate 13*c*, volumtate 115*d*, reanudatum (?) 235*b*, mandatu 252*c*.

O

obductio = deposito 171*d*.
obducunt = celant 170*b*.
obiciens = obponens 106*b*; *obiectum* positum 59*d*.
obiurgabo = increpabo 201*a*.
obliterate = delete 170*b*.
obnoxium = obligatum 36*d*.
obolisco = transverso 96*c*; *oboliscos* = bastones aspros 146*b*.
abruebat = obprimebat 113*a*; *obruisti* = obpressisti 189*c*.
abscenis = sordidis vel inmundis 58*b*, lividinosis 129*a*.
obsederat = occupaberat 153*a*.
obsequella = servitia 143*d*.
obserantur = clauduntur 260*c*; *obserata* = clausa 153*a*.
obsessis = possessis 76*a*.
obsistebat = resistebat 58*a*; *obsisteret* = *illeg.* 52*c*; *obsisterent* = resisterent 7*c*; *obsistentes* = resistentes 135*b*.
obstaculo = inpedimento 137*c*.
obstipuit = gelavit 46*a*.
abtemperare = obedire 66*d*; *obtemperamus* = obedimus 66*d*.
obtriverunt = perimerunt 49*a*.
obtundebat = obcekabat 128*c*.
occasum, ad = ad finem suum 63*d*.
occuluit = obcultavit, cooperuit 235*a*; *occulendo* = occultandum 42*a*; *occulitur* = absconditur 260*a*.
odoraverit = fraglaverit olentia vel redolerit 150*b*.
odorem... nectareum = odorem suabissimum 90*d*.
offensus = impeditus 37*c*.
officinas = *illeg.* 70*c*.
officio = ministerio 43*b*, servitio 131*d*, servicio 145*c*; *ex officio* = de servitio 79*c*.
offula = *illeg.* 133*c*.
olfata = satiata odoris 97*c*.
olovitreum = *illeg.* 119*a*; *olovitrea* = almanquia aurea argentea et aurea 120*b*.
opacum = tinibrosum 22*c*.
opem = adiutorium 20*b*; *opes* = divitie 58*c*, divitias 71*b*, ganatos (?) vel substantia 126*b*.
opinio = fama 85*c*.
oportunitas = occasio 231*b*.
opportuno = necessario 36*c*; *oportunum* = conveniente 54*d*.
oppida = civitatule 41*d*.
araculis = preceptis vel templis 57*d*.
orbate = ...dicate, id est orfane 252*a*.
orbitas = amissio filiorum 105*c*.
organorum = *illeg.* 83*b*.
Orante = nomen proprium 12*a*.
ovilia = corrale 139*d*.

P

pabula = pascua 24*c*.
pacto = decreto 38*b*.
paginam = libros vel scripturas 145*b*.
pagum = locum 21*a*.
palma = victoria 110*a*; *palmam* = coronam 43*b*; *ad palmam* = ad victoria 106*b*.
palpitabat = trepidabat 42*a*; *palpitavit* = tremuit 49*a*.
papas = *illeg.* 43*c*.
paraletici = ...crici, desmembrati (?) 240*a*.
parasitis, ex = ex malivolis 127*c*.
parens = imperator sancte, deus 61*b*.
paretis = obeditis 23*d*; *parerent* = obedirent 30*c*.
passim = sparsim sine ordine 61*b*, sparsim 136*c*.
pastinantes = plantantes 19*d*.
patibulum = crux vel stipis 37*d*; *patibolum* = crucis 90*c*; *patibulo* = ligno 37*d*, *illeg.* 136*a*.
patiar = suferor vel passio 44*a*; *patitur* = *illeg.* 53*b*; *patiatur* = mitatur 54*d*; *paterentur* = permiterentur (?) 133*d*; *pateretur* = aperiretur 57*a*.
patrimonium = confessionem patris, donum vel censum 65*b*; *patrimonii* = doni 43*d*; *patrimonia* = possessiones 85*b*.

patruelem = filius patrueli, filius fratris 63*b*.
patulum = apertum 12*d*.
pelvis = conquus 151*a*.
pendule = pendentes 146*b*.
pene = prope, iuxta, circa 4*c*.
penetrabilia = secretiora 53*a*.
per = circa 29*d*.
peragravit = percurrit 85*c*.
percontatus = percontans, interrogans 110*c*.
perfunctus = ordinatus 30*b*.
perfundite = vertite 45*c*.
peritia litterarum = doctrina 105*d*; *peritiam* = doctrinam vel sapientiam 106*c*, sapientiam 205*b*.
pernicies = malitiosas 137*d*; *perniciem* = cladem vel calamitatem 110*b*.
perniciter = velociter 133*d*.
perpera = mala 189*c*.
perpeti = per pati 147*d*; *perpessus* = passus, sustinuit 158*b*; *perpetitur* = patitur, tolerant, sustinent 158*a*.
pertinanciam = perseverantia 34*b*.
pertinax = perseverans industria 33*a*; perseverans 139*b*; *pertinacem* = superviosem 31*d*.
pervasores = rapitores 106*a*.
pervia = viam 139*d*.
pestem = infirmitatem 158*b*; *pestes* = infirmos vel pessimos 96*b*, infirmos 124*b*.
pestifer = mortifero, corrupto. Tunica (?) ex parte in modum eronis facta, qua liniebatur pice et vitumine in qua includebant parracide cum simiu serpente et gallo; mittebantur in mare, et contendentibus inter se animantibus, homo maioribus penis afficeretur 138*b*; *pestiferum* = infirmum 144*b*.
pestilentia = <in>firma 20*a*.
petat = destinet 146*d*; <*petens*> = destinans 43*d*; *petentibus* = euntibus 147*d*.
pharisei = inimici 17*c*.
philosofati sunt = sapienti sunt 124*a*.
pigerrima = mansueta 137*d*.
pigmentis = condimentis 162*c*.
pignus = filium 81*c*.
pirata = scelus vel latro 106*d*.
pirum = pirum ignis dicitur ubi corpora mortuorum comburabant 0*c* [*altera manus*].
pithones = divinos vel incantatores 56*a*.
plaudent = sonare vel gaudere 153*d*.
plectetur = damnetur 236*c*.
plectoriam = torciliones 32*b*.
plerome = naute 155*a*.
plumbatis = regellis plumbeis 22*b*, oneribus vel cedibus 145*c*, *bastones* 200*a*.
poculum = calicem 32*a*; *poculis* = calicibus 62*d*.
podagrico = infirmitas pedum 114*b*.
poeta = *illeg.* 52*d*; *poetarum* = gramatici pagani 258*d*.
pollet = floret, crescet 109*a*; *pollent* = abundant, precellent, florent crescent, valent, vigent, potent, enitent, eminent, prefulgent 107*c*; *pollens* = precellens 25*c*.
polliceor = promitere 65*a*.
pondus = libras 119*b*.
porrectum = extensum 151*b*.
portendis = promitis 154*c*.
portentum = idolum 211*d*.
posteritatis memoriam = generatio subsequentis 12*a*.
potiretur = inveniretur 259*b*.
potius = magis 40*b*, magis 132*a*.
preditum potestate = sublimatum 203*d*.
predium = possessiones 57*c*; *predia* = possessiones 52*d*; *predia* = possessiones 198*c*.
preceps = velox 154*c*; *in preceps* = in precipitio 116*a*; precipiti = veloci 156*b*; *precipitem iactate* = velocius emitite, inpellite 155*a*.
precinctorium = antecintum 47*b*.
precipitanter = rapienter (?) 7*c*; inpellenter 133*d*.
precipue = *illeg.* 100*a*.
preco = ante maturitate 133*d*.
preconantium = convocatio populi 260*a*.
prefecturum = iudicaturam 52*a*.
preforibus = ante portam 88*a*.
prelecto = antelecto [*corr. ex* antelento] 48*b*.
prependiculis = antepannistis 193*d*.
prepono = discurro 90*b*.
presagus = *illeg.* 134*a*.
preside = principe 43*a*.
presidente = ante sedente 67*b*.
prespicuum = clarum 220*c*.
prestantior = sublimior 57*b*.
prestigio = mendacio 204*d*; *prestigiis* = mendaciis 45*b*, fallaciis 135*d*, mendaciis 154*c*.
prestrepentes = strepitum facientes 138*c*; *prestrepentium* = strepitum 260*c*.

pretextu = ordine narrationis 146*d*.
pretorii = palatii 46*d*; *pretoria* = palatia 152*d*.
prevaricationis = transgressionis 38*c*.
previlegia = priores legum 60*d*.
primarius = maiorinus 48*c*.
primiscrinius = qui... 112*b*; *primiscrinii* = maior carcerario 110*b*.
priscarum = antiquarum 170*b*.
privata = separata 93*a*; *illeg.* 97*b*.
probitatis = verecundia vel bonitatis 133*c*.
pro nefas = pro nec dicendum 108*b*.
procacibus = inportunis vel inonestis 138*c*.
procacitas = inverecunda 152*a*.
proceres = maiores vel priores 223*b*.
processu = andamio 35*c*.
processurus = egressurus 51*b*.
proclibo = humili 30*c*.
proconsulem = *illeg.* 62*c*.
procul = longe 35*b*.
predecessoribus = antecessores 153*d*.
prodiga = superflua 170*c*.
prodiit in solias = propalavit vel perinsolidavit (?) 131*c*.
profane = maculate 138*b*, pessime 259*b*; *profano* = maculato 141*b*.
profectio = *illeg.* 53*b*.
profecto = sine dubio 106*b*.
profectu = expleto vel perfecto 66*a*.
profuere = prodessent 153*c*.
prohibita = vetita 57*b*.
prolabente = promobente 138*d*.
promtum, in = in compertum vel manifestum 54*b*.
propagines = progenies, origines 62*d*.
propalavit = manifestavit 259*d*.
properabat = festinabat 57*c*; *properaret* = festinaret 52*d*; *properate* = festinate 30*c*.
propere = *illeg.* 137*a*, festinanter, velociter 260*d*.
propinare = prevenire vel servire 83*c*.
propinquos = proximos 22*d*.
propitietur = placatur 216*c*.
propositionem = comparationem 116*b*.
proposito = promissio 42*c*.
prorsus = *illeg.* 81*b*.
prosequeris = dicis 15*b*.
p<rosilivit> = venit 43*d*.
proterva = superva 145*b*.
providentia = scientia 133*c*.
pubes = sine barba adhuc 153*a*.
pudenda = genitalia 193*d*.
pudica = casta vel deservata (?) 43*b*, casta 238*c*; *pudicum* = castum 41*a*; *pudicam* = castam 45*a*.
pudicissima = casta 119*d*.
pudicitiam = castitatem 44*d*.
pudoris = verecundie 47*b*, verecundie 93*b*; *pudorem* = verecundiam 58*c*; *pudore bacchatur* = conrumpitur 58*d*.
pugnabit = luctavit 86*a*.
pullulans = nascens 42*a*.
pupi = posterior nabis 155*a*, posterior navis 197*b*.
purgamenta = sordida 96*b*.
purpureum = rubicundum 21*b*.
putas = extimes 154*c*.
putoribus = sorditiis 72*c*.

Q

quadraginta et novem = XLVIIII [*con* X *aspada*] 239*c*.
quantocius = cicius 260*b*.
quaquaversus = in qua 153*b*.
quartano = quartus frigulus 57*b*.
quassaretur = ...beretur 69*b*.
queat = possit 60*a*.
quemquumque = quemvis 56*c*.
queraris = acuses 68*d*.
questionariis = questores 47*b*.
questu = precio 211*c*.
quin potius = etiamsi 191*c*.
quinimmo = insuper vel potius 20*b*.
quippiam = modicum vel aliqua 57*a*.
quispiam = aliquis 115*d*.
quoadusque = donec 54*d*.
quoartat = nikibat (?) 16*a*.
quoque = tamen 22*b*.

R

rapti Ganimedis = filius raptus regis pagani 115*b*.
rastris = legonis 29*b*.
redivivia = renascentia 64*c*, tornata 107*b*; *redivivos* = denuo vivos 42*b*.
redundare = superabundare 59*c*; *redundans* = superhabundans 139*b*.
refutari = reprobari 59*c*.
rei = reati 72*a*.
relationem = sermonem 190*c*.
religione = *illeg.* 43*b*.
religiosorum = fidelium 52*b*.
renitimur = recusamur 124*d*.
reor = arbitror 172*b*.
repetens = ...oscens 138*c*.
respergitur = spargitur 136*b*.

respirare = redolere 135*c*.
respuentes = dispicientes 19*c*.
restat = superest 144*c*.
restibus, de = de sparto 76*c*.
restitit = stenit (?) 139*b*.
revocans = de alto proi[c]ere 54*c*.
rimatur = scrutatur aut finditur (?) 203*d*.
rite = recte... afirmanter (?) 261*c*.
rivolis = *s*... 135*b*.
ructans = veniens 42*b*.
rudimenta = noba 120*c*, tyrocinia (?) 143*a*; *rudimentis* = initiis 43*b*.
rumor = *illeg.* 44*b*.
ruriculis = agricolis 118*b*.
ruris = terris vel agris 19*d*.

S

sacrilega = *illeg.* 41*d*. eretica 174*c*; *sacrilege* = condemnate 10*c*; *sacrilegas* = heredicas 101*b*.
sacrilegii = qui sacra furantur 28*c*.
saginatis = repletis 157*b*; saginantur 107*d*.
sales = undas 154*d*.
saltim = certe (?) 24*d*.
salubre = congruum 236*c*.
salve = gaude 40*c*.
sanctimonie = sanctitatis 43*c*, sanctitatis 44*b*.
sane = certe 53*b*, certe 57*a*, certe vero tamen 60*c*.
sarcofago = sepulcro 162*c*; *sarcophago* = sepulcro 22*b*; *sarcofagis* = arca corporis 253*a*.
sarculo = ferramento 29*b*.
satago = festino 145*c*.
Satanan = ...arius 146*a*.
satellites = regum comites 172*b*; *satellitibus* = comites regum 230*b*.
saxum = inlicitum piaculum crimen 4*c*; *saxa* = petra 28*d*.
scaloribus, v. *squaloribus*.
scapham = navicula parva 155*a*.
scatente = manante 153*b*.
scenofactoriam = gallicularia 185*d*.
schedulis = cartis 12*b*.
schemata = figura 119*c*.
scopoli = saxi 154*d*; *scopulos* = saxosa 138*b*.
scortaveris = risaberis vel pollueris 128*a*.
scortum = meretricum id est... 128*b*. corruptionem 128*c*.
scurronem = iubenem risatorem 46*d*.
scyphos = congos (?) 57*c*.
secatur = dividitur 151*a*.
seclusos = sequestratos 134*a*.
secta = heretica 32*b*; *secte* = norme 251*b*; *sectam* = *illeg.* 30*d*.
sedari = apaccari vel conpescui 156*a*; *sedetur* = mitigetur 153*c*.
seditio = turbatio 62*b*; *sedictionem* = perturbationem 73*b*, perturbationem 73*c*; *seditionem* = turbationem 129*d*; *sedictiones* = perturbationes, discordias 17*c*.
sedictiosam = discordiam 202*b*; *seditiosos* = turbatos 129*d*.
sedule = frequenter 220*d*.
seminceces = semismortuus 153*b*.
senatricem = maiorum 44*b*.
senatus = perfectus 61*d*; *senatu* = *illeg.* 69*b*.
sensim = ...veniens 35*c*, paulatim 41*d*.
seorsum = separatum 5*d*.
sepositum = seorsum 136*c*.
septem terniones = CXVIII flagellis 40*b* [*altera manus*].
septimo anno consulatu = dominante vel iudicante 52*a*.
septus = circumdatus 155*b*.
sequestrons = separans 55*b*; *sequestrata* = separata 168*b*.
sequipedam = vestigia sequere 82*d*; *sequipedas* = sequi vestigia 81*c*, discipulos vel ministros 182*b*.
sera = tarda vel nobissima 135*d*.
serpens = primop... 134*b*.
serta = corona ex floribus 20*a*.
servierat = servitutis 138*d*.
sevientes = crudeles 17*b*, *crudeles* 23*c*.
sevissima = crudelissima 3*c*.
sevitiam = iracundiam 47*b*.
sevities = iracundies 261*a*, iracundies 261*b*.
sevus = crudelis 133*d*.
sexus = genus vel natura 60*b*.
signifer = auctor pestilentie 259*b*; *signiferum* = qui fert signum 36*b*.
sillogismos = *illeg.* 52*d*.
simulacrum = quasi Deum, imago vel species 30*c*.
sinceram = firmem vel integra 65*b*.
sindone = lineo 66*b*.
singillatim = supersi 54*b*, per vices 57*b*.
singultus = ploratus cum sugglucius, id est cum... loco 92*d*.
soffistam = sapientem 237*d*.
solidata = sanata 70*a*.

solitum = consuetum 19*a*.
sophista = sapiens 30*d*, sapiens 177*d*.
spectaculum = miraculum 84*a*; *spectaculis* = ubi omnia publicis visibus prebetur inspectio 72*a*.
speleo, in = in spelunca 189*a*.
sponsore = pro... 235*c*.
sponte = volumtate 37*d*.
squalore = orrore, egestas, siccitas ariditas 114*a*; *scaloribus* = sordidis 85*c*.
Stacte = nomen est iubenis 72*b*.
stadium = octabam partem miliarium. id est CXXV passos 145*a*.
staticulo = simulacro 123*a*; *staticulis* = idolis 121*c*.
stimulant = pungunt 109*b*.
stigmate, in = in signato 119*c*.
stipem = mendicitatem cibunculi vel elemosinam 25*c*, mendicitate 211*d*.
stipendia = munera 194*b*.
stipitem = lignum 125*b*; stipitibus = fasciolis vilibus 132*d*.
stipula = palea 40*a*.
stirpes = radices 227*a*.
strata = via 30*c*.
strupra = adulteria 251*c*.
stupratoris = adulteratores 20*d*.
stupebant = turbabant 9*c*, obdurabant vel... 41*b*.
stupidi = stultus, torpidus, stolidus, inanis 157*d*.
suadeas = edoceas 66*a*.
subducimur = tollimur 19*b*.
subieci = humiliavi 124*d*.
subigite = subponite vel cogete 144*d*.
subolem = filium natum 81*c*.
successibus = consequentibus 57*d*.
sudes = palos 155*b*.
suffragio = auxilio 58*d*.
suggessit = indicavit 153*d*.
sulphorabant = flamabant 153*b*.
sulphoratos = flamineos 153*b*.
sulphur = albeuris (?) 94*c*.
summam = accipiam 144*d*.
(?) = superbus 18 *intercolumm. c-d linea* 24.
supprestites = viventes filios 85*a*; *subprestites* = filios vivos qui supersunt 93*c*.
supprestitio = observantia 28*b*, superflua lex 127*d*; *suprestitionis* = superfluis 46*b*; *supprestitionibus* = superfluis legibus 52*b*, superfluis observationibus 56*a*.
supprestitiosam = superfluam.
suscipere = despicere 28*b*.
suspecto, in = mox vel non supito 144*c*.
syrtibus = insulis 172*c*.

T

tabuerunt = defecerunt 135*b*.
tabulis = *illeg.* 72*a*.
tegimen = coop... 47b.
telo = arma 155*b*; tela sagitta vel ragios 136*b*; *telorum* = gladiatorum 151*b*; *telis* = sagittis 171*b*.
temulentis = ebriosis et voracis 106*c*.
tepor = calor 130*a*.
terga = fuga 118*d*, *tergo, a* = a retro 76*c*; *tergo* corporis = retrorsum corporis 44*d*.
terrens = turbatus vel formidans 137*d*.
tetra = obscura 136*d*, obscura 137*d*.
textum = narratio 201*b*.
theatrum = miraculum, iocum 129*a*.
thecas = coperturas 100*b*.
tibias = cruras 196*b*.
tirocinium = initium 120*c*, rudimentum, inicium 171*b*; *tirocinii* = initii 16*d*; *tirocinii initia* = rudimenta 111*b*; *tirocina* = initia, rudimenta 234*d*.
tiropica = mensura 119*b*.
titubare = duvitare 54*b*.
titulum = signum 14*b*, signum 86*d*.
toga = vestitura 152*d*.
tormentis agitare = verberare 8*c*.
torrentem = *illeg.* 147*b*.
torum = stratum lectum 83*c*.
trastris = tabule navis ubi remiges sedent 154*d*.
tremulis = *illeg.* 260*b*.
trepidum pectus = timidi 135*b*.
tribulos = genus spinarum 85*a*.
tribunal = sedem altam 4*b*.
tribunus = iudex super mille viros 197*c*.
triclinia = *illeg.* 107*c*.
trigiinta stadia = ferc IIII^{or} miliarios 154*d*.
tripudiando = gaudendo 261*b*.
triumphi = victorie 43*b*; *in triumpho* = in gaudio, in victoria 60*d*; *triumphos* = victorias 193*c*; *triumfos* = victorias 261*b*.
tropheum = victoriam 40*b*; *tropheo* = victoria 58*b*.
tubicinator = qui bucinam sonat 238*b*.
tumidant = inflant 16*a*.

tundi = verberari 22*b*, verberari 194*c*; *tundite* = verberate 145*c*.
tutelam = custodia, defensio, protectio 63*c*.
tuto = custoditu 108*c*.

U

ultro = volumtarie, 105*c*
ultroneum = volumtarium 145*a*; *ultroneos* = volumtarios vel volentes 106*a*.
ungule = uncini 174*c*; *ungulis* = uncis 167*d*, uncinis 178*b*.
urbani = <non> rustici 20*a*.
urguebat = increpabat 185*c*; *urgueat* = agitur vel stimulat 156*a*; *urguebatur* = discurrebatur 95*c*.
usurpatum = presumtum vel inlicitum utitur 124*a*.
utebatur = possidebatur 81*d*; *utendum* = possidendum 52*c*.
utpote = veluti 53*d*.

V

vacillantia = titubantia (?) 260*b*.
vapulasset = exureret vel sudasset 9*b*.
vecors = stultus vel ineptus, insanus, fatuus 172*b*.
vectandi = <s>perandi 52*d*.
vectatorium = portatorium 55*d*.
vecte = ferra vel incude 196*b*.
vehiculi = iumenti 44*a*; *vehiculo* = mulione 43*d*.
velamen = copertura 170*b*.
venabulis = venaturis 151*d*.
venalium = vendentium 227*d*.
venerationem = honorem 204*d*.
venusta = decora 260*d*.
verbera = flagella 45*a*.
vereri = *illeg.* 145*b*.
veritus = formidatus 129*d*.
vernaculos = servulos in domo nati 106*a*.
vernat = floret 94*a*; *vernantis* = florentis 63*d*, florentis 83*c*, florentis 96*a*, florentis 135*d*; *vernantes* = iam dicta 15*a*; *vernantur* = florescunt 107*c*.
vernulam = nutritam 44*b*.
versutissimus = transvisus, verbo paratus 53*d*.
vesanie = non sane 89*d*.
vesano = ...vio 33*c*.
veteranus = vetus, antiquus 171*b*.
vetule = antiquis 64*d*.
vexet = inpediat vel importet 77*a*.
vibrare = coruscare 157*c*; *vibranti* = relucente 22*d*; *vibrantibus* = splendentibus 153*b*.
victum = strictum 261*a*.
vigeret = valescet 153*a*.
vigore = fortitudine 248*c*.
vilibus = debiles 12*b*.
vinctum = ligatum 17*c*.
vindice = vindicato 144*c*.
violaret = circumveniret 82*c*.
viriliter = fortiter 82*d*.
virtus = virtutem 124*a*.
virulentiam = venenosa 57*b*.
virus = mortiferus 58*c*, venenum 249*b*.
viscerum = membrum 81*c*.
viscido = viscera 178*b*.
vixilla = signa 171*b*.
volumina = tractata verba 157*c*.
voragine = profunditate 240*a*.
vulgi = diversi populi 83*b*.

X

xinodocium = ospitale 61*d*.

Z

zabernas = aiobas (*sic*) vel arcas 77*a*.
zetas = domus 72*c*, repositionis 107*c*.

Abdon cives persa: cf. Xystus.
Abraham patriarcha: cf. Clemens, Iacobus frater Iohannis, Iulianus, Petrus, Felix gerunden., Xystus, Euphimia.
Abiathar pontifex: cf. Iacobus frater Iohannis.
Abiron damnatus: cf. Iacobus fr. Ioh.
Acisclus et Victoria: Dion, Urbanus, Petrus, Marcia, Miniciana, I (pp. 12-18).
Adam protoparens: cf. Andreas, Iacobus fr. Ioh., Babylas, Petrus.
Adrianus atque Natalia: Maximianus, XXXII (pp. 266-79).
Adrianus dominus: cf. Cosmas.
Afrodisia matrona: cf. Agatha.
Agacius m.: cf. Quadraginta MM.
Agapius episc.: cf. Zoili inventio.
Agar serva: cf. Iacobus fr. Ioh.
Agatha: Decius, Quintianus, Afrodisia, Silvanus, Falconius, XXV (pp. 220-26).
Agnes et Emerentiana: Simpronius, Ambrosius, Aspasius, Constantia, Constantinus, XX (pp. 176-82).
Agrestius praefectus: cf. Sebastianus.
Agrippa praef.: cf. Petrus.
Agrippina coniux: cf. Petrus.
Alexander m.: cf. Quadraginta MM.
Alexander possessus: cf. Felix Nolanus.
Alexius: Fimianus, Maria, LI (pp. 366-70).
Almachius (Turgidus) praeses: cf. Valerianus.
Ambrosius episc.: cf. Agnes, Gervasius.
Ananias «puer»: cf. Facundus, Fructuosus, Syriacus.
Anasthasius suscitatus: cf. Iulianus.
Andreas: Egeas, Petrus, Adam, Stratocles, VII (pp. 59-64).
Andreas apost.: cf. Iohannes.
Anna mater: cf. Iacobus fr. Iohannis.
Anolinus proconsul: cf. Syriacus.
Antemius m.: cf. Cosmas.
Antonius prsb.: cf. Iulianus.
Apellianus sophista: cf. Euphimia.
Apodemus m.: cf. Innumerabiles.
Aquilina meretrix: cf. Christophorus.
Aquilinus consul: cf. Sebastianus.
Aquilinus proc.: cf. Eugenia.
Aquilius filius: cf. Eugenia.
Archelaus praeses: cf. Felix Nolanus.
Argentea: Tirannus, Samuel, Columba, Vulfura, LIV (pp. 382-87).
Aristodemus pontifex: cf. Iohannes.
Ariston medicus: cf. Romanus.
Aristoteles philos.: cf. Eugenia.
Asclepiades praef.: cf. Romanus.
Aspasius vicarius: cf. Agnes.
Astacius praeses: cf. Gervasius.
Athanasius episc.: cf. Christophorus.
Athanasius m.: cf. Quadraginta MM.
Atrancsius praecellentissimus: cf. Cucufas.
Atticus consul: cf. Facundus.
Atticus discipulus: cf. Iohannes.
Augurius: cf. Fructuosus.
Augustalis lector: cf. Fructuosus.
Augustinus episc.: cf. Stephanus.
Aurelianus amicus imp.: cf. Clemens.
Aurelianus imp.: cf. Columba.
Aurelianus beneficiarius: cf. Fructuosus.
Avitus filius: cf. Eugenia.
Azarias «puer»: cf. Facundus, Fructuosus, Syriacus.

Babylo «frater»: cf. Fructuosus.
Babylas et Tres pueri: Numerianus, Moyses, Adam, Victorinus, XXIII (pp. 196-202).
Barbarus tortor: cf. Euphimia.
Basilissa: cf. Iulianus.
Bassilla virgo regia: cf. Eugenia.
Bassus consul: cf. Fructuosus, Cyprianus.
Bassus syrus: cf. Stephanus.
Baudus persecutor: cf. Thyrsus.
Beatrix femina: cf. Sebastianus.
Bebianus m.: cf. Quadraginta MM.

Caecilia: cf. Valerianus.
Caecilianus m.: cf. Innumerabiles.
Caecilius m.: cf. Torquatus.
Caesarius episc.: cf. Thyrsus.
Caesarius tortor: cf. Euphimia.
Caius m.: cf. Quadraginta MM.

Callenicus praeses: cf. Thyrsus.
Callistes soror: cf. Dorothea.
Calpurnianus praeses: cf. Eulalia emeritensis.
Carinus imp.: cf. Iulianus, Sebastianus.
Candidus m.: cf. Quadraginta MM.
Cassianus m.: cf. Innumerabiles.
Castericius m.: cf. Quadraginta MM.
Castorius frater: cf. Sebastianus.
Castulus zetarius: cf. Sebastianus.
Celedonius: cf. Emetherius.
Celsius puer: cf. Iulianus.
Christetes: cf. Vincentius abulensis.
Christetes m.: cf. Leocadia, Vincentius abulen.
Christetes soror: cf. Dorothea.
Christophorus: Decius, Rebrebus, Petrus presb., Gallenica, Aquilina, Athanasius, XXXVII (pp. 299-309).
Chromatius praef.: cf. Sebastianus.
Claudia uxor: cf. Eugenia.
Claudius comentariensis: cf. Sebastianus.
Claudius imp.: cf. Petrus.
Claudius m.: cf. Quadraginta MM.
Clemens: Traianus, Petrus, Abraham, David, Isaias, Emmanuel, Aurelianus, Sisinnius, Nerva, Domitilla, Domitianus, Theodora, Paulus, Tarquinius, Mamertinus, Orfidianus (Orfadianus), Cornelius, Fidius, IV (pp. 40-46).
Colofonus m.: cf. Quadraginta MM.
Columba: Aurelianus, XVI (pp. 116-18).
Columba nobilissima: cf. Argentea.
Commodus imp.: cf. Eugenia.
Constantia regina: cf. Agnes.
Constantinus imp.: cf. Agnes, Sanctae Crucis.
Cornelius discipulus: cf. Clemens.
Cornelius papa: cf. Eugenia.
Cosmas et Damianus: Antemius, Leontius, Euprepius, Diocletianus, Maximianus, Lysius, Adrianus, XLVII (pp. 353-57).
Craton philos.: cf. Iohannes.
Crescentianus amicus: cf. Sebastianus.
Cucufas: Maximianus, Galerius, Felix, Atrancsius, Niloximus, Rufinus, XXXVIII (pp. 300-14).
Cucufas m.: Leocadia, Vincentius abulen.
Cumbricius persecutor: cf. Thyrsus.
Cyprianus (Thascius): Tuscus, Bassus, Paternus (Aspasius), Valerianus, Gallienus, Galerius Maximus, Iulianus presb., Iulianus diac., XLIV (pp. 334-38).
Cyprianus episc.: cf. Eugenia.

Damianus: cf. Cosmas.
Daniel proph.: cf. Iacob. fr. Ioh.
Dathan damnatus: cf. Iac. fr. Ioh.
Datianus praeses: cf. Leocadia, Vincentius valent., Eulalia barcinonensis, Felix gerunden., Iustus, Vincentius abulen., Innumerabiles.
David proph.: cf. Clemens, Iac. fr. Domini, Iac. fr. Domini (iterum), Iacobus fr. Ioh., Petrus, Sanctae Crucis.
Decius caesar: cf. Christophorus, Xystus.
Decius consul: cf. Saturninus.
Decius imp.: cf. Agatha.
Demosthenes possessus: cf. Felix nolanus.
Diocletianus imp.: cf. Romanus, Leocadia, Iulianus, Sebastianus, Theodosia, Felix gerunden., Cosmas, Innumerabiles, Syriacus.
Diogenianus praeses: cf. Iusta.
Dion praeses: cf. Acisclus.
Domitianus imp.: cf. Iohannes.
Domitianus m.: cf. Quadraginta MM.
Domitianus princeps: cf. Clemens.
Domitilla virgo: cf. Clemens.
Domnus m.: cf. Quadraginta MM.
Donatus benefic. cf. Fructuosus.
Donatus presbyt.: cf. Eulalia emeritensis.
Dorothea: Sabricius, Christetes, Callistes, Theufilus, XXVI (pp. 226-32).
Drusiana pia mulier: cf. Iohannes.

Egeas proc.: cf. Andreas.
Egica m.: cf. Quadraginta MM.
Eleazarus mendicus: cf. Iohannes.
Eleusinus tribunus: cf. Stephanus.
Elevim rex: cf. Felix nolanus.
Elias proph.: cf. Vincentius val., Xystus.
Elisseus proph.: cf. Xystus.
Elius benefic.: cf. Fructuosus.
Elpidius presb.: cf. Felix nolanus.
Emerentiana: cf. Agnes.
Emetherius et Celedonius, XXVIII (pp. 238-43).
Emilianus praeses: cf. Fructuosus.

Emmanuel: cf. Clemens, Iacobus fr. Ioh.
Engratia m.: cf. Innumerabiles.
Enoch proph.: cf. Theodosia.
Eonius m.: cf. Quadraginta MM.
Esegius m.: cf. Quadraginta MM:
Etchucius m.: cf. Quadraginta MM.
Eucharius presb.: cf. Stephanus.
Eufrasius m.: cf. Torquatus.
Eugenia: Gallienus, Commodus, Philippus, Claudia, Avitus, Sergius, Aquilius, Aquilinus, Protus, Iachintus, Aristoteles, Plato, Socrates, Helenus, Theodorus, Zereas, Paulus, Timotheus, Eutropius, Melantia, Severus, Perennius, Cornelius, Cyprianus, Bassilla, Pompeius, Nicetius, XI (páginas 83-98).
Eugenia filia: cf. Eugenia.
Eugenius discipulus: cf. Iohannes.
Eugenius praeses: cf. Faustus.
Eulalia barcinonensis: Datianus, Felix, XXVII (pp. 233-37).
Eulalia barc.: cf. Leocadia, Vincentius abulensis.
Eulalia emeritensis: Calpurnianus, Donatus, Liberius, Felix, Iulia, Thyrsus, IX (pp. 68-78).
Eulalia emer.: cf. Leocadia, Servandus.
Eulogius: cf. Fructuosus.
Eumorfius pestifer homo: cf. Vincentius valent.
Euphimia: Apellianus, Priscus, Filofron, Theodora, Sosthenes, Caesarius, Barbarus, Victor, Abraham, XLV (pp. 338-45).
Euprepius m.: cf. Cosmas.
Eusebius episc.: cf. Iacobus fr. Domini.
Eusebius papa: cf. Sanctae Crucis inventio.
Euthichius amicus: cf. Sebastianus.
Euthichius m.: cf. Quadraginta MM.
Eutropius collocutor: cf. Eugenia.
Euvotus m.: cf. Innumerabiles.
Eva mater: cf. Petrus.
Exmaraudus m.: cf. Quadraginta MM.
Exuperius episc.: cf. Saturnini translatio.
Ezechiel proph.: cf. Iacobus fr. Ioh.

Fabianus iudex: cf. Sebastianus.
Facundus et Primitivus: Atticus, Pretestatus, Paulus, Ananias, Azarias, Misahel, V (pp. 46-56).
Falconius consiliarius: cf. Agatha.
Faustus m.: cf. Innumerabiles.
Faustus, Ianuarius et Martialis: Eugenius, XLVI (pp. 346-49).
Felicissimus filius: cf. Sebastianus.
Felix confessor: cf. Eulalia emerit., Eulalia barcinon.
Felix conmilito: cf. Fructuosus.
Felix filius: cf. Sebastianus.
Felix gerundensis: Datianus, Diocletianus, Maximianus, Abraham, Rufinus, Placida, XL (pp. 320-28).
Felix gerund.: cf. Leocadia, Cucufas, Vincentius abulen.
Felix m.: cf. Innumerabiles.
Felix nolanus: Martianus, Archelaus, Demosthenes, Alexander, Tobias, Elevim, Elpidius, XXXIX (pp. 315-20).
Felix (basilica sancti): cf. Zoili inventio.
Festucius benefic.: cf. Fructuosus.
Fidius discipulus: cf. Clemens.
Filetus magus: cf. Iacobus fr. Ioh.
Filocteminus m.: cf. Quadraginta MM.
Filofron senator: cf. Euphimia.
Fimianus nobilis: cf. Alexius.
Frontonus m.: cf. Innumerabiles.
Fructuosus, Augurius et Eulogius: Valerianus, Emilianus, Tuscus, Bassus, Aurelius, Festucius, Elius, Pollentius, Donatus, Maximus, Rogatianus, Augustalis, Felix, Martialis, Ananias, Azarias, Misahel, Babilo, Migdonius, XXI (pp. 183-86).

Gaius papa: cf. Sebastianus.
Galerius praeses: cf. Cucufas.
Galerius Maximus proc.: cf. Cyprianus.
Gallenica meretrix: cf. Christophorus.
Gallienus augustus: cf. Eugenia, Cyprianus.
Genesius, XLIII (pp. 334-36).
Germanus: cf. Servandus.
Gervasius et Protasius: Astacius, Ambrosius, Paulus, Philippus, Valeria, Vitalis, Paulinus, Ursicinus, XXXIII (pp. 279-82).
Gordianus, vir clarissimus: cf. Valerianus.
Gratus consul.: cf. Saturninus.

Hegia m.: cf. Quadraginta MM.
Helena imp.: cf. Sanctae Crucis inventio.

Helenus episc.: cf. Eugenia.
Heliogabaldus: cf. Sebastianus.
Helius m.: cf. Quadraginta MM.
Heraclius m.: cf. Quadraginta MM.
Hermogenes magus: cf. Iacobus fr. Iohannis.
Herodes rex: cf. Iacobus fr. Domini (iterum), Iacobus fr. Ioh.
Hilarius episc.: cf. Saturnini translatio.
HIPPOLYTUS: cf. Xystus.

Iachintus eunuchus: cf. Eugenia.
Iacob patriarcha: cf. Iulianus, Petrus.
IACOBUS «FRATER DOMINI»: Eusebius, David, Salomon, Rechab, Rechabin, Ieremias, XII (pp. 98-100).
IACOBUS «FRATER DOMINI» (ITERUM): David, Herodes, Pilatus, XIII (pp. 100-01).
IACOBUS «FRATER IOHANNIS»: Hermogenes, Filetus, Lysius, Theocritus, Abraham, Ismaël, Israël, Agar, Isaac, Moyses, Isaias, Emmanuel, Ieremias, Ezechiel, Daniel, David, Anna, Samuel, Adam, Dathan, Abiron, Abiathar, Herodes, Iosias, XV (pp. 111-16).
Iamnes magus: cf. Petrus.
IANUARIUS: cf. Faustus.
Ianuarius m.: cf. Innumerabiles.
Ieremias proph.: cf. Iacobus fr. Domini, Iacobus fr. Ioh.
Indalecius m.: cf. Torquatus.
INNUMERABILES CAESARAUGUSTANI: Datianus, Diocletianus, Maximianus, Vincentius, Quintilianus, Cassianus, Matutinus, Publius, Urbanus, Martianus, Faustus, Successus, Felix Ianuarius, Primitivus, Euvotus, Caecilianus, Obtatus, Frontonus, Lupercus, Apodemus, Isicius, Engratia, Petrus, Paulus, LII (pp. 371-78).
IOHANNES: Melito, Leucius, Andreas, Thomas, Nero, Domitianus, Drusiana, Craton, Lazarus, Eleazarus, Abraham, Moyses, Stacteus, Atticus Eugenius, Aristodemus, XIV (pp. 101-10).
Iohannes apost.: cf. Iacobus fr. Ioh.
Iohannes m.: cf. Quadraginta MM.
Ioseph patriarcha: cf. Stephanus.
Iosias scriba: cf. Iacobus fr. Ioh.
Ireneus collectarius: cf. Stephanus.
Isaac patriarcha: cf. Iacobus fr. Ioh. Iulianus, Petrus.
Isaias proph.: cf. Clemens, Iacobus fr. Iohannis.
Isicius m.: cf. Torquatus, Innumerabiles.
Isicius miles: cf. Romanus.
Ismaël patriarcha: cf. Iac. fr. Ioh.
Israël patriarcha: cf. Iac. fr. Ioh.
Iudas doctor: cf. Sanctae Crucis inventio.
Iudas proditor: cf. Quadraginta MM.
Iulia convirginalis: cf. Eulalia emeritensis.
Iulianus diac.: cf. Cyprianus.
Iulianus m.: cf. Quadraginta MM.
Iulianus presb.: cf. Cyprianus.
IULIANUS ET BASILISSA: Martianus, Tello, Paulus, Maria, Diocletianus, Maximianus, Abraham, Carinus, Antonius, Lazarus, Celsius, Isaac, Iacob, Anasthasius, Marionilla, XVII (pp. 118-44).
IUSTA ET RUFINA: Diogenianus, XXXVI (pp. 296-99).
Iusta m.: cf. Servandus.
Iustus amicus: cf. Sebastianus.
IUSTUS ET PASTOR: Datianus, XLI (pp. 328-31).
Iustus m.: cf. Leocadia, Vincentius abulen.

Laudocius presb.: cf. Thyrsus.
LAURENTIUS: cf. Xystus.
Lazarus quatriduanus: cf. Iohannes, Iulianus.
LEOCADIA: Datianus, Diocletianus, Maximianus, Felix, Cucufas, Eulalia barcinonensis, Iustus, Pastor, Vincentius abulensis, Sabina, Christetes, Eulalia emeritensis, VIII (pp. 65-67).
Leontius m.: cf. Quadraginta MM. Cosmas.
Leucius scriptor: cf. Iohannes, Thyrsus.
Liberius episc.: cf. Eulalia emeritensis.
Libia imperatrix: cf. Petrus.
Livius historiator: cf. Sebastianus
Lucillus episc.: cf. Stephanus.
Lucina matrona: cf. Sebastianus.
Luparia matrona: cf. Torquatus.
Lupercus m.: cf. Innumerabiles.
Lysimachus m.: cf. Quadraginta MM.
Lysius centurio: cf. Iacobus fr. Ioh.
Lysius praeses: cf. Cosmas.

Mambres magus: cf. Petrus.
Mamertinus praef.: cf. Clemens.
Marcellianus clarissimus: cf. Sebastianus.
Marcellus dux: cf. Quadraginta MM.
Marcellus illustrissimus: cf. Petrus.
Marcia mater: cf. Sebastianus.
Marcus clarissimus: cf. Sebastianus.
Maria, Virgo gloriosa: cf. Acisclus, Iulianus, Sanctae Crucis, Alexius.
Marionilla mater: cf. Iulianus.
Martialis: cf. Faustus.
Martialis «frater»: cf. Fructuosus.
Martialis vir primarius: cf. Stephanus.
Martianus m.: cf. Innumerabiles.
Martianus praeses: cf. Iulianus, Felicianus.
Mathias apost.: cf. Quadraginta MM.
Matutinus m.: cf. Innumerabiles.
Maximianus consul: cf. Sebastianus.
Maximianus imperator: cf. Romanus, Leocadia, Iulianus, Sebastianus, Theodosia, Adrianus, Cucufas, Felix gerundensis, Cosmas, Innumerabiles, Syriacus.
Maximus: cf. Valerianus.
Maximus benefic.: cf. Fructuosus.
Melantia matrona: cf. Eugenia.
Melchisedech sacerdos: cf. Petrus.
Melito episc.: cf. Iohannes.
Michaël m.: cf. Quadraginta MM.
Migdonius «frater»: cf. Fructuosus.
Miletus m.: cf. Quadraginta MM.
Miniciana femina: cf. Acisclus.
Misahel «puer»: cf. Facundus, Fructuosus, Syriacus.
Moyses dux: cf. Iohannes, Iacobus fr. Ioh., Babylas, Sanctae Crucis.

Natalia: cf. Adrianus.
Nero imp.: cf. Iohannes, Petrus, Petrus (iterum).
Nerva imp.: cf. Clemens.
Nicetius praefectus: cf. Eugenia.
Nicostratus primiscrinius: cf. Sebastianus.
Niloximus praecellentissimus: cf. Cucufas.
Numerianus imp.: cf. Babylas.

Obtatus m.: cf. Innumerabiles.
Orfidianus dux: cf. Clemens.

Palladia soror: cf. Stephanus.
Pastor: cf. Iustus.
Pastor m.: cf. Leocadia, Vincentius abulen.
Paternus proconsul: cf. Cyprianus.
Paula: cf. Syriacus.
Paulinus iudex: cf. Gervasius.
Paulus: cf. Petrus, Petrus (iterum).
Paulus apost.: cf. Clemens, Facundus, Eugenia, Iulianus, Quadraginta MM., Sebastianus, Theodosia, Gervasius, Innumerabiles.
Paulus frater: cf. Stephanus.
Perennius illustrissimus: cf. Eugenia.
Petronia materfamilias: cf. Stephanus.
Petrus et Paulus: Nero, Simon, Abraham, Isaac, Iacob, David, Adam, Eva, Melchisedech, Libia, Agrippa, Agrippina, Pilatus, Claudius, Iamnes, Mambres, Marcellus, XXXIV (pp. 283-93).
Petrus et Paulus (iterum): Nero, Simon, XXXV (pp. 293-95).
Petrus apost.: cf. Acisclus, Clemens, Andreas, Sebastianus, Xystus, Innumerabiles.
Petrus presb.: cf. Christophorus.
Philippus illustrissimus: cf. Eugenia.
Philippus servus Xti.: cf. Gervasius.
Pilatus praeses: cf. Valerianus, Iacobus fr. Domini (iterum), Petrus.
Placida matrona: cf. Felix gerundensis.
Plato philos.: cf. Eugenia.
Pollentius benefic.: cf. Fructuosus.
Polycarpus presb.: cf. Sebastianus.
Pompeius sponsus: cf. Eugenia.
Possidius episc.: cf. Stephanus.
Preiectus episc.: cf. Stephanus.
Pretestatus consul: cf. Facundus.
Primitivus: cf. Facundus.
Primitivus m.: cf. Innumerabiles.
Priscus proconsul: cf. Euphimia.
Protasius: cf. Gervasius.
Protus eunuchus: cf. Eugenia.
Publius m.: cf. Innumerabiles.

Quadraginta Martyres: Alexander, Filocteminus, Hegia, Leontius, Valerius, Candidus, Quirinus, Helius, Miletus, Theodorus, Heraclius, Theodorus Egica, Euthichius, Lysimachus, Caius, Eonius, Iulianus, Castericius, Sissinnius, Sanctus, Sacerdonius, Exmaraudus, Claudius, Michaël, Valens, Quiriacus, Domnus, Beblanus, Secundinus, Iohannes, Colofonus, Etchucius, Severus, Quiria-

cus, Domitianus, Athanasius, Esegius, Agacius, Marcellus, Paulus, Iudas, Mathias, XVIII (pp. 144-48).
Quintianus consul: cf. Agatha.
Quintilianus m.: cf. Innumerabiles.
Quiriacus episc.: cf. Sanctae Crucis inv.
Quiriacus m.: cf. Quadraginta (ter).

Rebrebus athleta: cf. Christophorus.
Rechab (Ant. Test.): cf. Iacobus fr. Domini.
Rechabin (Ant. Test.): cf. Iacobus fr. Domini.
Rogatianus «frater»: cf. Fructuosus.
ROMANUS: Diocletianus, Maximianus, Asclepiades, Theodolus, Ariston, Isicius, II (pp. 18-24).
RUFINA: cf. Iusta.
Rufina m.: cf. Servandus.
Rufinus praeses: cf. Cucufas, Felix gerund.

SABINA: cf. Vincentius abulen.
Sabina m.: cf. Leocadia, Vincentius abulen.
Sabinus sector: cf. Thyrsus.
Sabricius praeses: cf. Dorothea.
Sacerdonius m.: cf. Quadraginta MM.
Salomon rex: cf. Iacobus fr. Domini.
Samuel proph.: cf. Iacobus fr. Ioh.
Samuel rex: cf. Argentea.
SANCTAE CRUCIS INVENTIO: Helena, Constantinus, Eusebius, Moyses, David, Iudas, Zaccheus, Symeon, Maria, Ioseph, Quiriacus, XXXI (pp. 260-66).
Sanctus m.: cf. Quadraginta MM.
SATURNINI TRANSLATIO: Exuperius, Hilarius, Silvius, L (p. 364).
SATURNINUS: Decius, Gratus, VI (pp. 57-59).
Saulus persecutor: cf. Sebastianus.
SEBASTIANUS: Diocletianus, Maximianus, Marcellianus (Marcellinus), Marcus, Tranquillinus, Marcia, Agrestius, Nicostratus, Zoë, Zacharias, Claudius, Polycarpus, Saulus, Paulus, Ariston, Crescentianus, Euticius, Urbanus, Vitalis, Iustus, Castorius, Felicissimus, Felix, Simforosa, Beatrix, Lucina, Chromatius, Livius, Tiburtius, Gaius, Carinus, Maximianus consul, Aquilinus, Victorinus, Simpronianus, Castulus, Petrus, Fabianus, Torquatus, Heliogabaldu, Lucina, XIX (pp. 148-76).
Secundinus m.: cf. Quadraginta MM.
Secundus m.: cf. Torquatus.
Senen cives persa: cf. Xystus.
Sergius filius: cf. Eugenia.
SERVANDUS ET GERMANUS: Viator, Eulalia emerit., Iusta, Rufina, XLVIII (pp. 353-57).
Severus imp.: cf. Eugenia.
Severus m.: cf. Quadraginta MM.
Silvanus comes: cf. Thyrsus.
Silvanus consiliarius: cf. Agatha.
Silvanus tortor: cf. Syriacus.
Silvius episc.: cf. Saturnini translatio.
Simforosa uxor: cf. Sebastianus.
Simon magus: cf. Petrus, Petrus (iterum).
Simpronianus hydropicus: cf. Sebastianus.
Simpronius praeses: cf. Agnes.
Sisebutus rex: cf. Zoili inventio.
Sisinnius amicus imp.: cf. Clemens.
Sisinnius m.: cf. Quadraginta MM.
Socrates philos.: cf. Eugenia.
Sosthenes minister: cf. Euphimia.
Stacteus iuvenis: cf. Iohannes.
STEPHANUS: Augustinus, Praiectus Lucillus, Eucharius, Possidius, Martialis, Bassus, Ireneus, Eleusinus, Petronia, Paulus, Palladia, X (páginas 78-83).
Stephanus protomartir: cf. Xystus.
Stratocles frater: cf. Andreas.
Successus m.: cf. Innumerabiles.
Symeon iudaeus: cf. Sanctae Crucis.
SYRIACUS ET PAULA: Anolinus, Diocletianus, Maximianus, Ananias, Azarias, Misahel, Thecla, Silvanus, LV (pp. 387-51).

Tarquinius assessor: cf. Valerianus.
Tarquinius comes publicus: cf. Clemens.
Tello scriptor: cf. Iulianus.
Thecla virgo: cf. Theodosia, Syriacus.
Theocritus centurio: cf. Iacobus fr. Ioh.
Theodolus puer: cf. Romanus.
Theodora coniux: cf. Clemens.
Theodora mater: cf. Euphimia.
Theodorus m.: cf. Quadraginta MM. (bis).
Theodorus presb.: cf Eugenia.
THEODOSIA: Diocletianus, Maximia-

nus, Enoch, Paulus, Thecla, XXIX (pp. 244-54).
Theufilus scholasticus: cf. Dorothea.
Thomas apost.: cf. Iohannes.
THYRSUS: Cumbricius, Leucius, Silvanus, Vitalius, Viator, Baudus, Callenicus, Sabinus, Caesarius, Laudocius, XXIV (pp. 202-20).
Thyrsus m.: cf. Eulalia emeriten.
TIBURTIUS: cf. Valerianus.
Tiburtius scholasticus: cf. Sebastianus.
Timotheus disc.: cf. Eugenia.
Tirannus praeses: cf. Argentea.
Tisefons m.: cf. Torquatus.
Tobias timens Deum: cf. Felix nolanus.
Torquatus christianus: cf. Sebastianus.
TORQUATUS ET COMITES: Tisefons, Isicius (o Esicius), Indalecius, Eufrasius, Secundus, Caecilius, Luparia, XXX (pp. 255-60).
Traianus imp.: cf. Clemens.
Tranquillinus pater: cf. Sebastianus.
TRES PUERI: cf. Babylas.
Tuscus consul: cf. Fructuosus, Cyprianus.

Urbanus amicus: cf. Sebastianus.
Urbanus episc.: cf. Valerianus.
Urbanus m.: cf. Innumerabiles.
Ursicinus medicus: cf. Gervasius.
Urbanus officialis: cf. Acisclus.

Valens m.: cf. Quadraginta MM.
Valeria mater: cf. Gervasius.
Valerianus imp.: cf. Fructuosus, Cyprianus.
Valerianus praef. cf. Xystus.
VALERIANUS, TIBURTIUS, MAXIMUS ET CAECILIA: Almachius (Turgidus), Urbanus, Pilatus, Tarquinius, Gordianus, III (pp. 15-40).
Valerius episc.: cf. Vincentius valent.
Valerius m.: cf. Quadraginta MM.
Viator adsistens: cf. Thyrsus.
Viator praef.: cf. Servandus.
Victor minister: cf. Euphimia.
VICTORIA: cf. Acisclus.
Victorinus dux: cf. Babylas.
Victorinus frater: cf. Sebastianus.
VINCENTIUS VALENTINUS: Datianus, Valerius, Elias, Eumorfius, XXII (pp. 187-96).
Vincentius caesaraugustanus-valentinus: cf. Innumerabiles.
VINCENTIUS, SABINA ET CHRISTETES: Datianus, Diocletianus, Maximianus, Felix gerunden., Cucufas, Eulalia barcinonen., Iustus, Pastor, Leocadia, XLIX (pp. 358-63).
Vincentius abulensis: cf. Leocadia.
Vitalis amicus: cf. Sebastianus.
Vitalis officialis: cf. Thyrsus.
Vitalis pater: cf. Gervasius.
Vulfura «francus»: cf. Argentea.

XYSTUS, LAURENTIUS ET HIPPOLYTUS: Decius, Abdon, Senen, Abraham, Petrus, Stephanus, Elias, Elisseus, Valerianus, XLII (pp. 331-34).

Zaccheus iudaeus: cf. Sanctae Crucis inventio.
Zacharias proph.: cf. Sebastianus.
Zereas magus.: cf. Eugenia.
Zoë uxor: cf. Sebastiaus.
ZOILI INVENTIO: Agapius, Sisebutus, Felix, LIII (pp. 379-81).

III. ÍNDICE GENERAL

PREÁMBULO ... 5

TEXTO

Proloquia ... 11
I. Acisclí et Victoriae ... 12
II. Romani et comitum ... 18
III. Valeriani, Tiburtii, Maximi et Caeciliae ... 25
IV. Clementis ... 40
V. Facundi et Primitivi ... 46
VI. Saturnini ... 57
VII. Andreae ... 59
VIII. Leocadiae ... 65
IX. Eulaliae emeritensis ... 68
X. Stephani ... 78
XI. Eugeniae et comitum ... 83
XII. Iacobi «fratris Domini» ... 98
XIII. Iacobi «fratris Domini» *(iterum)* ... 100
XIV. Iohannis ... 101
XV. Iacobi «fratris Iohannis» et comitum ... 111
XVI. Columbae ... 116
XVII. Iuliani atque Basilissae et comitum ... 118
XVIII. Quadraginta Martyrum ... 144
XIX. Sebastiani et comitum ... 148
XX. Agnetis et Emerentianae ... 176
XXI. Fructuosi, Augurii et Eulogii ... 183
XXII. Vincentii ... 187
XXIII. Babylae et trium puerorum ... 196
XXIV. Thyrsi et comitum ... 202
XXV. Agathae ... 220
XXVI. Dorotheae et comitum ... 226
XXVII. Eulaliae barcinonensis ... 233
XXVIII. Emetherii et Celedonii ... 238
XXIX. Theodosiae ... 244
XXX. Torquati et comitum ... 255
XXXI. Inventionis sanctae Crucis ... 260
XXXII. Adriani atque Nataliae et comitum ... 266
XXXIII. Gervasii et Protasii ... 279
XXXIV. Petri et Pauli ... 283
XXXV. Petri et Pauli *(iterum)* ... 293
XXXVI. Iustae et Rufinae ... 296
XXXVII. Christophori et comitum ... 299
XXXVIII. Cucufatis ... 309
XXXIX. Felicis nolani ... 315
XL. Felicis gerundensis ... 320
XLI. Iusti et Pastoris ... 328

XLII. Xysti, Laurentii et Hippolyti... 331
XLIII. Genesii 334
XLIV. Cypriani 336
XLV. Euphimiae 338
XLVI. Fausti, Ianuarii et Martialis 346
XLVII. Cosmae et Damiani 349
XLVIII. Servandi et Germani... 353
XLIX. Vincentii, Sabinae et Christetae 358
L. Translationis Saturnini 364
LI. Alexii 366
LII. Innumerabilium Caesaraugustanorum 371

TEXTOS AÑADIDOS AL PASIONARIO DE CARDEÑA A PRINCIPIOS DEL SIGLO XI

LIII. Inventionis Zoili... 379
LIV. Argenteae et comitum. 382
LV. Syriaci et Paulae.. 387

ÍNDICES

I. LISTA DE PALABRAS CON GLOSA AL MARGEN... 393
II. ÍNDICE HAGIOGRÁFICO 408
III. ÍNDICE GENERAL 415

Princeton Theological Seminary Libraries
1 1012 01235 0379